LEXICON HEBRAICUM VETERIS TESTAMENTI

QUOD ALIIS COLLABORANTIBUS

EDIDIT

FRANCISCUS ZORELL

EDITRICE PONTIFICIO ISTITUTO BIBLICO — ROMA 1989

© 1989 - E.P.I.B. - Roma

ISBN 88-7653-557-8

Editrice Pontificia Università Gregoriana
Editrice Pontificio Istituto Biblico
Piazza della Pilotta 35 - 00187 Roma, Italia

PRAEFATIO

En tibi, humanissime lector, *Lexicon hebraicum Veteris Testamenti*, quod assiduo quinque lustrorum labore P. Franciscus Zorell composuit. Edebatur illud fasciculis 112 paginarum inde ab anno 1940 usque ad annum 1954, qua « Lexicon hebraicum et aramaicum », eo quod Auctor etiam pro parte aramaica Veteris Testamenti vocabularium paravit illudque in lucem, si compleretur, edi posse sperabat; post aliqua tamen conamina illud complendi ab aliis facta, P. Ernestus Vogt S.J.*, in Pontificio Instituto Biblico Exegesis Veteris Testamenti professor, novum opus secundum nova principia creavit annoque 1971 edidit « Lexicon linguae aramaicae Veteris Testamenti documentis antiquis illustratum », ab opere Patris Zorell independens, quod proinde deinceps « Lexicon hebraicum Veteris Testamenti » simpliciter vocabitur.

Unde Patri Zorell Lexicon illud componendi in mentem venerit et quomodo rem in effectum deduxerit, ipse in suo ad primum fasciculum prologo, quem in sequentibus, ne omnino pereat, adducemus, narrat. In edendis fasciculis 1 ad 3 Auctori in corrigendis plagulis sollerter astitit P. Aemilius Bürgi. Inde a fasciculo quarto in eius locum successit, qui haec scribit, Ludovicus Semkowski, linguae hebraicae et aramaicae professor in Pontificio Instituto Biblico, qui non solum in corrigendis plagulis Auctorem iuvit, sed cum ille oculorum debilitate impediretur, etiam citationes omnes examinavit, quaedam *lemmata* refecit, impressionique operis tam vivente Auctore, quam, multoque magis, post eius obitum invigilavit.

Iam si quaeras, quae sint dotes, quae Lexicon P. Zorell praecipue commendent, censeo esse eius investigationem in quaedam nomina et verba eorumque analyticam descriptionem secundum eorum significationem theologicam in Vetere Testamento. Pretiosissima ibi hic illic inveniuntur, quibus sensus alicuius vocis intimius explicatur, ita ut ad exegesim agendam magnam conferant utilitatem. Sic, ut aliqua exempli gratia sumamus, legantur, quaeso, quae de vocibus אֱמֶת, בְּרִית, זָכַר, חֶסֶד, יהוה aliisque dicit.

Secundum nos ista biblico-theologica investigatio peculiarem laudem istius lexici efficit. Mens P. Zorell in eo absque dubio fuit ut immensus suus labor in utilitatem cederet eorum qui sacris studiis operam daturi erant, ut nempe theologia biblica viam sterneret theologiae dogmaticae. Hac idea ducebatur ille in componendo suo Lexico Graeco Novi Testamenti, eaque in hoc Lexico Hebraico Veteris Testamenti duci se sivit.

Significationes autem latinas vocum hebraicarum ordine logico, secundum eorum evolutionem semanticam recte proponit, iis vero qui earum relationem ad alias linguas nosse velint, caracteribus latinis transcriptas voces affines ex aliis linguis semiticis, immo etiam quandoque ex lingua sanscrita, adducit.

---

* P. Vogt die 28 februarii 1984 morte functus est.

Ut etiam de persona cl. Auctoris aliquid dicam, natus ille est in oppido Ravensburg (Würtemberg) die 29 septembris 1863. Post studia humanistica peracta et annum in studia linguarum orientalium impensum, anno 1884 Societatem Jesu ingressus est. Post solita studia, quae ad sacerdotium ducunt, anno academico 1897/98 in Universitate Berolinensi linguae graecae, quam quidem iam aliunde satis noverat, ea mente vacavit ut ad componendum Lexicon Graecum Novi Testamenti se pararet. Quo post 12 annos assidui laboris anno 1911 edito, hac experientia nisus, ad componendum quoque Lexicon Hebraicum, de quo locuti sumus, sese accinxit.

Romae prima vice commoratus est annis 1919-21, ut bibliotheca Instituti Biblici uteretur, ac dein anno 1928 Romam venit tum ut in elaborando Lexico Hebraico pergeret, tum ut linguas armeniam et georgicam doceret, quod quidem munus ob oculorum morbum anno 1944 relinquere coactus est. Tandem senectute confectus, die 14 decembris 1947 e vita migravit, optimam sui memoriam inter eos qui suis operibus ad sensum Sacrarum Litterarum perscrutandum utuntur, relinquens.

Ne penitus pereat, iustum putamus hic rursum edere brevem praefationem quae apparebat in initio singulorum fasciculorum Lexici Zorell, quando edebantur.

Romae, mense iunio 1976.

Ludovicus Semkowski S.J.

EDITOR LEGENTIBUS SALUTEM!

Iam XXV fere abhinc annis lexicon V. T. latinum a non paucis desiderari videbam, ab iis potissimum, qui in studiis sacris peragendis lingua latina utuntur. Quando mihi ut id operis aggredi vellem suggerebatur, ea tantum condicione me assentiri posse ratus sum, ut socium operis, vires unius superantis, invenirem. Talem nactus sum P. Martinum Hagen, Lexici biblici in Cursu Scripturae Sacrae editorem et magna ex parte auctorem, qui paratus erat ad Lexicon hebraicum conferre omnia nomina propria necnon ad alios articulos, quos in epitome sua « Realia biblica » fusius elaboraverat, subministrare materiam. Hoc pacto concluso opus, prout quisque poterat, aggressi sumus. Et socius quidem meus sat celeriter suas partes promissas implevit et paulo antequam moreretur mihi tradidit. Ego vero deinde eo orbatus, dum in labore incohato perseverabam, saepe quidem aliis laboribus necessariis diu impediebar ac retardabar, at nihilominus in coeptis perseverans, feliciter tandem, Deo favente, ad operis finem perveni, ita ut nunc evulgatio operis absque timore ne imperfectum maneat incipi possit.

De operis ratione pauca praefari sufficiat. Articuli igitur de nominibus propriis agentes a P. Martino Hagen scripti sunt et ut tales signo ▲ notati; fuerunt utique, propter diuturnum tempus inde a prima scriptione elapsum, ab alio revidendi, secundum recentiora studia — prout casus ferebat — corrigendi, supplendi, abbreviandi. Quod opus in se suscepit P. Augustinus Bea, illudque ita exsecutus est ut, ubi auctorum hodie una est de nomine explicando vel de situ loci determinando sententia, haec plerumque nullo alio fonte addito referretur, ubi vero auctores dissentiunt, opus aliquod indicaretur in quo de re fusius disputetur, vel ad commentarios remitteretur. Quae praeter nomina propria in Lexico habentur, a me scripta sunt. Operam pro viribus dedi, ut nihil eorum neglegerem, quae ab aliis ad sensum vocabulorum rectius determinandum allata sunt, atque librum talem efficerem, qui legentibus textus primigenios vere utilis esset eorumque exspectationi satisfaceret. Me id revera plene praestitisse, affirmare non ausim. Admittendas censui in numerum textuum Lexico explicandorum reliquias hebraicas libri Sirach nostra aetate inventas, eatenus saltem ut nova eius vocabula novasque vocum significationes breviter suo in loco adnotarem; in quo animadvertendum, me in citatione capitum et versuum, iuxta nonnullorum exemplum, secutum esse Vulgatam.

*Restat ut iis omnibus gratias agam qui me in hoc labore auxilio et consilio iuverunt *. Deum vero O. M. precor ut operi usque ad finem faveat.*

Romae, in sacro festo Paschae, anno 1940.

Franciscus Zorell S.J.

---

* In edendis fasciculis 1-3 Auctori in corrigendis plagulis sollerter astitit P. Aemilius Bürgi. Inde a fasciculo 4 in eius locum successit P. Ludovicus Semkowski, linguae hebraicae et aramaicae in Pont. Istituto Biblico professor, qui non solum in corrigendis plagulis adiuvit, sed, cum Auctor oculorum debilitate satis impediretur, etiam citationes omnes examinavit et operis impressioni invigilavit.

NOTA

Haec scripserat P. Ludovicus Semkowski S.J., qui ad finem perduxit Lexicon hebraico-latinum Patris Francisci Zorell S.J. Omnem laborem suum P. Semkowski impenderat, ut patet ex praefationis nota supra impressa, in perficiendo Lexico iam inde a fasciculo IV seu a pagina 337 usque ad terminum seu ad paginam 912 (anno 1947). P. Semkowski erat huic operi perficiendo reapse optime paratus. Natus est in Stary Sambor (dioecesis Przemysl) in Polonia die 22 novembris 1891. Ingressus est Societatem Jesu anno 1907. Post studia ad sacerdotium praevia et post acceptos sacros ordines, venit Romam (1920) ut studia biblica iniret. Anno 1923 Hierosolymam petiit; inde reversus, anno 1924 operam dedit in Germania (Stuttgart) epigraphiae semiticae, clarissimo M. Lidzbarski magistro. Post annum rediit Romam ut usque ad annum 1949 linguam hebraicam, biblico-aramaicam, epigraphiam semiticam et archeologiam biblicam doceret. Hoc tempore, ut diximus, ad finem perduxit Lexicon hebraicum Patris Zorell. Anno 1949 primum factus est superior Hierosolymitanae sedis Instituti Biblici usque ad annum 1954. Cum Romam revocatus esset, factus est Rector Collegii Polonorum (1954-59). Rursus Hierosolymam reversus rexit ibi ut Superior secunda vice illam sedem Instituti Biblici (1959-72). Prudentia, rectitudine, amabili comitate praeditus, necnon excellenti cognitione plurium linguarum, valde contulit ut Institutum Biblicum viveret et Hierosolymis floreret temporibus non quidem facilibus. Aetate gravis tandem Romam vocatus est. Ibi usque dum vires ei adfuerunt, adiuvit Patrem Nober (qui quidem nunc supremum diem obiit) in corrigendis plagulis Elenchi Bibliographici Biblici, ceteros vero iugiter consilio, probitate, amabilitate. Paulatim autem morbis confectus, sese proxime paravit ad adventum Domini sui, qui demum venit noctu ut servum fidelem ad praemium vocaret (19 augusti 1977) in Villa Cavalletti (Grottaferrata).

Romae, mense septembri 1981.

Petrus Boccaccio S.J.

INDEX GENERALIS

Praefatio (Franciscus Zorell S.J. – Ludovicus Semkowski S.J.) 5*

Nota (Petrus Boccaccio S.J.) 8*

Index generalis 9*

Elenchus siglorum et abbreviationum 11*
- I. Sacrae Scripturae libri 11*
- II. Versiones Veteres 11*
- III. Abbreviationes 11*
- IV. Opera saepius citata 13*
- V. Sigla periodicorum 15*
- VI. Alia signa 16*

LEXICON HEBRAICUM VETERIS TESTAMENTI 1

Animadversiones in indicem vocabulorum latino-hebraicum 913

Index vocabulorum latino-hebraicus 917

Nomina propria 991

Corrigenda. 997

ELENCHUS SIGLORUM ET ABBREVIATIONUM

I. Sacrae Scripturae libri:

Gn Ex Lv Nu Dt — Jos Jdc 1 S 2 S 1 R 2 R — Is Jr Ez Os Joel Am Abd Jon Mi Na Hab So Ag Zch Mal — Ps Pr Job — Ct Ru Thr Ec Est — Dn Esr Neh 1 Ch 2 Ch — Sir

II. Versiones Veteres:

G . . graeca, LXX
H . . Hieronymi (Psalmi)
S . . syriaca, Pešitta
T . . Targum
V Vg . . Vulgata
Aq . . . . Aquila
Sym . . Symmachus
Thdt . . . Theodotion

III. Abbreviationes:

abs. . . . . absolutus, -ute
acc. . . . . accusativus
add. . . . . addit, addunt
adi. . . . . adiectivum
adv. . . . . adverbium
aeth. . . . . aethiopice
al. . . . . . et alibi
alqs alqd alcs alci alqm ... = aliquis, aliquid, -cuius, -cui, -quem
ap. . . . . . apud
ar. . . . . . arabice
aram. . . . aramaice
arch. . . . . archaistice
art. . . . . articulus
a/s. . . . . aramaice et syriace
ass. . . . . assyrie
c. . . . . . cum
ca . . . . circa
cf. cfr. . . . confer
cj. . . . . . coniectura, coniiciunt
cod. . . . . codex
coh. . . . . cohortativus
coll. . . . . collatis...
collect. . . . collectivus
comm(ent). . commentarius
cstr. . . . . constructus
dat. . . . . dativus
del. . . . . delet, delent
dem. . . . . demonstrativus
deriv. . . . derivatum, -ata
dic. . . . . dicitur
dir. . . . . directus
Ds Dm . . . Deus Deum
Dns Dni Dno Dnm = Dominus... (= Jahve)
du. . . . . . dualis
dub. . . . . dubius
etc. . . . . et cetera
ets. . . . . et similia
ex. gr. . . exempli gratia
exc. . . . . excepto
f. . . . . . femininum
frt. . . . . . fortasse
g. . . . . . genetivus
g. part. . . . ...partitivus
g. qual. . . . ...qualitatis
ger. . . . . gerundium (*liqṭól*)
h. . . . . . hic
h. l., h. ll. . hoc loco, his locis

Hi. . . . . . Hifʿîl
Ho. . . . . Hofʿal
Htp. . . . . Hitpaʿel
Htpo. . . . Hitpoʿel
i. p. . . . . . in pausa
i. q. . . . . idem quod
id. . . . . . idem
indir. . . . . indirectus
inf. inff. . . infinitivus, -vi
inf. a. . . . infinitivus absolutus
inf. c.. . . . infinitivus constructus
interr. . . . interrogativus
intrans. . . intransitivus
ipf. . . . . imperfectum
ipr. . . . imperativus
ipr. en. . . imperativus energicus (*qoṭla*, *qû-ma*)
iran. . . . iranicus (persicus)
irreg. . . . irregularis
it. . . . . item
iuss. . . . iussivus
k . . . . ketîb
km . . . . kilometra
lg. . . . . legit, legunt
lgd.. . . . legendum
loc. . . . localis, locativus
m. . . . . masculinum
metaph. . metaphorice
menton. . metonymice
mu.. . . . multi
n. gent. . nomen gentilicium
n. loc. . . nomen loci
n. patron. patronymicum
n. pr. . . nomen proprium
nn. . . . . nomina
narr. . . . narrativus (*wajjiqṭôl*)
NB. . . . nota bene
nh. . . . . neohebraice
Ni. . . . . Nifʿal
nnq. . . . nonnumquam
obi. . . . obiecti, obiectivus
om. . . . omittit, omittunt
or. dir. . . oratio directa
palm. . . palmyrenus
pass. . . . passivum
pers. . . . persona
pf. . . . . perfectum
ph. . . . . phoenicie
Pi. . . . Piʿel
pl. . . . . pluralis
pl. ttm. . plurale tantum
Po. . . . Poʿel
praef. . . praefixum
praepos. . praepositio
prob. . . . probabiliter
pron. . . . pronomen
ptc.. . . . participium
Pu. . . . Puʿal
q . . . . qerê
Q. . . . . Qal
Q. pass. . Qal passivum (cf. Joüon § 58, Bauer-Leander § 38 l′-r′)
q. v. . . . quod videsis
rel. . . . . relativus
s ss . . . sequens, sequentes
sab. . . . sabaice
sam. . . . samaritanus
sanscr. . sanscrite
sc. scil. . . scilicet
sec. . . . secundum
sent. . . . sententia (...nom.: nominalis, ...rel.: relativa, ...circumst.: circumstantialis
seq.. . . . sequitur
sfx. . . . suffixum, cum suffixo
sg. . . . . singularis
SScr. . . Sacra Scriptura
st. a. . . . status absolutus
st. c. . . . status constructus
stat. . . stativus
subst. . . substantivum, -ive
sum. . . . sumerice
sy. . . . syriace
syhex. . . syrohexaplaris
TM . . . textus masoreticus
trans. . . transitivus
trg. . . . targum

ug(ar). . . ugaritice
v. . . . . vide
v. gr. . . verbi gratia
v. l. . . . varians lectio
vv. ll. . . variantes lectiones

vb. . . . . verbum
vol. . . . voluntativus (= cohortativus et iussivus)
μ . . . . sensu metaphorico

E, N, S, W, itemque NE, NW, SE, SW, SSE (et sim.) in articulis geographicis sunt nota illa sigla plagarum caeli.

Ǧ., Ḫ., N., W. in iisdem articulis geographicis significat Ǧebel (mons), Ḫirbet (ruina...), Nahr (fluvius), Wâdī (torrens, vallis).

IV. Opera saepius citata:

Abel : Abel F.-M., *Géographie de la Palestine.* Paris, T. I 1933; T. II 1938.

Am Kn *vel* Amarna Knudtzon : Knudtzon J. A., *Die El-Amarna-Tafeln.* Leipzig 1907-1915.

Barth, Nb. : Barth Jakob, *Die Nominalbildung in den sem. Sprachen* Ed. 2ª. Leipzig 1894.

» Et. St. : Barth Jakob, *Etymologische Studien.* Leipzig 1893.

» WU. : Barth Jakob, *Wurzeluntersuchungen zum hebr. u. aram. Lexicon.* Leipzig 1902.

BH : *Biblia Hebraica*, ed. R. Kittel–P. Kahle. Ed. 3ª. Stuttgartiae 1937.

BL : Bauer-Leander, *Historische Grammatik der hebr. Sprache des A. T.* Halle 1922.

Bö. : Böttcher F., *Ausführliches Lehrbuch der hebr. Sprache.* Leipzig I 1866, II 1868.

Bochart, Hz : Bochartus Sam., *Hierozoicon.* 3 Voll. Lipsiae 1793-96.

» Ph : Bochartus Sam., *Phaleg.* Lugd. Bat. 1712.

Bro. : Brockelmann C., *Grundriss der vergleichenden Grammatik der sem. Sprachen.* Berlin I 1908, II 1913.

Dalman, WB : Dalman G. H., *Aramäisch-neuhebräisches Wörterbuch.* Frankfurt a. M. 1897; 1901.

Delitzsch, Paradies : Delitzsch Friedr., *Wo lag das Paradies?* Leipzig 1881.

» Prol. : Delitzsch Friedr., *Prolegomena eines neuen Hebr.-Aram. Wörterbuches z. A. T.* Leipzig 1886.

Driver, Tenses : Driver S. R., *A Treatise on the Use of the Tenses in Hebrew* ³. Oxford 1892.

Enc. Jud. : *Encyclopaedia Judaica.* Berlin 1927 ss.

Fern[ández], Jos. : Fernández A., *Commentarius in l. Josue.* Paris 1938.

Fern., Probl. : Fernández A., *Problemas de Topografía Palestinense.* Barcelona [1936]

Fonck, Streifzüge	: Fonck L., *Streifzüge durch die biblische Flora* (Bibl. St. V 1). Freiburg i. Br. 1900.
Galling, BRL	: Galling K., *Biblisches Real-Lexikon*. Tübingen 1937.
GB	: Gesenius–Buhl, *Hebräisches und aramäisches Handwörterbuch über das Alte Testament*[16]. Leipzig 1915.
Ges., Thes.	: Gesenius W., *Thesaurus linguae hebraicae et chaldaicae*. Leipzig 1835 ss.
Gezer [1]	: Linea prima (*vel*: secunda etc.) calendarii in Gezer inventi (cf. Lidzbarski, *Ephemeris* III 36 ss).
GK	: Gesenius–Kautzsch, *Hebr. Grammatik*[28]. Leipzig 1909.
Guérin	Guérin V., *La Terre Sainte*. Paris 1882-1884.
Hagen, LB	: Hagen M., *Lexicon Biblicum*. Parisiis 1905-1911.
» Realia	: Hagen M., *Realia Biblica*. Parisiis 1914.
IFl	: Iosephus Flavius, *Antiquitates Iudaicae* (ed. Niese). Berolini 1885-1892.
J. *vel* Joü.	: Joüon P., *Grammaire de l'Hébreu biblique*. Roma 1923.
Knudtzon	: v. Amarna.
Kö.	: König E., *Historisch-kritisches Lehrgebäude der hebr. Sprache*. Leipzig I 1881, II 1895, III 1897.
Lidzbarski, Ephem.	: Lidzbarski M., *Ephemeris für semitische Epigraphik*. Giessen 1902-1915.
» NsEp	: Lidzbarski M., *Handbuch der nordsemitischen Epigraphik*. Weimar 1898.
Michaelis	: Michaelis J. D., *Supplementa ad lexica hebraica*. Gottingae 1792.
Müller, AE	: Müller W. M., *Asien u. Europa nach altägyptischen Denkmälern*. Leipzig 1893.
Musil, Ar. Petr.	: Musil A., *Arabia Petraea*. Wien 1907-1908.
On. *vel* Onom.	: *Onomasticon* (*sive* Eusebii Caes. *sive* Hieronymi). Ed. E. Klostermann, Leipzig 1904.
Pilter	: Pilter W. T., *The Pentateuch: a Historical Record*. London 1928.
Post	: Post G. E., *The Flora of Syria, Palestine and Sinai*. Beirut 1932.
Realia	: v. Hagen, *Realia*.
RLAs	: Ebeling E. u. Meissner B., *Real-Lexikon für Assyriologie*. Berlin 1932 ss.
Šanda	: Šanda A., *Die Bücher der Könige*. Münster i. W. 1911-1912.
Scheft.	: Scheftelowitz I., *Arisches im A. T.* 2 Voll. Berlin 1901-03.
Schrader–Whitehouse	: Schrader E.–Whitehouse O. C., *Cuneiform Inscriptions and the O. T.* London 1885-1888.

Schulthess, Lex. : Schulthess F., *Lexicon syropalaestinum.* Berolini 1903.
SEP, Mem. : *The Survey of Eastern Palestine,* Memoirs. London 1889.
SWP, Mem. : *The Survey of Western Palestine,* Memoirs. London 1881-1888.
Thomsen, LS : Thomsen P., *Loca Sancta. Verzeichnis der im 1. bis 6. Jahrhundert n. Chr. erwähnten Ortschaften Palästinas.* Halle a. S. 1907.
Tristram, FFl : Tristram H. B., *The Fauna and Flora of Palestine* (SWP 4). 1884.
» N. H. : Tristram H. B., *Natural History of the Bible* [10]. London 1911.
Vigouroux, D. B. [Suppl.] : Vigouroux E., *Dictionnaire de la Bible.* Paris 1895-1912, *et* Pirot L., *Supplément.* Paris 1928 ss.
Vincent, Jérusalem: : Vincent H. et Abel F.-M., *Jérusalem.* Paris 1912-1914.

V. Sigla periodicorum:

AASOR = *Annual of the American Schools of Oriental Research.*
AJSL = *American Journal of Semitic Languages.*
ARW = *Archiv für Religionswissenschaft.*
Bib = *Biblica.*
BZ = *Biblische Zeitschrift.*
ExpTi = *Expository Times.*
JBibLit, JBL = *Journal of Biblical Literature.*
JThSt = *Journal of Theological Studies.*
JewQR = *Jewish Quarterly Review.*
JPOS = *Journal of the Palestine Oriental Society.*
Mél. = *Mélanges [de la Faculté Orientale] de l'Université de St.-Joseph (Beyrouth).*
MNDPV = *Mitteilungen u. Nachrichten des Deutschen Palästina-Vereins.*
MVaG = *Mitteilungen der Vorderasiatischen Gesellschaft.*
OLZ = *Orientalistische Literaturzeitung.*
PJB = *Palästinajahrbuch.*
PrSBibArch = *Proceedings of the Society of Biblical Archaeology.*
PrincThR = *Princeton Theological Review.*
RB = *Revue Biblique.*
REtJ = *Revue des Études Juives.*
RStOr = *Rivista degli Studi Orientali.*
RechScRel = *Recherches de Science religieuse.*
ThGl = *Theologie und Glaube.*
VbD = *Verbum Domini.*
WZKM = *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes.*
ZAeg = *Zeitschrift für Aegyptische Sprache u. Altertumskunde.*
ZASS = *Zeitschrift für Assyriologie.*

ZAW = *Zeitschrift für die alttestamentliche Wissenschaft.*
ZDMG = *Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft.*
ZDPV = *Zeitschrift des Deutschen Palästina-Vereins.*
ZSem = *Zeitschrift für Semitistik und verwandte Gebiete.*

VI. Alia signa:

Initio articulorum:

▲ = nomen proprium.
∦ = vocabulum *tantum in poesi* vel prosa lectiore prophetarum occurrit (∦' paene solum in poesi).
× = vocabulum in sera litteratura invenitur (post tempus regum).
1, 2 vocabula diversa eiusdem formae distinguuntur, ut ¹אַף *etiam*, ²אַף *nasus*.

Intra articulos:

Hi. †, Pi. † (et similia) = omnes loci, ubi Piel vel Hiphil occurrit, indicati sunt.
etiam significationes vocabulorum, quae solum in poesi vel in sera litteratura occurrunt, iisdem signis (∦, ×) distinguuntur.
* indicat, aliquam formam supponendam esse, quamquam in textu SScr^ae^ non occurrat.
′ denotat vocabula abbreviata (plerumque ipsum vocabulum articuli; praeterea פְּלֹנִי פ׳, אֱלֹהִים אֱ׳, יהוה יה׳).
˂ syllabam accentatam indicat (אֶ֫בֶן), item ˏ (אֶבֶן).
˄ formam pausalem denotat (אָֽבֶן); Pathach in pausa in Qameṣ mutandum generatim non indicatur.
|| in parallelismo cum .....
lineola supra ו et י scripta indicat, vocales ê, î, ô, û inveniri defective scriptas, ut מְצוֹרָה. מִקְנֵיהֶם, אוֹתוֹת (מְצֻרָה, מִקְנֵהֶם, אֹתֹת etc.). — Idem indicat scriptio בְּכֹ(וֹ)ר, בִּכּ(וּ)רִים, מִקְנֵ(י)הֶם.
Si quod vocabulum in uno versu compluries occurrit, ubi opus est, addita littera a, b, c, indicatur, de quota vice agatur; ex. gr. בקשׁ So 2 3 b-c, Jr 5 1 b.

In substantivis denotat

′ abbreviatum	statum	absolutum	singularis,	ex. gr.	ב׳ pro	בַּיִת.
″ »	»	»	pluralis,	» »	ב״ pro	בָּתִּים.
’ »	statum	constructum	singularis,	» »	ב’ pro	בֵּית.
’’ »	»	»	pluralis,	» »	ב’’ pro	בָּתֵּי.

In fine articulorum:

† = omnes loci ubi vocabulum occurrit, indicati sunt.
1 = hapax legomenon.

א

אָב, st. c. אֲבִי (Gn 17 4 אַב), sfx. אָבִי (*abī-j*), אֲבִיכֶן, אֲבִיכֶם, אָבִינוּ, אָבִיהוּ et אָבִיו, אָבִיךָ, אָבִיךְ, אֲבִיהֶן, אֲבִיהֶם; pl. אָבוֹת, st. c. אֲבוֹת, sfx. אֲבֹתַי etc., אֲבוֹתָם et (Jr Esr Neh Ch) ×אֲבוֹתֵיהֶם: *pater*; 1) *pater, a) genitor, parens* Gn 44 19. Dt 24 16. 1 R 3 6 et passim; pl. de complurium patribus Jos 4 21. Jdc 21 22. Jr 6 21; — *b*) sensu latiore: *avus* Gn 32 10, *progenitor* Jos 19 47. Jdc 18 29. 1 R 15 3. Is 38 5b al.; *gentis auctor* Iacob Is 58 14, Abraham 51 2, Sem Gn 10 21; pl. *progenitores, maiores* Gn 31 3. 49 29. 1 R 8 53. Ps 22 5. 44 2. 78 5. Neh 9 9 al., praesertim *patriarchae* Abraham, Isaac, Iacob: ‘Deus patrum v.’ ets. Ex 3 15. Dt 1 11. 1 Ch 29 18 al.; Ds iuravit ‘patribus tuis’ ets. Ex 13 5. Dt 6 10. 7 8. Mal 3 24 al.; *maiores defuncti*, ad quos congregantur morientes: שָׁכַב עִם־אֲבֹתָיו 2 R 14 22: Gn 47 30. Dt 31 16, תָּבוֹא אֶל־אֲבֹתֶיךָ Gn 15 15, נֶאֱסַף אֶל־א" Jdc 2 10 (cf. 2 R 22 20) ets.; מַטֵּה אֲבֹתָיו ‘tribus eius paterna’ Nu 13 2; אֲבוֹת אֲבֹתֶיךָ Ex 10 6: Dn 11 24. — 2) sensu improprio: *a*) *auctor, factor* pluviae Job 38 28; ‘pater fidicinum’, qui primus eam artem exercuit Gn 4 20 : 21; *b*) *qui aliorum curam velut paternam gerit*, eos educans, instruens, dirigens, protegens: ‘erit pater incolis Jrslm’ Is 22 21: Job 29 16, *consiliarius* Gn 45 8. Jdc 17 10. 18 19; auctor libri Pr a lectore ut pater considerari vult Pr 4 1; ‘pater’ appellatur propheta a plebe 2 R 2 12. 6 21. 13 14 (scholae prophetarum praeses frt. 1 S 10 12; sec. ZAW 36, 241 verbis ‘quis est eius pater?’ in Oriente alqs contemnitur), dux militum a servis 2 R 5 13, Saul a David (= socer) 1 S 24 12, artificis regii titulus 2 Ch 2 12. 4 16; Messias erit אֲבִי־עַד ‘pater in aeternum’ Is 9 5; *c*) Deus est *pater* (parens, paternus curator) orphanorum Ps 68 6, populi Israel Dt 32 6. Is 63 16. 64 7. Jr 3 4. Mal 1 6 al., regis theocratici 2 S 7 14. Ps 89 27 al.; eadem idea subest nominibus propriis theophoris continentibus אב vel אבי (ut יוֹאָב, אֲבִיאָסָף); *d*) urbis *pater*, frt. possessor, princeps, politarches 1 Ch 2 24. 42. 4 12-21. 8 29. [In aliis linguis semiticis *ab*, st. c. *abū* (ar. *abū, abī, abā*).]

‡ **אֵב***, sfx. אִבּוֹ: *planta, herba*, post flores iam habens fructuum initia, sed nondum evoluta; iuncus עֹדֶנּוּ בְאִבּוֹ ‘adhuc est cum primis germinibus suis’ Job 8 12; אִבֵּי הַנָּחַל ‘nova germina vallis’ Ct 6 11. [ass. *inbu*, a/s. אֵב, אִנְבָּא, *ebbā* id.; ar. *abb* pratum]†

▲**אֲבַגְתָא**▲ *Abgatha* (G Ζαθολθα), eunuchus Est 1 10. [1]

אָבַד: Q. pf. אָבַד, ipf. יֹאבַד etc. (i. p. יֹאבֵד, יֹאבֵדוּן), inff. אָבֹד, אֲבֹד (sfx. אָבְדָם, אַבֶּדְךָ, אַבֶּדְכֶם), ptc. אֹבֵד, st. c. אֹבַד: 1) *oberravit, vagus circumerravit: a*) asina 1 S 9 3, ovis (imago summae inopiae ac periculi) Jr 50 6: Ps 119 176, μ Ez 34 4. 16; *b*) homo: Aramaeus vagus Dt 26 5: Job 31 19; ethice אֹבַד עֵצוֹת ‘quo se vertat, quid consilii capiat, nesciens’ Dt 32 28. — 2) *amissa est, elapsa est, periit, defecit res*: c. מִן personae Dt 22 3, c. לְ pers. 1 S 9 20: Jr 48 36. Ec 5 13; כְּלִי אֹבֵד ‘vas vel supellex amissa’, quam nemo curat Ps 31 13; deficit alqm (c. מִן pers.) sapientia Is 29 14, consilium Jr 49 7: 4 9. 7 28.

Job 30 2. Thr 3 18; *interiit* alcs nomen, memoria Ps 9 7. 41 6. Job 18 17; cum morte alcs *interit* quidquid amavit vel odio habuit Ec 9 6; *periit* alci copia fugiendi Jr 25 35. Am 2 14. Ps 142 5. — 3) *homo interiit, periit,* vario modo et gradu: a) quacunque ratione *evanescit, adesse desinit* (morte, fuga, exsilio): rex Zch 9 5 (c. מִן loci), homines pii Is 57 1. Mi 7 2, impii Nu 16 33 (מִתּוֹךְ). Ps 10 16 (מֵאַרְצוֹ). 68 3. Pr 28 28. Job 20 7, populus in exsilium actus, c. מִן regionis ex qua eicitur Dt 4 26. 28 20, מֵעַל Dt 11 17. Jos 23 13. 16, מִפָּנֶיךָ Ps 9 4; b) *interiit, periit,* fame, morte, praesertim morte misera, violenta, ignominiosa Dt 7 20. 2 S 1 27. Is 41 11. Jon 1 6. 14. 3 9. Ps 49 11. 83 18. Job 4 11. 20. 6 18. Est 4 16; c) indeterminate: *interiit, ex statu felici in summam miseriam incidit:* וַאֲבַדְתֶּם בַּגּוֹיִם ‘peribitis in terra gentilium’ Lv 26 38; בַּאֲבֹד רְשָׁעִים רִנָּה ‘cum pereunt impii, auditur iubilatio’ Pr 11 10: Nu 17 27. Dt 8 19. 30 18. Jdc 5 31. Ps 37 20. 73 27. Pr 19 9. 21 28 al.; quia subest idea eundi viam (fatalem), addi potest acc.: פֶּן־תֹּאבְדוּ דֶרֶךְ ‘ne viam interitus eatis’ Ps 2 12; ptc. אֹבֵד alqs in misera, pauperrima condicione Job 29 13. 31 19. Pr 31 6; metonymice ipsa via, in qua impii ambulant atque pereunt, ‘perit’ Ps 1 6; d) populus *periit,* nempe victus, suppressus, spoliatus, deletus: populus Chamos Nu 21 29: Jr 40 15. 48 46. Abd 12, Tyrus Ez 26 17: Ex 10 7. Nu 21 30. Dt 8 20. Is 60 12. Am 1 8. — 4) *res interiit: a) perit, corrumpitur, corruit* ets.: planta Jon 4 10, messis Joel 1 11, terra (messium iniuria, bellis) Jr 9 11, caelum et terra Ps 102 27; domus eburnea Am 3 15; b) res *perit,* i. e. *fallitur, frustratur, sua impletione seu efficacia privatur:* alcs desiderium Ps 112 10, spes Ez 19 5. 37 11. Ps 9 19. Pr 10 28. 11 7. Job 8 13, visio Ez 12 22, consilium Ps 146 4; maledicitur diei dicendo ‘pereat’ Job 3 3.

Pi. אִבֵּד, ipf. יְאַבֵּד (narr. 1 וָאֲבֶּדְךָ pro וָאֲאַבֶּדְךָ Ez 28 16), inff. אַבֵּד, ptc. מְאַבֵּד: 1) *fecit vel sivit oberrare* cum periculo: oves (in sermone metaphor.) Jr 23 1, c. הֵפִיץ. — 2) rem *fecit evanescere, perdidit, destruxit, amisit:* nomina deorum Dt 12 3, alcs memoriam Is 26 14, divitias Pr 29 3, voces iactabundas insolentium Jr 51 55 (c. מִן), bonum Ec 9 18, cor i. e. rectam mentem Ec 7 7; rei *iacturam fecit* (opp. quaesivit) Ec 3 6. Sir 8 12. 14 9. — 3) *alqm perdidit, interemit, interitui devovit,* vario sensu: *per vim amovit, exterminavit* Ez 28 16 c. מִן loci; *nocendo* quacunque ratione Ps 119 95. Pr 1 32; *morte violenta, caede, bello illato* etc. 2 R 11 1. 13 7. Est 3 9. 13. 4 7. 7 4. 8 5. 11. 9 24: הָרְגוּ וְאַבֵּד (Joü. 123 x) ‘occiderunt et perdiderunt’ Est 9 6. 12; אִבֵּד נְפָשׁוֹת homines vita privare Ez 22 27; Deus dicitur aliquos punire perdendo Dt 11 4. Jr 12 17. 15 7. So 2 13. Ps 5 7. 9 6. 21 11. Job 12 23. — 4) rem *perdidit, destruxit, demolitus est* ets.: vectes Thr 2 9, statuas Nu 33 52, idola 2 R 19 18. Is 37 19, loca cultu illegitimo polluta Nu 33 52. Dt 12 2. 2 R 21 3. Ez 6 3.

Hi. pf. הֶאֱבִיד (וְהַאֲבַדְתָּ ,־תִי ,־תֶם), vol. 1 sg. irreg. אֹבִידָה, inf. הַאֲבִיד: 1) *perdidit* Jr 1 10 (|| הָרַס); in specie 2) *evanescere fecit, abolevit,* voces laetas Jr 25 10: Dt 7 24. Ez 30 13. Mi 5 9; sapientes, sapientiam Abd 8 מִן, regem מִשָּׁם Jr 49 38. — 3) *perdidit, interitui devovit* alqm: שָׂרִיד Nu 24 19: Lv 23 30. Dt 7 10. 8 20. Jos 7 7. 2 R 10 19. Ez 25 7. Ps 143 12: || נָתַשׁ, נָתַץ Jr 18 7. 31 28, animalia Ez 32 13. — 4) rem *perdidit:* a) urbem, regionem *devastavit, destruxit* 2 R 24 2. Jr 46 8. So 2 5; b) expectationem, spem alcs *irritavit* Job 14 19. [ass. *abâtu* perire; ar. *abida* efferatus est, fugit, *bâta* (*î*) periit, a/s. אֲבַד, *ebad* periit, aeth. *abda* fit ferus, insaniit.] Derivata sequuntur.

‡ אֵבֶד *interitus*; עֲדֵי א׳ 'usque ad interitum', tandem peribit (sec. recentes quosdam = ar. *ilâ 'abad* 'in perpetuum', a vb. *'abada* permansit) Nu 24 20. 24. †

‡ אבדה (vocales?) f., *interitus* Pr 27 20 k (lectio praeferenda, ut ex praedicato f. pl. elucet). [1]

אֲבֵדָה *res amissa* Ex 22 8. Lv 5 22 s; אֲבֵדַת אָחִיךָ 'res a fratre t. amissa' Dt 22 3. †

‡ אֲבַדּוֹן m. (Job 28 22) *interitus*, domicilium mortuorum, *infernus* (cf. Apc 9 11); copulatur cum שְׁאוֹל Pr 15 11. 27 20 q. Job 26 6, c. מָוֶת Job 28 22, ‖ קֶבֶר Ps 88 12; עַד־א׳ Job 31 12. †

× אָבְדָן Est 9 5, st. c. אָבְדַן 8 6 *interitus, exitium*. [aram. *a–, obdân*] †

אָבָה, 3 pl. irreg. אָבוּא Is 28 12, ipf. יֹאבֶה etc. (2 m. irreg. תֹּבֵא Pr 1 10, sed habetur v. l. תבוא, תאבה): proprie 'se flecti sivit' alcs imperio, consilio, prece, i. e. *obtemperavit;* abs., אִם־תֹּאבוּ וּשְׁמַעְתֶּם 'si obsequemini et oboedietis' Is 1 19; negative, לֹא אָבָה 'non optemperavit, i. e. recusavit' Jdc 11 17: 1 R 20 8. 22 50. אַל־תֹּבֵא 'ne te sinas flecti, recusa' Pr 1 10: 6 35; seq. dat. pers. לֹא־תֹאבֶה לוֹ 'noli ei obsequi' Dt 13 9: Ps 81 12; seq. dat. rei Pr 1 30 (opp. נָאַץ), acc. 1 25 (opp. פָּרַע); seq. inf.: הֲיֹאבֶה רֵים עָבְדֶךָ 'sinitne se adduci bos silvester ad tibi serviendum?' Job 39 9, alias semper לֹא אָבָה c. inf., *non sinit se adduci ad faciendum* alqd, *non vult, detrectat* Dt 2 30. 10 10. 25 7. 29 19. 1 S 15 9. 2 R 13 23. Is 28 12. 30 9; seq. לְ et inf. c.: לֹא־אֲבִיתֶם לַעֲלֹת 'noluistis ascendere' Dt 1 26: Gn 24 5. Ex 10 27. Lv 26 21. Dt 23 6. Jos 24 10. Jdc 19 10. 2 S 23 17 al.; seq. inf. abs. (Joü. 123 b 3) Is 42 24; omisso infinitivo qui ex contextu facile suppletur 1 S 31 4. 2 S 12 17. 1 Ch 10 4. Is 30 15. [Primitus *flecti se sivit;* ab idea indeterminata flexionis facile derivatur 'velle' (flecti ad actum) et 'nolle' (deflecti ab agendo); hinc ar. class. *abâ* noluit, ar-dial. voluit, aram. לָא אֲבָה noluit: v. Joüon, Bib. 8, 338 s; ass. *abûtu* voluntas.] Deriv. אֶבְיוֹן, אֲבִיוֹנָה (?).

‡ אֵבֶה sec. recentes *iuncus, arundo* [ab אָבָה, planta flexilis]; gen. materiae, 'navigia *iuncea, arundinea*' Job 9 26, cf. גֹּמֶא Is 18 2; veteres legebant vel אֵבָה (cf. אֵב) 'naves poma portantes' HT vel אֵיבָה 'naves hostiles' S, Sym. 'naves festinae'. [1]

‡ אֲבוֹי Pr 23 29 (‖ הוֹי) sec. plerosque interiectio plangentis, *vae! heu!;* sec. alios nomen, frt. *fastidium, taedium* [cf. ar. *abâ(j)* cum contemptu recusavit, subst. *ibâ*': Michaelis.] [1]

‡ אֵבוּס, st. c. אֵבוּס Is 1 3, sfx. אֲבוּסֶךָ Job 39 9: *praesaepe;* אֵ׳ בַּר Pr 14 4 'pr. est vacuum', non habetur pabulum. [אָבַס] †

‡ אִבְחָה*, st. c. in אִבְחַת־חָרֶב Ez 21 20 *caesio, occisio* per gladium (G σφάγια ῥομφαίας). [cf. ar. *'afaha* verticem capitis cecidit; dubium est ass. *abâḫu* trucidare, Del. Prol. 74 s.]; Schleusner conicit טִבְחַת eodem sensu. [1]

אֲבַטִּחִים Nu 11 5 G πέπονες, *pepŏnes:* fructus ex familia Cucurbitacearum, praesertim Citrullus vulgaris Schrader (*Wassermelone, melon d'eau*); cf. Löw, Aram. Pfl. 297; Forskål, Flora aeg.-ar. 167-9. [ar. *biṭṭīḫ,* vulg. *baṭṭīḫ,* unde hisp. *badea.*] [1]

אָבִי particula obsecrativa (ut בִּי) *quaeso, rogo;* אָבִי יִבָּחֵן אִיּוֹב 'sinat, quaeso, Job se examinari' Job 34 36; prob. 1 S 24 12. 2 R 5 13 (an 'mi pater!'?). [א׳ est vel nomen, a radice אבה, 'obsequium' cum potestate verbali 'obsequere!'; vel forma verbalis, 1 pers. sg. ipf. a בייי*, cfr. vulg. *abî, nebî,* 'rogo, rogamus' a vb. *bajja*; v. ap. Delitzsch in l. c. Job.] †

▲ אֲבִי, n. f., abbr. (= אֲבִיָּה 7) 2 R 18 2.

▲ אֲבִיאֵל 1) avus Saul et Abner 1 S 9 1. 14 51 (v. comment.). — 2) is qui 2 S 23 31 אֲבִי־עַלְבוֹן appellatur, 1 Ch 11 32.

▲ אֲבִיאָסָף Ex 6 24 = אֶבְיָסָף ib. Sam., 1 Ch 6 8. 22. 9 19 (26 1 אָסָף) *Abiasaph,* levita de stirpe Core. ['Pater auxit (familiam)'.]

אָבִיב nomen collect., *spicae maturae;* הַשְּׂעֹרָה א׳ 'hordeum erat aristae', iam in aristas maturuerat (cf. Driver, Tenses 188) Ex 9 31; א׳ קָלוּי 'aristae tostae' Lv 2 14; חֹדֶשׁ הָא׳ 'mensis (primarum) spicarum maturarum', i. e. Nisan, Martius-Aprilis Ex 13 4. 23 15. 34 18. Dt 16 1; non est nomen proprium mensis, nec Aegyptiorum Επειφ, cf. Kugler, Von Moses bis Paulus 14 s; cf. adhuc תֵּל. [Radix אבב, cf. אֵב.] †

▲ אֲבִיגַיִל, formae secundariae אֲבִיגַל, אֲבוּגַיִל, n. fem., *Abigail:* 1) uxor Nabal, postea Davidis 1 S 25 3. 14. 18. 23. 32. 39 s. 42. 27 3. 30 5. 2 S 2 2. 3 3. 1 Ch 3 1. — 2) soror Davidis 2 S 17 25. 1 Ch 2 16 s. [forma car. nominis longioris ut אֲבִיגָמָל.]

▲ אֲבִידָן *Abidan,* phylarchus in Beniamin Nu 1 11. 2 22. 7 60. 65. 10 24. ['Pater est iudex'.] †

▲ אֲבִידָע *Abida,* filius Madian Gn 25 4. 1 Ch 1 33 (Αβιδα) ['Pater, cognosce (aspice)!'.]

▲ אֲבִיָּה *Abia* — 1) filius Samuel 1 S 8 2. 1 Ch 6 13. — 2) filius Ieroboam I 1 R 14 1. — 3) f., uxor Hesron 1 Ch 2 24 (recentiores corrigunt אֲבִיהוּ). — 4) Beniaminita 1 Ch 7 8. — 5) prosapia sacerdotalis 1 Ch 24 10. Neh 10 8. 12 4. 17. — 6) rex Iuda, 2 Ch 11 20. 12 16. 13 1. 3 s. 15. 17. 19. 22. 23 = אֲבִיָּהוּ 13 20 s. = אֲבִיָּם *Abiam* 1 R 14 31. 15 1. 7 s. — 7) f., uxor Achaz 2 Ch 29 1 = אֲבִי *Abi* 2 R 18 2. ['pater est Iahu'.]

▲ אֲבִיָּהוּ *Abia* 2 Ch 13 20 s = אֲבִיָּה n. 6.

▲ אֲבִיהוּא *Abiu* filius Aaron Ex 6 23. 24 1. 9. 28 1. Lv 10 1. Nu 3 2. 4. 26 60 s. 1 Ch 5 29. 26 1 s. ['pater est Ille'.] †

▲ אֲבִיהוּד *Abiud,* Beniaminita 1 Ch 8 3. ['Pater est gloriosus'.] Sed sec. Jdc 3 15 frt. lgd. אֲבִי אֵהוּד '(Gera,) pater Ehudi'. †

▲ אֲבִיהַיִל f., *Abihail* — 1) uxor Abisur 1 Ch 2 29 (in multis mss. אביחיל; cf. LXX Αβιχαιλ). — 2) uxor(?) Roboam 2 Ch 11 18 (v. comm.). [n. car., ab Abihu vel Abihud; de terminatione *-ajil* v. ZDMG 57,530 ss.] †

אֶבְיוֹן 1) *pauper, egenus,* aliorum sustentationis indigens: Dt 15 4. Am 5 12. Ps 112 9. Est 9 22. Job 29 16; opp. עָשִׁיר Ps 49 3; c. synon. עָנִי Is 32 7. Ps 35 10. 37 14. 72 12. Pr 31 20, דַּל Is 14 30. Am 4 1, אוֹבֵד Job 31 19; בְּנֵי אֶבְיוֹן in condicione paupere nati Ps 72 4; add. g. part. Ex 23 11. Dt 15 11: Ps 132 15; אֶבְיֹנְךָ pauper tibi aere alieno obstrictus Ex 23 6. — 2) sensu latiore: *miser, inops, auxilii indigens* Jr 20 13. Am 2 6. Ps 69 34. 109 31 al.; c. synon. עָנִי (k עָנָו) Jr 22 16. Ez 16 49. Ps 12 6. 40 18 (Am 8 4. Ps 9 19) al., דַּל 1 S 2 8. Is 25 4. Ps 109 22, קְשֵׁה יוֹם Job 30 25; nonnusquam vel utraque signif. coniungitur vel utra praevaleat non patet. [אָבָה, q. v.: cf. πτωχός a πτώσσω; sec. plerosque ab אבה *cupivit.*]

אֲבִיּוֹנָה κάππαρις, *capparis,* Capparis spinosa Linné ex Capparidaceis (cf. Boissier, Flora or. I 419-21), cuius caulibus et fructibus sale conditis ac coctis veteres vescebantur ad appetentiam cibi provocandam; in senectute תָּפֵר הָא׳ Ec 12 5 prob. 'spem fallit, inefficax est capparis', seni cibi iam non sapiunt; de aliis interpretationibus v. Fonck apud Hagen, Lex. bibl. I 752 s. [Vocales etymologiam vulgarem sapiunt (אֲבִי יוֹנָה); prob. ab אָבָה.][1]

▲ אֲבִיחַיִל Vg. *Abihail* 1) levita Nu 3 35. — 2) Gadita 1 Ch 5 14. — 3) pater Esther

Est 2 15. 9 29 (LXX Αμιναδαβ). Cf. אֲבִיהַיִל. ['Pater est potentia'.] †

▲ אֲבִיטוּב (Αβιτωβ) *Abitob* Beniaminita 1 Ch 8 11. ['Pater est bonus'.] [1]

▲ אֲבִיטַל f., *Abital,* uxor Davidis 2 S 3 4. 1 Ch 3 3. [forma car. praecedentis.] †

▲ אֲבִיָּם 1 R 14 31. 15 1. 7 s = אֲבִיָּהוּ n. 6; cf. ZAW 46 p. 13 s. †

▲ אֲבִימָאֵל n. gentis, *Abimael,* filius Jectan Gn 10 28. 1 Ch 1 22. Sec. Glaser, Geogr. Arabiens 426 Abimael erat prope Saba seu regnum Sabaeorum cf. ZDMG 31, 86; 37, 18; 41, 639. [sab. אבמ־אל 'ein Vater ist Gott'.]

▲ אֲבִימֶלֶךְ *Abimelech:* 1) rex Gerar Gn 20 2 ss. 21 22 ss. — 2) alius (?) quidam rex Gerar Gn 26 1 ss. — 3) filius Gedeon Jdc 8 31. 9 1 ss. 10 1. 2 S 11 21. — 4) filius Abiathar 1 Ch 18 16 loco אֲחִימֶלֶךְ (n. 3). — 5) ad Ps 34 1 v. אָכִישׁ. ['Pater est rex'.]

▲ אֲבִינָדָב *Abinadab:* 1) levita 1 S 7 1. 2 S 6 3 s. 1 Ch 13 7. — 2) filius Isai 1 S 16 8. 17 13. 1 Ch 2 13. — 3) filius Saul 1 R 31 2. 1 Ch 8 33. 9 39. 10 2. — 4) 1 R 4 11; cf. בֶּן־אֲ׳. ['Pater liberaliter donavit'.] †

▲ אֲבִינֹעַם *Abinoem* (Αβινεεμ) Jdc 4 6. 12. 5 1. 12. ['Pater est deliciae'.] †

▲ אֲבִינֵר *Abner* 1 S 14 50 = אַבְנֵר q. v.

▲ אֲבִיָסָף *Abiasaph,* v. אֲבִיאָסָף.

▲ אֲבִיעֶזֶר *Abiezer* 1) vir Manassaeus Jos 17 2. Jdc 6 34. 8 2, filius sororis Galaad 1 Ch 7 18; n. patron. אֲבִי (הָ)עֶזְרִי *Abiezerita* Jdc 6 11. 24. 8 32; idem vocatur Nu 26 30 אִיעֶזֶר *Iezer* (LXX Αχιεζερ), filius Galaad, progenitor *Iezeritarum* (הָ)אִיעֶזְרִי. — 2) bellator sub David 2 S 23 27. 1 Ch 11 28. 27 12. ['Pater adiuvat'.] †

▲ אֲבִי־עַלְבוֹן *Abialbon,* bellator Davidis 2 S 23 31 = אֲבִיאֵל 1 Ch 11 32; cj. lgd. Abiel Beth(בית)arbathites.

‡ אָבִיר st. c., *robustus, fortis;* subst. *Deus fortis, potens protector:* c. gen. populi qui eum colit: Iacob Gn 49 24. Is 49 26. 60 16. Ps 132 2. 5. Sir 51 12, Israel Is 1 24. [ass. *abâru* robustum esse.] †

‡' אַבִּיר *robustus, fortis;* subst. 1) *miles egregius, militum dux* ets. Jdc 5 22. Thr 1 15; אַבִּירֵי לֵב prudentia praestantes Is 46 12. Ps 76 6; *praefectus* pastoribus 1 S 21 8; *angeli* Ps 78 25 (opp. homo); in malam partem, *tyrannus* Job 24 22. 34 20, frt. Ps 68 31. — 2) de animalibus; *a) bos, taurus* ets. Is 34 7. Ps 22 13. 50 13 (68 31?); sec. nonnullos Jr 46 15 אַבִּירֶ(י)ךָ 'Taurus tuus', Apis (cf. G, RechScRel 8, 98 ss., et contra ZAW 39, 296); *b) equus* sec. multos Jr 8 16 (Vg pugnatores t.). 47 3 (Vg. bellatores). 50 11 (Vg. tauri). Jdc 5 22. †

▲ אֲבִירָם (LXX Αβιρων) — 1) *Abiron* Rubenita Nu 16 1. 12. 24 s. 27. 26 9. Dt 11 6. Ps 106 17. (Sir 45 18.) — 2) *Abiram,* filius Hiel 1 R 16 34. ['Pater excelsus est'] †

▲ אֲבִישַׁג *Abisag* Sunamitis, 1 R 1 3. 15. 2 17. 21 s. [Forma car. ad nomina seq.] †

▲ אֲבִישׁוּעַ *Abisue* — 1) Beniaminita 1 Ch 8 4. — 2) sacerdos ex posteris Eleazar 1 Ch 5 30 s. 6 35. Esr 7 5. ['Pater est salus'.] †

▲ אֲבִישׁוּר *Abisur* 1 Ch 2 28 s. ['Pater est murus'.] [1]

▲ אֲבִישַׁי *Abisai,* dux 1 S 26 6-9. 2 S 2 18. 24. 3 30. 10 14. 16 9. 11. 18 2. 5. 12. 19 22 [21]. 20 6. 10. 21 17. 23 18 = אַבְשַׁי 2 S 10 10. 1 Ch 2 16. 11 20. 18 12 (?) frt. וּבְשׁוּבוֹ, deleto בֶּן־צְרוּיָה). 19 11. 15. - Cf. עֲמָשַׂי n. 2. [n. car., ab *Abi-šama'*, *-šafaṭ* vel sim.]

▲ אֲבִישָׁלוֹם *Abessalom,* pater (vel avus) Maacha 1 R 15 2. 10 = אַבְשָׁלוֹם 2 Ch 11 20 s.; frt. = אַבְשָׁלוֹם n. 1 (cf. IFl. VIII 10, 1). ['Pater est pax'.] †

▲ אֶבְיָתָר *Abiathar,* princeps sacerdotum in Nobe 1 S 22 20. 22. 23 6. 9. 30 7. 2 S 8 17

(pater Achimelech; v. אֲחִימֶלֶךְ n. 3). 15 24. 27. 29. 35 s. 17 15. 19 12. 20 25. 1 R 1 7. 19. 25. 42. 2 22. 26 s. 35. 4 4 (?). 1 Ch 15 11. 18 16. 24 6. 27 34. Cf. Mc 2 26. [Pater abundat] †

אבך Htp. ipf. יִתְאַבְּכוּ se convolvunt, *se torquent et premunt* densae columnae fumi Is 9 17. [cf. ar. *bakka, tabakbaka* se mutuo pressit multitudo.] [1]

אָבַל, ipf. יֶאֱבַל: 1) sensu primitivo [cf. ass. *abālu* siccus, aridus f., deperiit, *ubbulu* siccus]: ╫ *exaruit, in condicionem tristem devenit, vastata est* ets. Iuda Jr 14 2, terra Is 24 4 (c. נָבַל). 33 9 (c. אֻמְלַל). Jr 4 28. 12 4 (|| יָבֵשׁ). 11 (|| נָשַׁם). 23 10. Os 4 3. Joel 1 10 (|| שֻׁדַּד), pascua Am 1 2; *siccitate defecit* vinum Is 24 7. — 2) psychol.: ╫ *contristatus est, maeruit* Is 3 26. 19 8. Joel 1 9. Am 9 5. Job 14 22 (עָלָיו in ipso). — ╫ Hi. הֶאֱבִיל, narr. וַיַּאֲבֶל: 1) *in tristem statum coniecit* moenia Lam 2 8. — 2) *lugere fecit* alqm Ez 31 15. — Htp. *se contristavit, luctui indulsit, luxit:* Ez 7 12. 27. Neh 8 9. 1 Ch 7 22. Sir 7 34; describuntur simul signa luctus Ex 33 4. Dn 10 2. Neh 1 4; add. עַל Gn 37 34. 2 S 14 2 b. 19 2. Is 66 10. 2 Ch 35 24, אֶל 1 S 15 35. 16 1; de luctu ficticio 2 S 14 2 a. [a/s. אֲבַל, *'ebal;* ar. *abbana* mortuum deflevit.] Deriv. [1]אָבֵל, אֵבֶל.

אָבֵל, st. c. -אֲבֶל, st. c. pl. אֲבֵלֵי: *tristis, maestus* Gn 37 35. Job 29 25. Est 6 12; c. gen. obi. כַּאֲבֶל־אֵם 'ut alqs de matre (defuncta) lugens' Ps 35 14; qui de ruina theocratiae et impietate dominante lugent Is 61 2; c. gen. (vel sfx.) partitivo Is 57 18. 61 3. Sir 48 24; poetice, viae lugent Lam 1 4. †

אֵבֶל, c. suff. אֶבְלִי, 1) *maeror, tristitia* 2 S 19 3. Is 60 20. Jr 16 7. Am 5 16. Est 4 3; opp. שָׂשׂוֹן Is 61 3. Jr 31 13; c. gen. subi. Gn 27 41. — 2) *luctus manifestatus per planctus, cantum lugubrem, ieiunium ets.; pompa lugubris:* Gn 50 11; עָשָׂה א׳ Ez 24 17, לְאָבִיו in honorem patris Gn 50 10; c. gen. obi. א׳ יָחִיד luctus de filio unico [mortuo] Jr 6 26. Am 8 10: Dt 34 8; בִּגְדֵי־א׳ vestes lugubres 2 S 14 2, בֵּית א׳ Ec 7 2. 4; opp. מָחוֹל Thr 5 15, חַג Am 8 10, יוֹם טוֹב Est 9 22; *tempus luctus* 2 S 11 27; *cantus lugubris* Job 30 31; *ululatus lugubris* Mi 1 8. [אֲבַל] †

אֲבָל particula varii usus; 1) correctiva, qua aliquid antea dictis oppositum introducitur: *immo vero, immo potius* Gn 17 19. 1 R 1 43. [ita ar. *bal*] — 2) × adversativa: *sed, verumtamen* Esr 10 13. Dn 10 7. 21. 2 Ch 1 4. 19 3. 33 17. [item *bal*] — 3) introducuntur verba tristia: *eheu!* (*ach, leider! hélas!*) in confessione culpae Gn 42 21, in initio narrationis tristis 2 S 14 5. 1 R 1 43. 2 R 4 14 [in hoc usu a rad. אבל? 'o rem tristem!']. †

▲ **אָבֵל**, loc. 2 S 20 14. 15 (König III § 330 i) אָבֵלָה, *Abel* i. e. *Pratum, Pascuum* (aut: canalis, aqua, rivus cf. OLZ 1919, 58 s), in compositis nominibus geogr.: — 1) urbs in Palaestina sept. (hodie, *Tell Abil*) 2 S 20 18 *Abela,* plene אָבֵל בֵּית־מַעֲכָה 2 S 20 14 (dl. ו). 20 15 (h. l. cum art. הַמּ). 1 R 15 20. 2 R 15 29 *Abel domus Maacha,* i. q. אָבֵל מַיִם 2 Ch 16 4 (cf. 1 R 15 20) *Abelmaim,* appellatur "mater in Israel" 2 S 20 19; hierogl. O-bi-ra Müller, AE 170.227), assyr. Abilakka (? KAT^3 265). — 2) אָבֵל הַשִּׁטִּים *Abelsatim* (Pratum acaciarum) Nu 33 49, brevius הַשִּׁטִּים Nu 25 1 *Settim,* Jos 2 1. 3 1. Mi 6 5 *Setim* in locis planioribus Moab, sec. Musil, Ar. Petr. I (1907) 272. 274 W. es-Seyâle. Cf. Thomsen, LS I 13. — 3) אָבֵל כְּרָמִים *Abel quae est vineis consita* Jdc 11 33, vicus Ammonitarum; Onom. 32 15: villa vinetis consita 6 (Eus.) vel 7 (Hier.) mil. pass. a Philadelphia (Rabbath Ammon); cf. PJB 1936, 112 n. 2. — 4) אָבֵל מְחוֹלָה *Abelmehula* (Pratum saltationis) in Issachar iuxta Ior-

danem Jdc 7 22. 1 R 4 12, patria Elisei 1 R 19 16; 10 mil. pass. a Scythopoli (Bethsan) S versus (Onom. 34 22); hodie ʿAin el-Ḥelwe in el-Ġôr (accuratius Tell Abu Sifri; cf. Abel II 234) Insuper v. מְחֹלָתִי. — 5) אָבֵל מִצְרַיִם (Pratum Aegyptiorum vel prope Aegyptum) Gn 50 11 explicatur ab אֵבֶל *Planctus Aegypti;* sec. Hier. est i. q. בֵּית חָגְלָה (q. v.) prope Iericho (Onom. 9 18); cf. Abel I 234 et 274 s. v. בֵּית חָגְלָה. — Pro אָבֵל הַגְּדוֹלָה 1 S 6 18 sec. GT certe legendum אֶבֶן הַ׳, cf. 14 s. — *NB.* Per se melius ante genetivos scribi videtur אֲבֵל (*st. c.*). Nihilominus ad n. 1 et 5 dici potest statui abs. אָבֵל annecti casum abs. loc.; "Pratum [situm prope] Beth-Maacha"; n. 2. 3. 4 explicari possunt per appositionem (cf. Driver, Tenses § 188-190) sive "Pratum [cui nomen] Acaciae" sive "Pratum acaciis abundans".

אֻבָל, v. אוּבָל.

אֶ֫בֶן, אָ֑בֶן, st. c. אֶבֶן, sfx. אַבְנִי etc., pl. אֲבָנִים, אַבְנֵי, f. (Dt 27 2. 6. al.) lapis; 1) lapis quilibet, parvus, magnus, rudis, formatus, etc.: saxa fodinarum Job 28 6. Dt 8 9 (אֲבָנֶיהָ בַרְזֶל lapides eius multum ferri continent, Driver, Tenses § 188 s.); lapis magnus facile conspicuus 1 S 6 14. 2 S 20 8, rei gestae monumentum Gn 31 45. Jos 4 9 al., א״ בוֹר lapides vel rupes Orci Is 14 19 (an lgd. אַדְנֵי? cf. Job 38 6); lapis quo puteus occluditur Gn 29 2 (l. וְאֶבֶן!); lapides minores qui iacent in agris Job 5 23, in viis Is 62 10 (sg. collect.), qui manu iaciuntur Ex 21 18. 2 S 16 6. 13; — lapides varie usurpati: iaciuntur ballistis 2 Ch 26 15, fundâ Jdc 20 16. 1 S 17 40, א״ קֶלַע Zch 9 15. Job 41 20, א״ קְלָעִים 2 Ch 26 14 (לְ obi.); iaciuntur in agrum vastandum 2 R 3 19. 25; scelerati lapidum iactu necantur Nu 14 10. 15 35 s. Dt 13 11. 17 5. 21 21. 22 21. 1 R 21 13 (אֶבֶן sing. coll. Lv 20 2. 24 23. Jos 7 25 al.); super sepulcrum lapides congeruntur Jos 7 26. 8 29, גַּל אֲבָנִים 2 S 18 17 (metaph. Thr 3 53); — ex lapidibus construuntur arae Ex 20 25. Jos 8 31. 1 R 18 31 s. Is 27 9, aedificia Gn 11 3. Lv 14 40. 1 R 5 31 al., pavimenta 2 R 16 17; l. rudis, non dolatus Ex 20 25, sed e contextu 'perfectus' אֶבֶן שְׁלֵמָה 1 R 6 7; א״ מַחְצֵב 2 R 12 13, א״ גָזִית 1 Ch 22 2 lapides dolandi; א׳ הָרָמָה ll. urbi Ramae destinati 2 Ch 16 6; lapides domuum dirutarum Mi 1 6. Thr 4 1. Neh 3 34; adi. *lapideus* indicatur per gen. materiae לֻחוֹת (הָ)אֶבֶן Ex 24 12. 31 18, חוֹמַת אֲבָנֵיהֶם murus eorum lapideus Neh 3 35: Gn 35 4. Pr 24 31; — אֲבָנִים 'lapides' sine addito dicuntur lapidea aedificia Ps 102 15 (opp. עָפָר ruinae), vasa Ex 7 19, אֶבֶן idolum lapideum Jr 2 27. 3 9. Hab 2 19: Dt 4 28. 28 36. 64. 2 R 19 18. Is 37 19; — in comparationibus: ut lapis mergi Ex 15 5, obrigescere 15 16; apoplexia tactus הָיָה לְאָבֶן obriguit 1 S 25 37; mens dura, obstinata dic. לֵב אֶבֶן Ez 11 19. 36 26; res in magna copia exstans dic. כָּאֲבָנִים 1 R 10 27. 2 Ch 1 15. 9 27; lapis fundamenti aliique Is 28 16. 54 11. Zch 3 9. 4 7 (cf. ראשׁה). Ps 118 22; א׳ מַעֲמָסָה l. sublevandus Zch 12 3, א׳ נֶגֶף l. offensionis Is 8 14, א״ גִר lapides velut in calcem redacti 27 9, א״ אֵשׁ calidissimi Ez 28 14; Deus dic. אֶבֶן יִשְׂרָאֵל, petra (=צוּר) Gn 49 24. — 2) pondus staterae, apud veteres saepe ex lapide constans (sed fort. nomen etiam ad metallea pondera transferebatur; cf. nr. 3) Dt 25 15 (Kö. III 277 o); א״ כִּיס utpote in sacculis servati Pr 16 11 (ass. *aban kîsi*); א׳ הַמֶּלֶךְ pondus regium, lege regis statutum 2 S 14 26; c. g. qual. Lv 19 36. Mi 6 11; אֶבֶן וָאֶבֶן pondera diversa (ad fallendos emptores), falsa Dt 25 13. Pr 20 23; hinc — 3) quaevis *massa gravis*, lapidis formam vel ponderis usum habens: l. grandinis

אַ״ בָּרָד Jos 10 11: Is 30 30. Ez 13 11. 13. 38 22; הָאֶ׳ הַבְּדִיל perpendiculum stanneum Zch 4 10: 5 8; אַ״ בֹהוּ perpendicula desolationis (quasi ad normam et de industria omnia destruenda sint) Is 34 11. — 4) *lapis pretiosus, gemma:* addito nomine gemmae (q. v. suo loco) Gn 2 12. Ex 25 7. 28 9. 35 27. 39 6. Is 54 12. Ez 1 26. 10 1. 9 Pr 26 8. 1 Ch 29 2; אֶ׳ יְקָרָה 2 S 12 30. 1 R 10 2; אַ״ חֵפֶץ Is 54 12, אַ״ מִלֻּאִים gemmae quibus res circumdatur Ex 25 7. 35 27, אַ״ זִכָּרוֹן 28 12. 39 7, אַ״ נֵזֶר diadematis Zch 9 16: Ex 28 10. 31 5 al. [ass. *abnu,* a/s. אַבְנָא, aeth. *ebn.*]

אֶבֶן i. e. *Lapis* in compositis nn. geogr.: 1) אֶבֶן בֹּהַן *Abenboen, Lapis Boen* (v. בֹּהַן) in confiniis Iuda et Beniamin Jos 15 6. 18 17; cf. Fern. Iosue s. v. — 2) הָאֶבֶן הָאָזֶל *Lapis cui nomen est Ezel* 1 S 20 19; Driver emendat אֵצֶל הָאַרְגַּב הַלָּז. — 3) אֶבֶן הַזֹּחֶלֶת (lapis serpens: v. Bib. 9, 428) *Lapis Zoheleth* 1 R 1 9, sec. SWP, Jerusalem (1884) 293 s. rupes ez-Zaḥwêle prope vicum Silwân E a fonte Dominae Mariae (Rogel), sec. Vincent, Jérusalem I (1912) 138. 141: la rampe..... une longue troche tortueuse et glissante..... depuis les abords de Rogel (Bîr Eiyûb) jusqu'à la hauteur de la Fontaine de la Vierge. — 4) אֶבֶן הָעֵזֶר *Lapis adiutorii* 1 S 4 1 (הָאֶבֶן ה׳). 5 1. 7 12 (*i. p.* אֶ׳ הָעֵזֶר) haud procul a Maspha Beniamin sec. Onom. 32, 25 prope Bethšemeš; Guthe in MNDPV (1911) 33-44 (1912) 49-57 disstinguit *Lapidem adiutorii* a Samuel positum (7 12) ab altero (4 1. 5 1), quem collocat E versus ab Aphec (= Meğdel Jâbâ ca 20 km ENE a Ioppe) iuxta W. Dêr Ballûṭ. — De 1 S 6 18 v. s. v. אָבֵל in fine. †

אַבְנָה v. אֲמָנָה.

אַבְנֵט, sfx. אַבְנֵטְךָ, pl. אַבְנֵטִים *balteus,* zona elegantior, variegata, officii insigne: sacerdotum Ex 28 4. 39 s. 29 9. 39 29. Lv 8 7. 13. 16 4, praefecti domui regiae Is 22 21. [cf. aeg. *bnd* fascia.] †

אָבְנַיִם du. ttm. 1) *rota* figuli, i. e. duo disci lapidei, qui volvuntur unus super alium Jr 18 3. — 2) Ex 1 16 prob. *sella mulieris parturientis* (versio copt. ⲧ-ⲧⲉⲙⲓⲥⲓ 'partorium'), quae in forma primitiva ex 2 lateribus constabat, et cuius nomen aeg. additum habet ut determinativum 2 lateres (cf. Spiegelberg, ZAeg. 14, 269 ss, Äg. Randglossen 19-25). *NB.* Olim coniectabatur *uteri ostium* (Kimchi), *labrum pelvis* (Ges., Thes.), *duo sexus,* sc. masculinus an fem. (Fürst), *opportunum tempus* (= אָפְנַיִם Pr 25 11). [Demutatio vocis אֶבֶן.] †

▲ אַבְנֵר (1 S 14 50 אֲבִינֵר) *Abner,* patruelis Saul, princeps militiae 1 S 14 50 s. 17 55. 57. 20 25. 26 5. 7. 14 s. 2 S 2 8 ss. 3 6 s. 4 1. 12. 1 R 2 5. 32. 1 Ch 26 28. 27 21; lgd. etiam 1 Ch 8 33. 9 39 pro Cis (cf. קִישׁ n. 1). ['Pater est lumen'] †

אָבַס* *farsit, saginavit* animal; אָבוּס *saginatus* 1 R 5 3. Pr 15 17 [ass. *abâsu*; nh.] Deriv. אֵבוּס, מַאֲבוּס. †

אֲבַעְבֻּעֹת pl. ttm. *vesicae, pustulae,* G φλυκτίδες Ex 9 9 s. [cf. nh. בִּעְבַּע ebullivit (aqua), sy. *baʿbûʿîtā* bulla in superficie aquae, ar. *baǧǧa* efferbuit (sanguis)] †

▲ אֶבֶץ (אֶבֶ֫ץ) (LXX B Ρεβες, L Αεμις) *Abes,* urbs in Issachar Jos 19 20, fortasse Ḫ. ʿAbâ E a Jenîn (Buhl, Geogr. [1896] 204),[1] vel (Abel II 62) fons ʿAin el-Ḥbuṣ sive el-ʿAbuṣ.

▲ אִבְצָן *Abesan,* iudex oriundus Bethlehem (in Zabulon?) Jdc 12 8. 10. [cf. ar. *abûs,* Velox] †

אבק Ni. ipf. יֵאָבֵק, inf. הֵאָבְקוֹ: *luctatus est* Gn 32 25 s. [vb. denom., ab אָבָק: pulvere se conspersit; alii conferunt sy. *etʿappaq* se mutuo amplexi sunt; Barth, Et. St. 25] †

אָבָק, st. c. אֲבַק *pulvis tenuissimus,* qui facile per aëra fertur (synon. עָפָר pulvis densior) Ex 9 9. Ez 26 10; nubes voc. 'pulvis pedum Eius' Na 1 3; in diuturna siccitate pulvis aëra implet, loco humoris Dt 28 24; 'fit, avolat ut pulvis' = dispergitur, evanescit Is 5 24. 29 5. [Cf. ar. *baqqa* dispersit ets.] †

ꟸ אֲבָקָה*, st. c. אַבְקַת: *pulvis aromaticus* Ct 3 6. [ass. *ta(')bāqu* id.] [1]

ꟸ אבר Hi. iuss. יַאֲבֶר: sec. recentiores (GB. SSt. Kö. al.) *alis usus est, sursum evolavit* accipiter Job 39 26, Hier. 'plumescit'. [Vb. denom., ab אֵבֶר] [1]

ꟸ אֵבֶר sg. coll.: *pennae* avium maiores et fortiores: אֶרֶךְ א׳ 'longis praeditus alis' (Joü. 129 i) Ez 17 3; יַעֲלוּ א׳ attollent pennas, evolabunt Is 40 31: Ps 55 7. [ass. *abāru* robustum esse] †

ꟸ אֶבְרָה nomen unitatis: *penna* avium maior, fortior: Job 39 13 (c. synon. נוֹצָה, כָּנָף); pl. Ps 68 14; Ds suos, ut avis pullos, *in pennis* portat Dt 32 11, sub pennis protegit Ps 91 4. †

▲ אַבְרָהָם *Abraham* (Gn 17 5 usque 25 11 = אַבְרָם *Abram* Gn 11 26-17 5; Iahve vocatur אֱלֹהֵי אַבְרָהָם *Deus Abraham* 2 Ch 30 6. Ps 47 10, Israelitae זֶרַע אַבְרָהָם *semen Abraham* Ps 105 6. Is 41 8 (Cf. Is 63 16; Mi 7 20). [*Abram* 'Pater est excelsus'; ad nomen divinitus datum *Ab-raham* Gn 17 5 cf. ar. *ruhâmu* ingens numerus]

אַבְרֵךְ Gn 41 43 sic clamaverunt ante currum Iosephi ad principatum evecti. Certa interpretatio vocis aegyptiacae non habetur; propositum est v. gr. *'b-rk* cor ad te = attende! (Spiegelberg), *ap-reχu* caput sapientum, *ap-rek* caput inclinare! (Rossi), *a-bor-k* proice te! (Harkavy, Benfey), *abarakku* le grand vézir (assyr., Delitzsch), *abrok* ad sinistram te! al. Cf. PrSBibArch 20, 203. [1]

▲ אַבְרָם v. אַבְרָהָם.

▲ אַבְשַׁי v. אֲבִישַׁי.

אַבְשָׁלוֹם *Absalom* — 1) filius David ex Maacha 2 S 3 3. 1 Ch 3 2; 2 S 13-18; 19 1 s. 5. 7. 10 s. 1 R 1 6. 2 7. Ps 3 1. — 2) 2 Ch 11 20 s, v. אֲבִישָׁלוֹם. ['Pater est pax'.]

▲ אֹבֹת *Oboth,* statio in itinere Israelitarum Nu 21 10 s. 33 43 s inter Phunon et Ieabarim, el-Weiba in latere W el-'Araba prope Teinān cf. RB [1900] 286.

▲ אָגֵא *Age,* pater bellatoris tempore David 2 S 23 11. [1]

▲ אָגָג et אֲגַג, *Agag* — 1) rex quidam in comparationem adductus Nu 24 7 (Sam LXX: *Gôg;* v. comm.); fuisse Agag nomen regibus Amalec (v. n. 2) commune putant Rosenmüller, Gesenius, Keil, al. — 2) rex Amalec a Samuel in frusta concisus 1 S 15 8. 9. 20. 32 s.

▲ אֲגָגִי n. gent., cognomen Aman Est 3 1.10. 8 3. 5. 9 24. (Vg 8 3. 9 6 *Agagites,* 3 1.10. 9 24 *de stirpe* vel *progenie Agag,* 12 6 *Bugaeus;* LXX 3 1. 9 10 Βουγαῖος, 9 24 ὁ Μακεδών. IFl. Ἀμαληκίτης). Significatio incerta. †

אֲגֻדָּה 1) *fasciculus* hyssopi Ex 12 22. — 2) virorum *confertum agmen, cuneus* 2 S 2 25. — 3) *ligatura ;* אֲגֻדַּת מוֹטָה *nodus* (funium) iugi, μ Is 58 6. — 4) prob. *fornix, structura fornicata* (*Gewölbe, voûte*); poet. *convexa caeli* Am 9 6. [nh. אָגַד, aram. אֲגַד coniunxit] †

ꟸ אֱגוֹז Ct 6 11 sg. collect., *nuces,* fructus vel (G) arbores. *NB.* Juglans regia Linné iam antiquitus ex Persia per Asiam occid. et in Europam spargebatur. Cf. Lex. bibl. [pers. *gauz,* in dial. Gilan *aǧuz,* armen. *engauz,* ar. *ǧauz.*] [1]

▲ אָגוּר, filius Jaqe de Massa Pr 30 1, auctor carminis 30 1-33; V et multi Rabb. *Congregans*; nomen etiam in litt. Eleph. occurrit ['mercede conductus']. †

אֲגוֹרָה*, st c. in אֲגוֹרַת כֶּסֶף *admissio ad ministerium* pro pecunia 1 S 2 36 [a/s. אָגַר mercede conduxit, ar. *ağara* salarier], aut *nummus, obolus* pecuniae. [אָגַר collegit.]

‡ אֵגֶל* *gutta;* אֶגְלֵי־טָל Job 38 28. [prob. 'collectio', cf. ar. *ağl* caterva] [1]

▲ אֶגְלַיִם *Gallim* in parte S Moab Is 15 8, sec. Onom. 36 20 Ἀγαλλείμ 8 mil. pass. S ab Areopoli (Rabbat Moab, er-Rabba), ergo fere in regione Qir Moab (el-Kerak), hodie *Ruğm el-ğilime;* sec. Musil, Ar. Petr. I (1907) 365. 381 Ḫ. Ǧalğul ca 8 km SSW ab el-Kerak. [1]

אֲגַם, st. c. it., pl. אֲגַמִּים, st. c. אַגְמֵי: 1) *stagnum, palus paludis,* opp. fluviis Ex 7 19. 8 1; imago regionis desolatae Is 14 23, alibi potius regionis ob aquae copiam fertilis Is 35 7. 41 18. 42 15. Ps 107 35. 114 8. [ass. *agammu*] — 2) *propugnacula,* munimenta praestructa Jr 51 32 sec. Ibn Ǧannâḥ et Qimḥî, G συστήματα [ar. *'uğum,* pl. *âğâm* id.; Barth WU. 4] †

‡ אָגֵם*, pl. st. c. in אַגְמֵי־נֶפֶשׁ 'tristes animo' Is 19 10 (∥ מְדֻכָּא). [cf. עָגַם] [1]

[1]אַגְמוֹן *iuncus, arundo;* agitare caput כְּאַ' Is 58 5; filum vel vinculum iunceum Job 40 26; כִּפָּה וְאַ' 'palma et iuncus', nobiles et plebeii Is 9 13. 19 15. [ab אגם]

[2]אַגְמוֹן *calidissimus, fervens,* Job 41 12. [ar. *ağama* valde calet] [1]

אַגָּן, pl. ־וֹת *patera, scutella sat plana* Ex 24 6. Is 22 24 (metaph.); אַגַּן הַסַּהַר 'pat. rotunda' Ct 7 3. [ass. *aganâte,* a/s. *aggânā*] †

× אֲגַפִּים pl. ttm. *alae* exercitus, *agmina* Ez 12 14. 17 21. 38 6. 9. 22. 39 4 (cf. כְּנָפַיִם Is 8 8). [ass. *agappu,* aram. אַגְפָּא ala avis; sec. Schulthess = ar. *ğaff* caterva] †

אָגַר, ipf. יֶאֱגֹר: primitus frt. *mercede sibi comparavit* [ass. *agâru,* Del., Prol. 149], dein universim *sibi comparavit; collegit* messem Dt 28 39. Pr 6 8. 10 5. †

× אֲגַרְטָל*, st. c. pl. אֲגַרְטְלֵי: G ψυκτήρ, Vg *phiala* Esr 1 9 bis. [Cum κρατήρ aut κάρταλος cohaerere videtur.] †

אֶגְרֹף *pugnus* Ex 21 18. Is 58 4. [nh. id.] †

× אִגֶּרֶת st. a. et c., pl. אִגְּרוֹת, sfx. אִגְּרֹתֵיהֶם: *epistula* Est 9 26; אִ' פְּתוּחָה 'ep. aperta' Neh 6 5; c. gen. obi. אִ' הַפּוּרִים ep. de festo Purim Est 9 29; est obi. verborum כָּתַב 2 Ch 30 1, הִרְבָּה (multas ep. scribere) Neh 6 17, שָׁלַח 6 19, נָתַן 2 7-9; וַיֵּלְכוּ בָּאִגְּרוֹת et attulerunt epistulas 2 Ch 30 6. [ass. *egirtu,* aram. אִגְּרָא, sy. *eggartā*] †

אֵד, sfx. אֵדוֹ: de vi vocis non plane constat; verti solet Gn 2 6 *nebula, vapor, fluxus* ascendebat de terra, GV *fons;* Job 36 27 frt. *sphaera vaporosa* in qua pluvia oritur. [Estne vox sumerica *idu* = *nâru* נָהָר? cf. etiam ZAW 39, 282] †

אדב Q. ptc. *miser, aeger* Sir 7 35. — Hi. ger. לַאֲדִיב (pro לְהַאֲדִיב) *miseram, aegram fecit* animam alcs., *tristitiâ confecit* 1 S 2 33 (coll. Lv 26 16. Jr 31 25 frt. lgd. לְהָדִיב vel לְהַדְאִיב). [cf. ar. *wadb* malus status.] [1]

▲ אַדְבְּאֵל *Adbeel,* filius Ismael Gn 25 13. 1 Ch 1 29, in inscript. Theglathphalasar II Idibi'il vel Idiba'il, tribus arabica in SW a mari Mortuo versus fines Aegypti; cf. Delitzsch, Paradies (1881) 301 s. [cf. ar. *'adaba* ad epulas invitavit].

▲ אֲדַד *Adad,* Idumaeus 1 R 11 17 = הֲדַד n. 3.

▲ אִדּוֹ *Eddo* (LXX L Αδδαει, al. om.), praefectus pagi Chasphia haud longe ab Ahava fluvio Esr 8 17, Nathinaeus (? v. comm.).

אֱדוֹם, v. אֱדֹם.

▲ אֱדוֹם (Ez 25 14ª אֱדֹם) *Edom.* — 1) Esau adultus appellatus est Edom Gn 25 30. 36 19.

— 2) posteri Esau, Edomitae eorumque terra Ex 15 15. Nu 20 14 ss. Jdc 5 4. 11 17 s. 2 S 8 14. 1 R 9 26. 11 14 ss. 2 R 3 8. 9. 8 20-22. 14 7. 10. Is 11 14. 34 5. 6. 63 1. Jr 49 7. 17 ss. Thr 4 21 s. Ez 25 12-14. Dn 11 41. Am 1 6. 9. 11. Abd 1. 8. Mal 1 4; — adhibetur nomen gentis m. Nu 20 20 s (2 S 8 14. 1 Ch 18 13 cum *pl. m.*), f. Mal 1 4, nomen regionis f. Jr 49 17. Ez 35 15; — dicitur de gente בְּנֵי אֱדוֹם Ps 137 7 et poet. בַּת אֱדוֹם Thr 4 21 s, de regione אֶרֶץ אֱדוֹם Gn 36 16. 21. Nu 33 37 et שְׂדֵה אֱדוֹם Gn 32 4. Jdc 5 4. — *N. gent.* אֲדֹמִי Dt 23 8. 1 S 21 8. 22 9. 18. 22. 1 R 11 14. Ps 52 2 *Idumaeus, pl. m.* אֲדֹמִיִּם 1 R 11 17 et אֲדוֹמִים 2 R 16 6 *q* (*k* אֲרוֹמִים). 2 Ch 25 14. 28 17 *Idumaei, f.* אֲדֹמִית 1 R 11 1 *Idumaeae.* — Edom et Seir (v. שֵׂעִיר n. 2) fere convertuntur: regio montana ad E et etiam W vallis el-ʿAraba inter mare Mortuum et sinum Aelaniticum extensae; aetate graeco-romana autem Idumaea audiebat tota fere regio infra lineam, quae ab Azoto per Eleutheropolim Hebronem ducit (cf. 1 Mac 4 15. 29. 61. 5 65. IFl. II 1, 2. V 1, 22. XII 8, 6. XIII 9, 1. Bell. IV 9, 7). Cf. Buhl, Gesch. der Edomiter (1893). Musil, Ar. Petr. II (1907) 2 (1908). — Ass. *Udumu* (cf. Delitzsch, Paradies [1881] 295), aeg. *Aduma* (Pap. Anastasi VI 4, 14).

אָדוֹן, st. c. אֲדוֹן (c. praefixo לַאֲ Mi 4 13), sfx. אֲדֹנִי (c. praefixo לַאדֹנִי ,וַאדֹנִי) et semel אֲדֹנֵנוּ 1 S 16 16, secus semper, etiam in sensu sg., adhibentur suffixa pluralia; — formae pluralis: st. a. אֲדֹנִים, st. c. אֲדֹנֵי (לַאֲ ,וַאֲ), sfx. אֲדֹנַי solum Gn 19 2, אֲדֹנֶיךָ etc. (c. praefixis כַּאדֹנָיו ,לַאדֹנֶיךָ etc. sine vocali sub א, excepto לַאֲדֹנֵיהֶם. לַאֲדֹנֵינוּ ,וַאֲדֹנֵינוּ); rarae sunt formae plene scriptae אֲדוֹ׳, ut Mal 1 6. Ps 123 2: **dominus**. Usus formarum: A) sg. אָדוֹן *dominus.* 1) ‘quis est dominus nobis?’ Ps 12 5; voc. א׳ Ioseph Aegypto praefectus Gn 45 8 s. Ps 105 21, rex in lamento lugubri הוֹי אָדוֹן Jr 22 18. 34 5; Deus dic. אָדוֹן Ps 114 7 (‖ אֱלוֹהַּ), הָאָדוֹן Mal 3 1, הָאָדֹן יהוה Ex 23 17. 34 23, add. צְבָאוֹת Is 1 24. 3 1. 10 16. 33. 19 4, אֲדוֹן כָּל־הָאָרֶץ Jos 3 11. 13. Mi 4 13. Zch 4 14. 6 5. Ps. 97 5. — 2) in colloquiis frequenter usuvenit אֲדֹנִי *dominus meus,* sive quis loquitur de suo hero, principe, rege, ut Gn 24 12. 39 8. 44 5. Ex 21 5. 1 S 30 13 al., sive alqm alloquens hoc titulo honorat; in tali allocutione אֲדֹנִי (cum verbo 3ae personae) vices gerit pronominis ‘tu’, ut: אֲדֹנִי יֹדֵעַ ‘tu, mi dñe, scis’ Gn 33 13, אֶל־אֲדֹנִי ‘ad te, dñe’ 33 14. 2 S 1 10, לַאדֹנִי ‘tibi, dñe’ Gn 32 6. Ps 110 1, עֵינֵי אֲדֹנִי ‘oculi tui, dñe’ 2 S 24 3, ets.; אֲדֹנִי adhibetur etiam, ubi plures loquuntur vel unus nomine plurium Gn 24 20. 47 18. 25. Nu 32 25. 27. 36 2. 2 R 2 19; rex appellatur אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ 1 S 24 9. 2 S 3 21. Jr 37 20 al. (saepe in 1 S. 2 S. 1 R. 2 R), הַמֶּלֶךְ אֲדֹנִי 2 S 14 15; titulo אֲדֹנִי honoratur maritus Gn 18 12, pater 31 35, frater 32 5. 33 8. Ex 32 22, propheta 1 R 18 7. 2 R 4 16 al., sacerdos magnus 1 S 1 15. 26, rex diversae nationis 2 S 1 10. 1 R 20 4, angelus Jos 5 14. Jdc 6 13. Zch 4 4. Dn 10 16 (numquam Deus). — B) Forma pluralis cum significatione plurali *domini,* κύριοι invenitur solum in his locis: Is 26 13. Jr 27 4 bis, אֲדֹנַי ‘domini mei’ alloquendo plures Gn 19 2 et in genitivo tituli divini אֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים ‘Dominus dominorum’ Dt 10 17. Ps 136 3. — C) Omnibus reliquis locis forma pluralis אֲדֹנִים, אֲדֹנֵי, c. sfx. אֲדֹנֶיךָ etc. habet vim singularis “*dominus*” (de forma אֲדֹנָי v. infra), utpote pluralis excellentiae; et sic (forma plurali) designatur *a*) D e u s: אִם־אֲדוֹנִים אָנִי ‘si dominus sum’ Mal 1 6, אֲדֹנֵינוּ ‘dns noster’ Ps 8 2. 135 5. 147 5; Is 51 22. Os 12 15 (de Deo-ne So 1 9. Neh 3 5?); *b*) r e x Jdc 3 25. 1 S 26 15. 2 S 10 3. 11 9 et saepe in 1 S. 2 S. 1 R. 2 R; ipse rex subditos al-

loquens dicit pro 'ego' אֲדֹנֶיךָ 2 S 20 6, אֲדֹנֵיכֶם 1 R 1 33; c) herus Gn 24 51. 39 20. Ex 21 4. Jdc 19 11. Ps 123 2 (‖ domina; GHST plur.). Job 3 19 al.; maritus Jdc 19 26 s. Am 4 1. Ps 45 11; vir honorabilis 2 R 2 3 al.; d) rei possessor ets 1 R 16 24. 22 17, אֲדֹנֵי הָאָרֶץ Joseph Gn 42 30; attributum et praedicatum huic plurali additum retinent formam singularis, ut אֲדֹנִים קָשֶׁה 'dominus durus' Is 19 4, אֲדֹנָיו יִתֶּן 'dominus eius dat' Ex 21 4: 2 S 2 7. Ps 147 5 al. — D) אֲדֹנָי (solum Jdc 13 8 י) est usitatissima appellatio Dei, quam omnes versiones antiquae interpretantur (sine pronomine poss. addito) ὁ Κύριος, Vg. Dominus, Syr. מָרְיָא; usurpatur tam in alloquendo Deo quam in loquendo de Deo; invenitur solum (i. e. sine יהוה addito) fere in 130 locis, יהוה אֲדֹנָי in 5 (Hab 3 19. Ps 68 21. 109 21. 140 8. 141 8), אֲדֹנָי יהוה in 293 (ap. Ez 217ies): cf. R. D. Wilson, Names of God in the O. T., PrincThR 18 (1920) 460-92; 5ies ipse Iahve dicit אֲנִי אֲדֹנָי יהוה Ez. 13 9. 23 49. 24 24. 28 24. 29 16; item אֲדֹנָי occurrit in ipsius Dei sermone Is 8 7. Job 28 28 al. — *NB.* 1) Itaque in אדני terminatio *-āj* suam vim propriam ("dominus meus") fere ita amisit ut prima syllaba vocabulorum modernorum *monsignore, madonna, monsieur, mylord* ets. Nihilominus אֲדֹנָי recte 'Dominus meus' verti posse vel debere videtur, *a*) si cum אֱלֹהַי copulatur, ut Ps 35 26. 38 16; *b*) fortasse etiam in locis, ubi quis precans Deum cum quadam emphasi אדני appellat, Is 6 11. Ps 16 2. 35 17 al. (cf. vocativos אֵלִי, מַלְכִּי; cur igitur אֲדֹנָי non intellegatur 'Dominus meus'?); *c*) sunt qui censeant, quando propheta ut servus ac legatus Dei loquatur, אדני in ore eius saepe intellegendum esse 'dominus meus': כֹּה אָמַר אֲדֹנָי אֵלַי 'sic dixit dominus meus ad me' Is 21 16: ita frt. Is 6 1. 7 14. 8 7. 9 7. 10 12. Ez 21 12 al. — 2) Postquam tempore postprophetico n. pr. Dei יהוה coeptum est pronuntiari אֲדֹנָי, quia auditus haec duo nomina non iam distinguebat, multae lectiones variantes in codices hebraeos irrepserunt. [Radix אדן* prob. = ass. *danânu* robustum, potentem esse.]

▲ אָדוֹן v. אָדָן.

▲ אֲדוֹרַיִם *Aduram*, urbs in Iuda a Roboam munita 2 Ch 11 9 (IFl. VIII 10, 1 ᾿Αδωραίμ) = 1Macc 13 20 Αδωρα *Ador* (IFl. XIII 6, 5 Ἄδωρα); Dûrâ ca 8 km WSW a Hebron. Cf. Guérin, Jud. III 353-5. SWP. Mem. III 301. 304 s. Dhorme in RB (1908) 514: frt. = Aduri (Amarna 256 24; v. Knudtzon 816. 1319).

אַדִּיר, f. אַדֶּרֶת (Ez 17 8, cf. גְּבִירָה, גְּבֶרֶת); 1) adi. *a*) *luxurians, alte crescens* planta: cedrus Ez 17 23, vitis 17 8: *alte se erigens* unda Ex 15 10. Ps 93 4 a, *belle constructa* navis Is 33 21 b; - *b*) de personis: *grandis, potens, nobilis* ets.: rex Ps 136 18, populus Ez 32 18; אַדִּירֵי כָּל־חֶפְצִי בָם 'egregii in quibus est omne meum beneplacitum' Ps 16 3; Deus *potens, grandis* Is 33 21 a. Ps 76 5. 93 4 b (plures, ex mente gentilium 1 S 4 8. 10). — 2) subst.: אַדִּירִים *nobiles, principes* Neh 3 5. 10 30. 2 Ch 23 20, opp. צְעִירִים Jr 14 3; *duces, militum tribuni* Jdc 5 13. Na 2 6. 3 18. אַדִּירֵי הַצֹּאן 'antistites gregis', i. e. pastores Jr 25 34 ss; אַדִּיר voc. Deus Is 10 4 ('per Potentem'), princeps Jr 30 21. [אדר*, cf. ar. *darra* luxuriat planta, abunde fluit (liquor), splendet (lampas).]

▲ אֲדַלְיָא *Adalia* (LXX B Βαρσα, ℵA Βαρελ L Βαρεα), filius Aman Est 9 8. Sec. Scheftelowitz, Arisches im A. T. I. (1901) 38: ᾿Αδόλιος = âdârya (honore dignus) ptc. fut. pass. a sanscr. *âdar* (honorare).

אדם Q. *ruber vel fuscus, fulvus fuit (rot, braun); rubuit* ut corallia Thr 4 7 (c. acc.

limitationis Joü. 126 g). — **Pu.** ptc. מְאָדָּם *fulvefactus,* nempe corium *arte coriarii subactum (gegerbt, tanné),* quo eius color fit fulvus seu rufus Ex 25 5. 26 14. 35 7. 23. 39 34. Na 2 4. — **Hi.** ipf. יַאְדִּימוּ ruborem producit, *rubet* Is 1 18. — **Htp.** יִתְאַדָּם *rubrum se praebet, rubet* vinum Pr 23 31. [ar. *adima* fuscus fuit (braun sein), *damma* colore rubro se tinxit]

אָדֹם, f. אֲדֻמָּה, pl. אֲדֻמִּים: vox colorem rubrum (rot) et fuscum (braun) complectitur ut ar. *adamu*; 1) *ruber, rufus:* color sanguinis Is 63 2, faciei Ct 5 10 cf. 13, aurorae in aqua repercussae 2 R 3 22. — 2) *fuscus, spadix:* de equo Zch 1 8. 6 2, vacca Nu 19 2, lentibus coctis Gn 25 30 (hic prob. lgd. מִן־הָאָדֹם הָאָדֹם 'de coctione rufa' Vg; אֱדֹם = ar. *idâm* obsonium cum pane comedendum, Perles; inde l. c. explicatur n. pr. Edom). †

אֹדֶם «rubor», gemma prima in pectorali pontificis Ex 28 17. 39 10 et in ornatu principis Tyri Ez 28 13: Sir 32 5 (cf. Apoc. 4 3. 21 20); aut est *rubinus* (Saadia, Gr. Venet.) aut probabilius *sardius* (GSH, plerique recentes), i. e. *carneolus,* varietas calcedonii isque coloris badii (kastanienbraun, châtain). Cf. Plin. XXXVII, 7, 105; Theophr. de lap. 8. 23. 30; S. Epiph. de gemmis n. 1. †

▲ **אָדָם** Vg. *Adom* (Ruber) locus Jos 3 16 (fortasse etiam 1 R 7 46; v. Šanda ad h. l.), Tell ed-Dâmiye trans Iordanem paulo infra confluentem Iaboc et Iordanis. Cf. SWP, Mem. II 387. MNDPV (1899) 33-37.

אָדָם (nec st. c. sg. nec ulla forma plur. exsistit) *homo,* et quidem per se sensu generico, ita ut saepe plurali *homines* vertendum sit; dicitur igitur 1) sensu generico et specifico: a) ita ut consideretur natura hominum propria et sive explicite sive tacite opponatur animal, Deus etc.: אָדָם וּבְהֵמָה 'homines et animalia' So 1 3. Za 2 8, מֵאָדָם עַד־בְּהֵמָה 'tam homines quam bestiae' Gn 6 7. Ex 9 25 al.; הַאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה (TM. falso 'הָא) 'hominesne sunt arbores agri?' Dt 20 19; מַכֵּה א' homicida Lv 24 21; בָּא' 'apud, inter homines' Ps 78 60. Jr 49 15, Ec 2 24; הֵם מֵא' 'sunt ex hominibus', non sunt nisi homines Is 44 11; רִאשׁוֹן א' 'primus hominum' Job 15 7; חַבְלֵי א' 'funes hominibus [attrahendis] apti' Os 11 4; תּוֹרַת א' 'hominum agendi modus' 2 S 7 19; Deus dicitur לֹא־אָדָם Is 31 8; מַעֲשֵׂה יְדֵי אָדָם res ab hominibus confecta Dt 4 28 al.; (הָ)אָדָם sensu generico 'homo, homines' (paene semper cum sg. verbi construitur): Gen 6 1 s. Lv 5 4. 22 18 5. Dt 8 3 al. Job 5 7 14 1. Gn 1 25 2 5. 5 1 b (cf. 2). Is 13 12. 43 4. 45 12; — b) בֶּן־אָדָם *filius hominis,* pl. בְּנֵי־אָדָם *filii hominum;* hac dictione significari videtur *homunculus, homuncio,* homo natura pusillus, imbecillus, debilis, ea (Joü. 129 j) ex genere humano magis singula individua effert, ac poesi inservit, sed non exclusive; propheta בֶּן־אָדָם appellatur a Deo Ez 2 1 al. (88ies in Ez), ab angelo Dn 8 17; in poesi passim = *homo, homines,* Ps 146 3, || אֱנוֹשׁ Is 51 12. 56 2. Ps 8 5. 90 3, || אִישׁ Nu 23 19. Jr 49 18. Ps 80 18 al., || גֶּבֶר Job 16 21; בְּנֵי־א' in prosa et passim, ubi hominum exiguitas effertur vel homo Deo opponitur Gn 11 5. 1 S 26 19. 1 R 8 39. Jr 32 19. Ec 1 13. 3 2. Ps 14 2. 33 13. 89 48 al., porro Joel 1 12. Ps 11 4. 12 2. 9. 21 11. 31 20. 45 3. 145 12; alio sensu בְּנֵי א' 'plebeii, ignobiles' (opp. בְּנֵי־אִישׁ) Ps 49 3. — 2) sensu per contextum restricto, a) *homines* contextu indicati (*die Leute, les gens*) 1 S 24 10; חֶרְפַּת א' Ps 22 7; — b) de uno, *homo:* 'homo ille celebris inter Enakitas' Jos 14 15; פֶּרֶא א' onager in forma humana, homo ferus Gn 16 12, כְּסִיל א' homo stultus Pr 15 20; מֵת א' cadaver hominis Ez 44 25, נֶפֶשׁ א' (v. נֶפֶשׁ 4 f); כְּמַרְאֵה א' 'alqs aspectu

homini similis Ez 1 26. — 3) sensu indefinito: a) *aliquis*: בָּא א׳ 'venit alqs' Neh 2 10; קוֹל א׳ vox alcs Dn 8 16; אָדָם כִּי 'si quis' Lv 1 2. 13 2. Nu 19 14; *b*) כָּל־א׳ *unusquisque* Jr 10 14. Job 21 33. 36 25 (hic c. pl. vb.); aequivalet nostro *man, on* Zch 13 5; לֵב־אָדָם אֶל־אָדָם animus *unius erga alterum* Pr 27 19: Ec 8 9; — *b*) in sententiis neg.: *quisquam: personne*: אַל־יִפֹּל לֵב־א׳ 'ne concidat animus cuiusquam' 1 S 17 32: Jdc 18 7. 28. 1 R 8 46. Is 47 3. Ps 105 14; אָדָם לֹא *nemo* Ec 9 15, לֹא...לֹא א׳ 'nemini' Neh 2 12; כָּל־אָדָם לֹא 'ne quis...' Lv 16 17. — 4) tamquam nomen primi hominis, *Adam*: אָדָם Gn 4 25. 5 3, לְאָדָם 2 20. 3 17. 21, הָאָדָם Gn 2 7-25. 3 8-24. 4 1; — huc refer: כְּאָדָם 'similiter atque A.' Os 6 7. Job 31 33; fort. Ec 7 28 (v. Gietm.). [Cf. ar. *ʾanâm* homines; sab. אדם 'servus, vasallus'; alii vocem ad אֲדָמָה 'agri' referunt.]

אֲדַמְדָּם, f. אֲדַמְדֶּמֶת, pl. f. אֲדַמְדַּמֹּת Joü. 87 f *subruber, subrufus*, πυρρίζων Lv 13 49. 14 37; לְבָן א׳ de colore albo ac subrufo mixto Lv 13 19. 24. 42 s. †

אֲדָמָה, st. c. אַדְמַת, c. sfx. אַדְמָתִי etc., pl. אֲדָמוֹת Ps 49 12: *terra*, potissimum ut agriculturae sedes; 1) *terra, humus*, argilla, limus, pulvis etc.: 2 R 5 17; a lugentibus capiti inspergitur 2 S 1 2. 15 32. Neh 9 1; אַדְמַת עָפָר sepulcrum Dn 12 2; ex humo fit ara Ex 20 24, vas Is 45 9: 1 R 7 46; ex ea Deus fecit bestias Gn 2 19, hominem 2 7; mortuus in humum redit Gn 3 19. Ps 146 4. — 2) *superficies terrae*: in quam alqs. cadit Am 5 2; פְּנֵי הָא׳ Gn 8 8. 13; finditur Nu 16 30 s; ut sedes reptilium: רֶמֶשׂ הָא׳ Gn 1 25; Lv 20 25. Ez 38 20 al. — 3) *terra, humus*, in qua plantae et fruges crescunt, quam homo labore colit: עָבַד אֶת־הָא׳ colere terram Gn 2 5. 3 23 al.; עֹבֵד א׳ Gn 4 2, אִישׁ א׳ Gn 9 20 agricola; אֹהֵב א׳ φιλογέωργος 2 Ch 26 10; עֲבֹדַת א׳ agricultura 1 Ch 27 26; צֶמַח הָא׳ germina terrae Gn 19 25; פְּרִי הָא׳ Gn 4 3. Dt 26 2, בִּכּוּרֵי א׳ Ex 23 19. Neh 10 36; irrigatur Gn 2 6. 2 S 17 12. 1 R 17 14. 18 1; est fructuosa aut sterilis Gn 3 17. 8 21. Dt 11 17. Jr 14 4. Joel 1 10 (‖ שָׂדֶה); hinc alicuius regionis *agri, campi, praedia* Gn 47 19-26; אֲדָמוֹת *praedia* Ps 49 12. — 4) *terra alcs populi*, praecipue quatenus est fructuosa, populo alimenta praebet etc.: sic saepe Palaestina, utpote regio fertilissima vocatur אֲדָמָה, Ex 20 12. Lv 20 24. Nu 11 12. 32 11. Dt 4 40. 5 16. 32 43 (lgd. אַדְמַת עַמּוֹ, GV) al. Jos 23 13. 1 R 8 34. Is 7 16. Jr 25 5 al.; etiam ubi de Israelitarum expulsione ex hac fertili regione agitur, ut 1 R 9 7. 2 R 21 8. 25 21. Jr 24 10. Am 7 11; Palaestina est אַדְמַת יהוה Is 14 2: Zch 9 16, אַדְמַת הַקֹּדֶשׁ Zch 2 16; אַדְמַת יִשְׂרָאֵל Ez 11 17: Is 19 17. Jon 4 2. Dn 11 9; Moab Is 15 9. — 5) *universa tellus, terra*, ut domicilium viventium et populorum: מַלְכֵי הָא׳ עַל־הָא׳ Is 24 21, כֹּל מִשְׁפְּחֹת הָא׳ Gn 12 3. 28 14. Am 3 2; saepius עַל־פְּנֵי הָא׳ 'in terra' Gn 6 1. Nu 12 3. Dt 14 2. al., מֵעַל־וגו׳ 'de terra' Gn 6 7. 7 4. Dt 6 15: הֵם חַיִּים עַל־הָא׳ 'vivunt in terra' Dt 4 10: 12 1. 1 S 20 31. [ar. *adam(ah)* cutis, *adîm* superficies (terrae); Nö., ZDMG 40, 737]

▲ אֲדָמָה *Edema (Rubra)*, urbs in Nephthali Jos 19 36 = ed-Dâmiye inter Tiberiadem et montem Thabor (SWP, Mem. I 365.384) vel Ḫ. Admâ ad dexteram ripam Iordanis paulo infra lacum Genesareth (Legendre, Carte de la Pal.; Szczepański, Geogr. Pal. ant. [1912] 63); sec. ZDPV 30 (1907) 64 = Udumu (Amarna 256 24; v. Knudtzon 816, sed cf. דּוּמָה n. 3).

▲ אַדְמָה *Adama*, urbs Pentapoleos in valle Siddim Gn 10 19. 14 2. 8. Dt 29 22. Os 11 8; de situ coniectando cf. שִׂדִּים †

אַדְמוֹנִי πυρράκης, *rufus*: Esau nascens Gn 25 25, David adulescens 1 S 16 12.

17 42; cutisne an capilli color indicetur, ambigunt. [אָדֹם; Joü. 88 Mg] †

▲ אַדְמִי v. s. v. אֱדוֹם

▲ אֲדָמִי הַנֶּקֶב *Adami quae est Neceb* (Αρμε καὶ Ναβωκ), urbs (urbes ?) in termino Nephthali Jos 19 33. Unam urbem suadent textus mas. et Trg. (recentiores aliqui: saltus Adami), duas LXX, P, Talm. hier. (Adami = דמין, Neqeb = ציידתא; cf. Neubauer, Géogr. du Talmud [1868] 225), Onom. (30 31. 138 4). Palästinaliste Thutmosis III (MVaG 12 [1907] 15, n. 36: '(E)tim(e)m. 19, n. 57: N(e)gbu). Cf. SWP, Mem. II. 89: Adami = Ḫ. Admâ SSW a lacu Genesareth I 365: Neqeb s. Siadatha talmudicum = Ḫ. Seiyâde ad occidentem inferioris lacus Genesareth. Cf. *Udmu* in textibus Ugariticis (Keret).

▲ אֲדֻמִּים Jos 15 7. 18 17: מַעֲלֵה אֲדֻמִּים *ascensio (-nsus) Adommim,* confinium inter Iuda et Beniamin, hodie Ṭal'at ed-Dam (= ascensus sanguinis), locus editior ad ripam S W. el-Qelt inter Ierieho et Ierusalem, cum ruinis Qal'at ed-Dam (castellum sanguinis) apud Ḫân el-Haṭrûra. — Etymon S. Hier. explicat a sanguine, qui illic crebro funditur (Onom. 25 9-16; cf. 24 9-11 breviorem textum Eus.), recentiores a saxis rubri coloris, quae a colore locorum vicinorum discrepant. Cf. SWP, Mem. III 172. 207-9.

▲ אַדְמָתָא *Admatha,* sapiens nobilis in aula regia Est 1 14. [cf. sanscr. *adāmayita* = indomitus; Scheft.]

אֶדֶן*, אֶדֶן Ex 38 27, pl. אֲדָנִים, אַדְנֵי: *basis, fulcrum,* cui superponitur asser Ex 26 19. 36 24. Nu 3 36. 4 31 vel columna Ex 26 32. 37. 27 10 ss. 38 10 ss. Nu 3 37. 4 32. Ct 5 15 al.; de telluris quasi basibus Job 38 6. [אדן*, cf. ass. *danânu* robustum esse]

▲ אַדָּן *Adon* Esr 2 59 = אַדּוֹן Neh 7 61, urbs vel regio babylonica.

אֲדֹנָי v. אָדוֹן D.

▲ אֲדֹנִי־בֶזֶק G Αδωνιβεζεκ, *Adonibezec,* rex chananaeus, Jdc 1 4-7; Moore, Lagrange, alii censent primitus scriptum fuisse אֲדֹנִי־צֶדֶק idque propter vicinum בֶּזֶק 1 5 casu mutatum esse in אֲדֹנִי־בֶזֶק; rationes eorum esse insufficientes defendit Hertzberg in JPOS 6, 213-21.

▲ אֲדֹנִיָּה: 1) *Adonias,* filius David 2 S 3 4. 1 R 1 5. 7. 18. 2 28. 1 Ch 3 2; 18ies אֲדֹנִיָּהוּ 1 R 1 8-2 24. — 2) *Adonia,* princeps populi Neh 10 17; v. אֲדֹנִיקָם. [' dominus est Jah ']

▲ אֲדֹנִיָּהוּ *Adonias:* 1) filius David 1 R 1 8-2 24 = אֲדֹנִיָּה n. 1. — 2) levita 2 Ch 17 8. [id.] †

▲ אֲדֹנִי־צֶדֶק *Adonisedec* (LXX Αδωνιβεζεκ, quod mendum ex Jdc 1 4-7 ortum videtur; cf. אֲדֹנִי־בֶזֶק), rex chananaeus Jos 10 1. 3. †

▲ אֲדֹנִיקָם *Adonicam,* princeps familiae Esr 2 13. 8 13. Neh 7 18. Coniiciunt ex ordine enumerationis Neh 10 17 pro *Adonia* legendum esse *Adonicam* (v. אֲדֹנִיָּה n. 2). [' Dns surrexit (auxilians) '] †

▲ אֲדֹנִירָם *Adoniram,* praepositus super tributa 1 R 4 6. 5 28 = אֲדֹרָם *Aduram* 2 S 20 24. 1 R 12 18 = הֲדֹרָם *Aduram* 2 Ch 10 18. Sunt qui distinguant praepositum tempore David 2 S 20 24 et Salomonis 1 R 4 6. 5 28 et alterum tempore Roboam 1 R 12 18 (LXX B Αραμ, A et L Αδωνιραμ). 2 Ch 10 18. [Dns est excelsus] †

אדר Ni. ptc. נֶאְדָּר, forma arch. נֶאְדָּרִי Ex 15 6 (ipf. יֶאְדַּר Sir 49 13): *gloriosus est, gloriā splendet:* Deus Ex 15 6. 11, alcs. memoria Sir 49 13, iris 43 11. — Hi. ipf. יַאְדִּיר: *gloriosum reddidit, glorificavit:* Is 42 21. Sir 36 7. [cf. *ar. darra* clare splenduit] Deriv. אַדִּיר, אֶדֶר, אַדֶּרֶת. †

אֶדֶר 1) *splendor, magnificentia;* אֶ' הַיְקָר (abstr. pro concr.) = ' splendidum pretium '

Zch 11 13. — 2) i. q. אַדֶּרֶת *pallium* Mi 2 8; sec. LXX δορά i. q. aram. אֲדַר *pellis* (Fell). †

▲ אֲדָר *Adar*, mensis duodecimus (Febr.-Mart.) Esr 6 15 (aram.). Est 3 7. 13. 8 12. 9 1. 15. 17. 19. 21 (cf. 1 Mac 7 43. 49. 2 Mac 15 37), aram. אדר (Lidzbarski 209), IFl IV 8, 49. XII 10, 5 ᾿Αδάρ, mac. Δύστρος, ass.-bab. *Addaru*.

▲ אַדָּר *Addar* — 1) Beniaminita 1 Ch 8 3 = אַרְדְּ q. v. — 2) locus in termino S Iuda Jos 15 3 (loc. אַדָּרָה) = חֲצַר־אַדָּר Nu 34 4 (V *villa nomine Adar; cf.* חֶצְרוֹן n. 3), sec. Musil, Ar. Petr. II 2 (1908) 30. 47 s ez-Zeife W a Kornûb et NE ab ʿAin Qadîs (?). †

אֲדַרְכֹּנִים 1 Ch 29 7, כ (sine dageš) Esr 8 27, pl. ttm.: nummus aureus, Vg. *solidi*, G δραχμαί, χρυσοῖ, S Esr *d.rīchōnē*, ergo prob. = δαρεικός, fere 21 M, 26 fr. Cf. Hagen, RB. 515, LB. II 31. †

▲ אֲדֹרָם v. אֲדֹנִירָם.

▲ אַדְרַמֶּלֶךְ (var. אַדְרַמְלֶךְ) *Adramelech* — 1) idolum ab incolis Sepharvaim in Samariam translatum 2 R 17 31; v. סְפַרְוַיִם — 2) filius Sennacherib, parricida 2 R 19 37. Is 37 38; Ardumuzanus ap. Alexandrum Polyhist., Adramelus ap. Abydenum (Eus. Chron. ed. Schoene I 27. 35, nota 6). †

▲ אֶדְרֶעִי ubique *i. p.*, *Edrai* — 1) urbs Og regis Basan, saepius cum Astaroth memorata, dimidiae tribui Manasse attributa Nu 21 33. Dt 1 4. 3 1. 10. Jos 12 4. 13 12. 31; aeg. *ʾOtaraʿa* (MVaG 12 [1907] 25, n. 91), ap. Eus. ᾿Αδραά 25 mil. pass. a Bostra (Onom. 12 13) vel ᾿Αδρά 24 mil. pass. a Bostra (Onom. 84 8), in Tab. Medaba (Palmer-Guthe I, Taf. 9) ΕΔΡΑΙΝ (?), in Tab. Peutinger (Segm. X 1) Adraha 24 mil. pass. a Bostra, ap. Guil. Tyr. 16, 10 (M. 201, 650) Adratum = civitas Bernardi de Stampis, hodie Derʿā ca 39 km WNW a Bostra in margine S W. Zêdî. Cf. Schumacher Across the Jordan (1886) 121-147. Ritter, Erdk. 15, 838 ss. Thomsen, LS I 15 s. — 2) urbs in Nephtali Jos 19 37 (LXX B Ασσαρει, A Εδραει, L Αδραει), fortasse vicus Jaʿtir ca 18 km SE a Tyro (SWP, Mem. I 205). †

אַדֶּרֶת, sfx. אַדַּרְתּוֹ etc., f.: 1) *magnificentia, decus* Zch 11 3. — 2) *vestis ampla, pallium* ets. Gn 25 25; quali utebantur Elias 1 R 19 13. 19. 2 R 2 8. 13 s, rex Jon 3 6; אַ׳ שִׁנְעָר pallium Babylonium Jos 7 21. 24.

אָהַב, אָהֵב (item c. sfx. אֲהֵבְךָ, אֲהֵבוֹ, אֲהֵבוּם); ipf. יֶאֱהַב tamen וַיֶּאֱהַב, יֶאֱהָבֵנִי ets.), 2 pl. תְּאֵהָבוּ Pr 1 22 (BL 223 e), תֶּאֱהָבוּ Zch 8 17 et תֶּאֱהָבוּן Ps 4 3, 1 sg. אֹהַב pro *eʾĕhab* Pr 8 17, alibi (supposito אהב, אָהֵב, sec. verba פ״א) וָאֹהַב Mal 1 2, אֹהֲבֵם Os 14 5: 11 1. Ps 119 167; ipr. אֱהַב (sfx. אֶהָבֶ׳), אֱהוֹב Sir 7 30, pl. אֶהֱבוּ Ps 31 24, אֱהָבוּ Zch 8 19; inf. אֹהַב Ec 3 8, alias semper אַהֲבָה (si seq. gen. subi. vel obi. אַהֲבַת) 23 ies; ptc. אֹהֵב, אֹהֶבֶת (arch. אֹהַבְתִּי Os 10 11), אֹהֲבִים, ptc. pass. אָהוּב: *amavit, dilexit*; 1) *amavit* honeste *a*) personam: Deum Ex 20 6. Dt 5 10. 6 5. 1 R 3 3. Ps 31 24. 116 1 (absolute). Pr 8 17. 21. Dn 9 4 al.; Ds alqm. Dt 4 37. 7 8. 13. 2 S 12 24. Is 43 4. 48 14 (Cyrum). Jr 31 3. Os 3 1. 9 15. 11 1. 14 5. Mal 1 2. Ps 146 8. Pr 3 12. 8 17. 2 Ch 2 10. 9 8; אָהוּב לֶאֱלֹהָיו ʻ a Deo suo amatus ʼ Neh 13 26; amavit cognatos Gn 22 2. 25 28. Ru 4 15. Pr 13 24, uxorem Gn 24 67. 29 32. 1 S 1 5 (אֲהוּבָה uxor praedilecta Dt 21 15), puellam Gn 29 18. Jdc 16 4, iuvenem 1 S 18 20. Ct 1 7, virum probum, amicum Ex 21 5. Dt 15 16. 1 S 16 21. Pr 9 8. Ct 1 3 s, accolam, proximum Dt 10 19 (cum לְ Lv 19 18. 34); substantive אֹהֵב *amicus* 1 R 5 15. Ps 38 12. 88 19. Pr 14 20. 18 24. 27 6. Est 5 10. 14. 6 13. Sir 5 15 al.; Abraham Dei amicus Is 41 8. 2 Ch 20 7 (cf. Jdt 8 22. Jac 2 23, hinc eius appellatio arab. *Ibrāhīm al-ḫalîl*; *b*) *amavit* rem, אֹהֵב אֲדָמָה φιλογέωργος 2 Ch 26 10; iustitiam ets. Is 61 8. Am 5 15. Ps 11 7 al., Jrslm, Sion, templum Is 66 10. Mal 2 11. Ps 26 8. 122 6. Thr 1 2 al., legem

Dei Ps 119 47 s, nomen Dei Is 56 6. Ps 5 12; rem appetibilem, fere i. q. *cupivit, appetivit* Ps 34 13. 40 17. 70 5. Pr 4 6. 12 1. 15 12. 19 8. 29 3. — 2) *amavit perperam, inhoneste, a*) aliquem Jr 2 25. 20 4. Ez 16 37. 2 Ch 19 2 (לְ), mulierem Gn 34 3. 2 S 13 1. 1 R 11 1 s; *b*) rem Pr 20 13. 21 17. Ec 5 9, rem malam, vetitam Is 1 23. 57 8. Os 3 1 b. Zch 8 17. Ps 11 5. 52 5. Pr 17 19, stultitiam Ps 4 3. Pr 1 22, כֵּן talia Jr 5 31. Am 4 5; mortem, maledictum amare (sibi stulte acquirere) Ps 109 17. Pr 8 36; pro acc. obi^{i} sequitur ger., אָהֲבוּ לָנוּעַ 'amant vagari' Jr 14 10: Is 56 10 (Joü. 129 m). Os 10 11. 12 8. — **Ni.** ptc. pl. נֶאֱהָבִים *qui se mutuo amaverunt* 2 S 1 23; ipf. Sir 3 17. — **Pi.** ptc. מְאַהֵב *amator*, ubique sensu deteriore *amasius* Jr 22 20. 22. Ez 16 33. 36 s. 23 5. 9. 22. Os 2 7. 9. Zch 13 6 (מְ' sunt dii, idola; cf. Knabenb.). — **Hi.** ipr. הֶאֱהִב *amabilem, gratum fecit* alqm. (לְ) alci (לְ) Sir 4 7. — **Nota:** *1*) Os 4 18 (textus אָהֲבוּ הֵבוּ corruptus censetur) lgd. vel אָהֲבוּ vel אָהוֹב אָהֲבוּ 'amant' ignominiam. *2*) אַהֲבָה pro inf. c. habetur, ubi alii inf. c. coordinatur Mi 6 8 aut praecedit vb. auxil. Os 9 15 aut sequitur אֶת Gn 29 20. Dt 7 8. Os 3 1 al., et in gerundio לְאַהֲבָה amando 1 R 11 2, frt. Ps 109 4 s (cf. 38 21); pro substantivo *amor* habetur, ubi abs. ponitur Pr 10 12 vel c. adi° Pr 27 5 vel c. art. Ct 2 7. 8 7 al. vel ubi sequitur genetivus descriptivus 1 S 20 17. Jr 2 2. 31 3 vel אֲשֶׁר 2 S 13 15. [Cf. ar. *habba* spiravit, flare; secus ar. *ḥabba, aḥabba*, a/s. *ḥabbeb* amavit.] Derivata seq.

‡ אַהַב* *amor*, sensu deteriore; 1) pl. אֲהָבִים *amores*, ἔρωτες Pr 7 18. — 2) sg., metonym. *amatus, amasius*: כְּאָהֳבָם 'ut am. eorum', sc. deus Beelphegor Os 9 10. †

אַהֲבָה, st. c. אַהֲבַת etc., subst. (cf. אָהֵב *NB*. 2) *amor*; 1) *dilectio, caritas*: amor amicorum et utcunque hominum mutuus 1 S 20 17 (אַ' נַפְשׁוֹ 'amore cordiali'). 2 S 1 26a. Ps 109 4 s. Pr 10 12. 15 17. 17 9. 27 5. Ec 9 1 (homo nescit, utrum alqm semper, ut nunc, amaturus sit an aliquando rationes habiturus eum odio habendi); amor sponsorum 2 S 1 26b. Pr 5 19; imagine mutui inter sponsum sponsamque amoris describitur dilectio mutua Dei et Israelis (Ecclesiae) Jr 2 2. Ct 2 4 s. 5 8. 8 6 s; turpis amor puellae 2 S 13 15, tali comparatur foedus Isr. cum alienigenis Jr 2 33. — 2) metonymice *a*) *amata* (sec. Hontheim *amati*, sponsus et sponsa) Ct 2 7. 3 5. 8 7 et 7 7; *b*) aliquod *munus ex amore datum* frt. Ct 3 10 (v. Joüon in h. l.; nisi frt. hic אהבה est vocabulum diversum, correspondens arabico *'uhbah* apparatus, Ausrüstung, appareil, a verbo *'ahhaba* apparavit). †

אֳהָבִים pl. ttm. *amores*: אַיֶּלֶת א' 'cerva amoena', amorem excitans Pr 5 19; *amores meretricii*, foedera Israelis cum gentilibus Os 8 9. †

▲ אֹהַד Αωδ, *Ahod*, filius Simeon Gn 46 10. Ex 6 15. †

אֲהָהּ interiectio territi et plangentis: *heu! vae! ah!* 2 R 3 10; אֲ' לַיּוֹם 'heu diei!' Joel 1 15; seq. vocativus Jdc 11 35. 2 R 6 5. 15; אֲ' אֲדֹנָי יהוה 'heu, Domine, Iahve!' Jos 7 7. Jdc 6 22. Jr 1 6. 4 10. 14 13. 32 17. Ez 4 14. 9 8. 11 13. 21 5. †

▲ אַהֲוָא *Ahava*, fluvius vel canalis (et regio) in Babylonia Esr 8 15. 21. 31; identificatio incerta cf. Enc. Iud. s. v. †

▲ אֵהוּד *Aod* — 1) iudex, Beniaminita Jdc 3 15 ss. 4 1 (v. אֲבִיהוּד et אֵחוּד). — 2) Beniaminita 1 Ch 7 10.

‡ אֱהִי adv. interr. *ubi?* Os 13 10. 14. (cj. lgd. אַיֵּה). †

‡ [1] אהל **Hi.** יַאֲהִיל *splendet* luna Job 25 5 (an frt.: Deus lunam non '*pro splendida habet*'?). [ar. *halla* 1 et 4 splendet (luna)] [1]

²אָהַל, ipf. יֶאֱהַל: *tentorium movit et* modo hic modo illic *fixit* Gn 13 12. 18. — Pi. ipf. יַהֵל (pro יְאַהֵל) id. Is 13 20. [ab אֹהֶל, vb. denom.] †

אֹ֫הֶל, sfx. אָהֳלִי etc., אָהֳלֶךָ, quater אָהֳלֹה, pl. אֹהָלִים (בְּאָהֳלִים ἐν σκηναῖς Jdc 8 11. Jr 35 7. 10. Os 12 10), st. c. אָהֳלֵי, c. sff. אֹהָלֵי etc.; loc. הָאֹ֫הֱלָה Gn 18 6. Jos 7 22: *tentorium, tabernaculum;* 1) dicitur proprie *a*) t. viatorum, nomadum ac pastorum, pellibus tectum; Gn 9 21. 12 8. 13 5. 18 1. 31 33. Ex 33 8 b. Nu 16 26 s. Jdc 6 5. Is 38 12. 40 22. Jr 49 29; || יְרִיעוֹת Jr 4 20. 10 20. Hab 3 7; opp. בַּיִת Jr 35 7 (cf. 2 S 7 6); יֹשֵׁב א׳ Gn 4 20: 25 27; שֹׁכְנֵי בָאֳהָלִים Jdc 8 11 nomades, pastores; נָטָה א׳ Gn 12 8. Jdc 4 11 al., תָּקַע א׳ Gn 31 25. Jr 6 3 t. alicubi figere; metonym. = tabernaculi incolae Ps 120 5; item 'subnigra sum כְּאָ״ קֵדָר ut puellae in tentoriis Cedarenorum' Ct 1 5. — *b*) de tentorio castrensi militum: Jdc 7 13. 1 S 17 54. 2 R 7 7 s. 10. Jr 37 10. Dn 11 45. — *c*) de sacro tabernaculo, quod Israëlitis sanctuarii vices agebat: maxime proprie א׳ dic. illud tectum pellicium quo ipsa Dei mansio (הַמִּשְׁכָּן) tegebatur Ex 26 7. 9. 35 11. 36 14 al.; plerumque tota illa sacra aedes dic. הָאֹהֶל Ex 31 7. 33 7 ss. Nu 9 17 al., א׳ הָעֵדוּת Nu 9 15. 2 Ch 24 6, א׳ מוֹעֵד הָאֱלֹהִים 2 Ch 1 3; alias velut nomine proprio (v. Ex 33 7; 147ies sine art°) voc. אֹהֶל מוֹעֵד Ex 27 21. 28 43. Nu 1 1. 2 2 al. Jos 18 1. 19 51. 1 S 2 22 al., בֵּית הָאֹהֶל 1 Ch 9 23; de tabernaculo in Silo (Jos 18 1) Ps 78 60. 67, in Jerusalem (2 S 6 17) Ps 15 1. 27 5 s. 61 5. 1 R 8 4. 1 Ch 6 17. 9 21. 23 32. 2 Ch 1 6. 13. 5 5. — 2) sensu minus proprio quaevis *habitatio, domus:* in poësi Gn 9 21. Ps 52 7. 84 11. 91 10. 118 15. Job 5 24. 12 6. 18 6. 19 12 al. Is 54 2. Mal 2 12; א׳ בֵּיתִי Ps 132 3; א׳ בַּת־צִיּוֹן urbs sacra Thr 2 4; אָ״ יַעֲקֹב Jr 30 18, אָ״ יְהוּדָה Zch 12 7 terra sacra; soli in caelo assignatur א׳ Ps 19 5; — in prosa fere solum in dictione 'redire, fugere, alqm. remittere *domum*' Jos 22 4-8. 2 S 20 22. 2 R 8 21. 14 12. 2 Ch 10 16. 25 22: ellipt. לְאֹהָלֶיךָ 'domum (redi)!' 1 R 12 16. 2 Ch 10 16; forma plur. de unius tentorio Jdc 19 9 (GSV l. sg.). Job 11 14, post אִישׁ 'quisque' Jdc 7 8. 1 S 4 10 al.; — metonymice (ut בַּיִת et ar. *ahl*) *domestici, familia* Pr 14 11. Job 8 22; אֹהֶל דָּוִד genus David Is 16 5; ad ar. *ahl* 'tribus, gens' proxime accedit Ps 78 67 (|| שֵׁבֶט), item 83 7. — *NB.* Gn 24 67 lgd. sine art. אֹהֱלָה שָׂרָה (cf. בֵּיתָה c. gen. 28 2. 43 17); Jos 7 21 אָהֳלִי GV.

▲ אֹהֶל *Ohol,* Davidida 1 Ch 3 20.[1]

▲ אָהֳלָה *Oolla,* meretrix, symbolum Samariae Ez 23 4 s. 36. 44. †

אֲהָלוֹת, v. אֲהָלִים.

▲ אָהֳלִיאָב *Ooliab,* Danita, artifex Ex 31 6. 35 34. 36 1. 2. 38 23. †

▲ אָהֳלִיבָה *Ooliba,* meretrix, symbolum Ierusalem Ez 23 4. 11. 22. 36. 44. †

▲ אָהֳלִיבָמָה *Oolibama* — 1) uxor Esau, filia Ana filii Sebeon (filii Seir) Gn 36 2. 5. 14. 18; vocatur 26 34 יְהוּדִית (q. v.) — 2) filia Ana filii Seir Gn 36 25. — 3) dux (stirps) Edomitarum Gn 36 41. 1 Ch 1 52. †

⁜ אֲהָלִים Nu 24 6. Pr 7 17, אֲהָלוֹת Ps 45 9. Ct 4 14 *aloë,* tam arbor Nu 24 6 (|| אֲרָזִים; GSV legerunt אֹהָלִים). Ct 4 14, quam pulvis aromaticus inde proveniens Pr 7 17; 'vestimenta tua sunt aloë' Ps 45 9 = aloën redolent (cf. Driver, Tenses, § 188, 2). — Probabiliter est arbor indica *agaru* seu *aguru* [Boehtlingk, Sanskr. WB I 24. 27]; v. Hagen, LB. I 196-9; RB. 414. †

▲ אַהֲרֹן *Aaron,* filius primogenitus Amram et Iochabed, frater Moysis et Mariae Ex 6 20 (cf. 2 1). Nu 26 59, os Moysis 7 1, primus ex ordine Levitico pontifex in Israel Ex 28. 29. 30 30. Lv 8, progenitor

pontificum et sacerdotum Ex 6 23. Nu 18. 20 28. (cf. Ps 133 2), qui dicuntur בְּנֵי א' Lv 1 5. 7 s. 11. Nu 6 23. Jos 21 4. 1 Ch 6 34 s. 42; בֵּית א' Ps 115 10. 12. 118 3; אַהֲרֹן = filii Aaron 1 Ch 12 28. — Cf. 1 Mac 7 14. Lc 1 5. Act 7 40. Hbr 5 4. 7 11. 9 4.

אוֹ coniunctio disiunctiva, qua modo similia (inter quae fere optio datur), modo opposita aut contraria vocabula aut effata copulantur: *vel, sive, aut;* 1) c o p u l a n t u r v o c a b u l a, ut nomina, numeri, verba eiusdem sententiae; הֲיֵשׁ לָכֶם אָב אוֹ אָח 'habetisne patrem vel fratrem?' Gn 44 19; בְּאֶבֶן אוֹ בְאֶגְרֹף 'lapide vel pugno' Ex 21 18; אִישׁ עִוֵּר אוֹ פִסֵּחַ 'vir caecus vel claudus' Lv 21 18; וּטְבָחוֹ אוֹ מְכָרוֹ '(si) eum mactaverit vel vendiderit Ex 21 37; לְהָרַע אוֹ לְהֵיטִיב 'facere alqd. mali aut (e contrario) boni Lv 5 4: Gn 31 43. 44 8. Ex 5 3. 21 28. Lv 19 20. 22 4. 27. Nu 6 2. 15 3. 5. 8. 35 22. Jos 7 3. Jdc 21 22. 1 S 2 14. 29 3. Jr 23 33. Job 3 15 s. 22 11. Ct 2 7 al.; אוֹ-אוֹ *vel-vel* Lv 25 49, *sive-sive* אוֹ רָאָה אוֹ יָדָע 5 1. — 2) c o p u l a n t u r s e n t e n t i a e, *a*) ferme s y n o n y m a e, praesertim in parallelismo poëtico: imperativi Job 12 8; interrogationes non disiunctivae sed synonymae Ex 4 11. Mal 1 8. 2 17. Job 16 3. 35 7. 38 6 al. — *b*) coordinantur p e r i o d i h y p o t h e t i c a e similes: אוֹ כִי *vel si* Ex 21 33. Lv. 5 3; plerumque sine nova particula condicionali, אוֹ = *vel si, quodsi, si vero:* אוֹ חֶרֶב אָבִיא 'vel si gladium adducam...' Ez 14 17. 19; אוֹ נוֹדַע 'si vero notum fuit' Ex 21 36: ib. 31. Lv 4 23. 28. 2 S 18 13; 'propter scelus eorum puniam eos, אוֹ q u o d s i tunc (id quod spero) humiliabit se cor eorum,...' Lv 26 40 s; *c*) annectitur cohortatio opposita: אוֹ יַחֲזֵק בְּמָעֻזִּי '*aut potius* apprehendat auxilium meum' Is 27 5. — 3) in i n t e r r o g a t i o n e d i s i u n c t i v a: הֲ-אוֹ *utrum - an vero:* Jdc 18 19. 2 R 6 27, in quaestione indirecta Ec 11 6; priore membro disiunctionis omisso: 'quis indicabit mihi (utrum res bene cesserit) *an* quid duri tibi pater responderit' 1 S 20 10. [ar. sy. aeth. *aw*, aram. אוֹ, ass. *u*]

אוֹ Pr 31 4 k: v. אוה Pi. 1.

▲ אוּאֵל *Vel* (evidenter lgd. *Uël*), Iudaeus cum uxore alienigena iunctus Esr 10 34. [1]

[1] אוֹב*, pl. אֹבוֹת: *uter* vinarius Job 32 19. [1]

[2] אוֹב, pl. אֹבוֹת: 1) *spiritus* ad respondendum viventibus a mortuis evocatus, qui homini necromanti insidet Lv 20 27 et per quem hic oracula edit 1 S 28 8, *python;* אֵשֶׁת בַּעֲלַת אוֹב 'mulier habens pythonem' 1 S 28 7. — 2) *necromantis;* necromantes adire, consulere פָּנָה אֶל Lv 19 31. 20 6, דָּרַשׁ אֶל Is 8 19. 19 3, שָׁאַל אוֹב Dt 18 11 vel בָּאוֹב 1 Ch 10 13; loqui כְּאוֹב i. e. voce exili, intermortua Is 29 4; 'abrogare' necromantes הֵסִיר 1 S 28 3, הִכְרִית 28 9, בִּעֵר 2 R 23 24; opp. 'introducere' עָשָׂה 2 R 21 6 || 2 Ch 33 6; 11 locis fere formulae instar copulatur cum יִדְּעֹנִי. [Primitus frt. i. q. [1]אוֹב, sc. venter ventriloqui utris instar inflatus, vel idem consideratus ut uter sonos edens; alii derivant ab ar. *âba* rediit, spiritus rediens, *revenant*.] †

▲ אוֹבִיל *Ubil* (LXX B Ἀβίας, L Ωβελ), Ismaelita, a David super camelos praepositus 1 Ch 27 30. [1]

× אוּבָל st. c., art. הָאֻבָל Dn 8 2 s. 6; Thdt. Ουβαλ n. pr., G πύλη, SV *porta* [cf. ass. *abullu* a/s. אֲבוּלָא porta urbis]; a fluvio Ulai urbem praeterfluente porta vocari potuit 'porta Ulai' (cf. Rheintor); recentes fere omnes interpretantur *flumen* [coll. יוּבַל.] †

אוּד, pl. ים *fustis ligneus*, in contextu *torris, titio*. lignum ardens semiustum; titioni comparatur is qui est vel fuit interitui proximus Is 7 4. Am 4 11. Zch 3 2. [Talm. אוּד id., ar *ʿûd* lignum; Barth WU 56] †

אוֹדֹת, אֹדוֹת pl. ttm.: 1) *occasio, causa* (?): אַל־א״ הָרָעָה הַגְּדוֹלָה וגו 'ne (sis) causa huius

grandis malefacti' 2 S 13 16 (Keil; alii cj. lgd. אַל אָחִי כִּי 'ne (feceris), frater, nam', cf. G Lag. Itala, vel עַל־אֹדוֹת 'de...'. — 2) praepositionis instar usuvenit עַל־אוֹדֹת *propter* Gn (20 3 Samar.) 21 11. 25. Ex 18 8. Nu 12 1. 13 24. Jdc 6 7; עַל־כָּל־א׳ אֲשֶׁר 'omnino idcirco quia' Jr 3 8; post verba loquendi = *de*, περί Gn 26 32; עַל־אדוֹתַי de me, ־וֹתֶיךָ de te Jos 14 6. [cf. ar. *âda* vertit]

אוה Pi. אִוָּה Ps 132 13 (melius c. GSV lege c. sfx. אִוָּהּ) 3 f. אִוְּתָה, 1 sg. c. sfx. אִוִּתִיהָ, אִוִּיתִךָ, , ipf. תְּאַוֶּה: 1) *cupivit, desideravit* ob famem, sitim ets.; anima (נֶפֶשׁ 5 a) desiderat, c. acc. Dt 14 26. 1 S 2 16 (כַּאֲשֶׁר tantum quantum). Mi 7 1 ('nec ficus, quam cupit...'). Pr 21 10. 26; Pr 31 4 k lgd. vid. אַו שֵׁכָר (= אַו, אוה 'cupere siceram'; seq. לְ c. inf. Dt 12 20. — 2) *desideravit, optavit* animus, c. acc. 2 S 3 21. 1 R 11 37. Job 23 13; homo desiderio fertur ad Dm Is 26 9 (Joü. 151 c). — 3) prob. *optavit et sibi sumpsit, elegit* Ds Sionem ut domicilium Ps 132 13 s (cf. Htp. 2) GV. — Htp. הִתְאַוָּה, 1 sg. הִתְאַוֵּיתִי, ipf. יִתְאַוֶּה etc., abbrev. תִּתְאַו, יִתְאָו, וַיִּתְאַו, ptc. מִתְאַוֶּה: 1) *sibi cupit, optavit, desideravit* c. acc. Dt 5 21. Jr 17 16. Ps 45 12. Ec 6 2; dicitur potiss. de desiderio pravo, inani Nu 11 4. Am 5 18. Pr 13 4 vel gemitibus, murmure, verbis significato 2 S 23 15. Ps 106 14; ה׳ תַּאֲוָה cupidini indulsit Nu 11 4. Ps 106 14. Pr 21 26 (Joü. 125 q); abs. Nu 11 34. 2 S 23 15. 1 Ch 11 17. Pr 13 4 (נַפְשׁוֹ subi. secundum, Joü. 151 c). — 2) prob.: rem optatam *sibi sumpsit, elegit, determinavit* Nu 34 10 (cf. GSV); sunt qui legant וְהִתְאִיתֶם vel וְתֵאִיתֶם Pi., Hi. תָּאָה, cf. 34 7 s. Deriv. אַוָּה, מַאֲוַי, תַּאֲוָה.

אַוָּה* *desiderium, libido;* res alcs libero arbitrio relicta sic enuntiatur; בְּכָל־אַוַּת נַפְשְׁךָ 'pro libitu tuo', in contextu 'ubilibet' mactare et carne vesci poteris Dt 12 15. 20 s; 'quandocunque ei libebit' venire poterit 18 6; לְכָל־אַוַּת נַפְשְׁךָ 'quandocunque voles' 1 S 23 20; בְּאַוָּתִי 'quando mihi placebit' Os 10 10; de animalis libidine Jr 2 24. [אַוָּה] †

▲ אוּזַי *Ozi*, pater familias Neh 3 25. [Forma car. nominis ab אז incipientis][1]

▲ אוּזָל *Uzal*, filius Iectan Gn 10 27 (Sam. איזל, LXX A et L Αιζηλ). 1 Ch 1 21 (V *Hazal*, LXX A Αιζηv, L Ουζαλ). Ez 27 19 (pro מְאוּזָל l. מֵאוּזָל cum LXX ἐξ Ασηλ, S Aq.). Ex antiqua traditione Arabum Uzal est Ṣan'ā, urbs principalis in Jemen (Bochart, Phaleg 2, 21. Gesenius, Thes. 59 et Append. 67 s. Knobel, Völkertafel [1850] 188), sed sec. Glaser, Geogr. Arabiens (1890) 310. 427 s. 434 haud procul a Medîna, sec. Sarsowski (ZAW 32 [1912] 148 s.) Izaallam in inscriptione Nebukadnezar II (Grot. Zyl. I 22-25 = I Rawlinson 30), quod parum probatur. †

▲ אֱוִי *Evi*, princeps Madianitarum Nu 31 8. Jos 13 21. †

אוֹי (*'awj), *commiseratio* [ar. 'awja] hinc 1) *condicio commiserationem movens, miseria* Pr 23 29. — 2) interiectio de sua sorte lugentis: *heu! vae!* [in locis * notatis additur sententia causalis, כִּי] אוֹי־לִי Is 6 5*. 24 16. Jr 10 19. 15 10*. 45 3*; אוֹי לָנוּ 1 S 4 7*. 8. Jr 4 13*. 6 4*; אוֹי־נָא c. dat. Jr 4 31*. Thr 5 16. — 3) vox minantis et monentis; *vae tibi ets.!* seq. vocativus Ez 24 6. 9; seq. dativus Nu 21 29. Jr 48 46. Is 3 9*. 11*. Jr 13 27. Os 7 13*. 9 12. [ar. *'awija* commiseratus est]

‡ אוֹיָה *heu!* seq. לִי et כִּי Ps 120 5.[1]

‡ אֱוִיל, pl. אֱוִילִים: *stultus, insipiens*, adi. (Jr 4 22. Pr 29 9 al.) et subst.; 1) sensu communi: *necessaria scientia, prudentia, consilio carens* Is 19 11. 35 8 Os 9 7. Pr 10 21. Job 5 2 s al.; opp. חָכָם Pr 10 14. 11 29 al., עָרוּם 12 16. — 2) sensu ethico: *qui normas verae sapientiae, praesertim Deum eiusque legem ignorat aut contemnit,* Jr 4 22. Ps 107 17 (conj. lgd. חוֹלִים 'infirmi' vel sim.).

Pr 1 7. 14 3. 15 5; opp. צַדִּיק 10 21, יָשָׁר 14 9; אֱוִיל שְׂפָתַיִם stultiloquus Pr 10 8. [אול* = יאל stultus est?]

▲ אֱוִיל מְרֹדַךְ *Evilmerodach*, rex Babyloniae (561-559 a. Chr.), filius et successor Nabuchodonosor (II) 2 R 25 27. Jr 52 31; bab. *Amêl-Marduk* = "vir dei Marduk". †

ⵜ אוּל*, sfx. אוּלָם Ps 73 4 *robur* (Kimchi al.), *venter* (Ges. al.) [אול robustum esse; vel ante esse: pars anterior][1]

אוּל* in אוּלֵי הָאָרֶץ (vocales?) 2 R 24 15 k *magnates, primores* terrae, cf. GHS (q אֵילֵי). [Cf. ass. *awelum* nobilis, ar. *awwal* primus][1]

× אֱוִלִי *agens ut insipiens, improbus, perfidus* Zch 11 15. [אֱוִיל][1]

▲ אוּלַי, *i. p.* אוּלָי *Ulai*, flumen prope Susa Dn 8 2. 16 (v. etiam אֻבַל; LXX 8 2 Αιλαμ, 8 16 Ουλαι, Thdt. Ουβαλ), Eulaeus (Εὐλαῖος) veterum in Susiana (Arr., Alex. VII 7, 2. DSic. 19, 19 Ptol. VI 3, 2. Plin. VI 27, 135), hodiernus Karûn (Delitzsch, Paradies 3. 29) vel Kerḫa = Choaspes (Schrader-Whitehouse, Cun. Inscr. and O. T. ad Dn 8 2) vel forte Kerḫa superior cum Karûn inferiore antiquitus coniunctus (Billerbeck in MVaG 3 [1898] 86 ss). †

אוּלַי, Gn 24 39 אֻלַי, *fortasse, forsitan;* dic. de re incerta quae speratur aut timetur, fere = *spero fore ut:* א׳ אִבָּנֶה מִמֶּנָּה 'fortasse filios habebo ex ea' Gn 16 2: 32 21. Ex 32 30. Nu 22 6. 1 S 6 5 al.; = *timeo ne* א׳ יְמֻשֵּׁנִי אָבִי 'fortasse me palpabit pater' Gn 27 12: 18 28-32. 24 39. Os 8 7; c. pf. de re fortasse iam facta: א׳ חָטְאוּ בָנַי 'frt. peccaverunt filii mei' Job 1 5; c. sent. nominali: א׳ יָשֵׁן הוּא 'frt. dormit' 1 R 18 27: Gn 43 12; — sententia ab 'א incipiens plerumque *alii sententiae logice subordinatur,* et quidem *a*) post precem, mandatum, cohortationem indicatur bonus effectus qui speratur: עֲנָוָה בַּקְּשׁוּ א׳ תִּסָּתְרוּ 'studete humilitati, tunc spes est fore ut protegamini' So 2 3: 1 R 18 5. 20 31. Is 47 12. Jr 21 2. Jon 1 6 al.; *b*) ponitur protaseos hypotheticae loco = *si forte,* ut 'si forte de L iustis desint quinque, num perdes... urbem?' Gen 18 28: 18 24. 24 5. — *NB.* Nu 22 33 lgd. לוּלֵי 'si non' cum GSV. [a/s. לוּ 'utinam'; 'א frt. ex וְלוּ 'et utinam', Barth, EtSt. 57.]

×[1]אוּלָם, אֻלָם, st. c. item, pl. st. c. אֵלַמֵּי Ez 41 15 (v. infra): 1) *aula* (*Halle, Saal*); in palatio Salomonis אוּלָם הָעַמּוּדִים cum alia aula anteriore 1 R 7 6; א׳ הַכִּסֵּא in qua rex ius dicebat 7 7 s. — 2) *porticus, vestibulum* (*Vorhalle*) in templo Salomonis; et quidem *a*) vestibulum constructum ante ipsam aedem sacram: א׳ הַהֵיכָל 1 R 7 21, א׳ הַבַּיִת Ez 40 48, א׳ יהוה 2 Ch 15 8. 29 17: 1 R 6 3. 2 Ch 3 4, הָאוּלָם 1 R 7 19. Ez 40 49. 41 25 s; בֵּין הָא׳ וּבֵין הַמִּזְבֵּחַ Ez 8 16. Joel 2 17; *b*) in templo ab Ez descripto: vestibulum portae orientalis exterioris Ez 40 7-9. 15. 44 3; vestibulum portae orientalis interioris 46 2.8 et portae borealis interioris 40 39 s. — Reliquae templi porticus in TM vocantur אֵילָם; in LXX tam in 1 R (exc. 7 8) quam in Ez vox semper in forma αιλαμ apparet; cum improbabile sit Ezechielem in descriptione vestibulorum secus uniformi modo אולם modo אילם scripsisse, nonnullis videtur semper אילם legendum esse. — Ez 41 15 sec. G lgd. videtur אֵלַמּוֹ הַחִיצוֹן 'vestibulum eius exterius'. [Cf. ar. *awwal* anterior.]

[2]אוּלָם particula adversativa sat fortis: *sed, at, verumtamen* Job 2 5. 5 8. 13 3; וְאוּלָם Gn 28 19. 48 19. Ex 9 16. Nu 14 21. Jdc 18 29. 1 S 20 3. 25 34. 1 R 20 23. Mi 3 8. Job 1 11. 11 5. 12 7. 13 4. 14 18. 17 10. 31 1. [Ab אול; 'a parte antica, ex adverso'.] †

▲ אוּלָם *Ulam:* 1) vir Manasseus 1 Ch 7 16 s. — 2) Beniaminita 1 Ch 8 39 s. ['Prior, anterior'.] †

⫲ אִוֶּלֶת, i. p. item, st. c. it., sfx. אִוַּלְתִּי etc., f.: 1) *stultitia* Pr (22ies) 12 23. 13 16. 14 (1 ?) 8. 15 2 al.; praesertim ea qua quis se a virtute abduci sinit Ps 38 6. 69 6 (|| אָשָׁם) Pr 5 23. 19 13. 24 9. — 2) frt. adj. (fem. ad אֱוִיל) *stulta* mulier Pr 14 1 (GSV; opp. חַכְמַת נָשִׁים).

▲ אוֹמָר *Omar,* dux (stirps) Edomitarum Gn 36 11. 15. 1 Ch 1 36. †

⫲ אָוֶן, c. sfx. אוֹנְךָ, אוֹנָם, pl. אוֹנִים Pr 11 7: quaevis in aliquo ordine *inanitas, vanitas, defectus eius quod est in re essentiale* [cf. ar. *awn* defectus virium, fatigatio]; 1) *inanitas, falsitas* verborum, doctrinae, idolorum: דִּבֶּר א׳ Zch 10 2 (|| שָׁוְא, שֶׁקֶר); א׳ וּמִרְמָה Ps 36 4; כֻּלָּם א׳ 'omnes (idololatrae) sunt inanes' Is 41 29; יִהְיֶה לְא׳ 'evanescet' Am 5 5; בָּמוֹת א׳ Os 10 8, אָוֶן וּתְרָפִים vanus cultus... 1 S 15 23: Is 66 3; hinc n. pr. בִּקְעַת־אָוֶן, בֵּית־אָוֶן. — 2) *inanitas ethica, improbitas, nequitia* Ps 41 7. 56 8. 94 23. 119 133. Pr 19 28; פֹּעֲלֵי־אָוֶן malefactores (24ies) Job 31 3. Ps 5 6 al., item חֹרְשֵׁי Job 4 8, שֹׁקְדֵי Is 29 20, מַעֲשֵׂי Is 59 6, חֹקְקֵי 10 1, מַחְשְׁבוֹת 59 7; אִישׁ אָוֶן 'vir nequam' Is 55 7. Pr 6 12 al., מְתֵי־א׳ Job 22 15, שְׂפַת־א׳ 'sermones nequam' Pr 17 4; obi. verborum עָשָׂה Is 32 6, פָּעַל Pr 30 20, דִּבֶּר Is 58 9, חָשַׁב Ez 11 2. Mi 2 1, ets.; μ iniquitatem יָלַד, הָרָה, חִבֵּל Ps 7 15. Is 59 4. Job 15 35; גִּלְעָד א׳ Galaaditae sunt impii Os 12 12; א׳ וַעֲצָרָה 'impietas una cum frequentatione sacri coetus' Is 1 13; תּוֹחֶלֶת אוֹנִים 'spes posita in operibus impiis' Pr 11 7; *iniquitas* erga alios qua quis alios vexat, opprimit, offendit Ps 7 15. 94 23. Ez 11 2 (cf. 6). Hab 1 3 al.; עָמָל וָאָוֶן Ps 10 7 : 55 11 al. — 3) malum = *infortunium, calamitas, aerumnae* Jr 4 15. Ps 55 4. 90 10. Pr 12 21 (|| רַע); תַּחַת א׳ 'sub calamitatibus (gementes)' Hab 3 7; de infortuniis quibus mali puniuntur Pr 22 8. Job 5 6. 21 19 (אוֹנוֹ poenam ei [patri] infligendam); בֶּן־אוֹנִי 'filius meus infortunatus' Gn 35 18 (vel 'f. infortunii', *ônî* = *ônîm* GK. 87 f). — 4) psychologice: *maestitia, luctus:* לֶחֶם אוֹנִים 'panis luctus' Os 9 4; בְּאֹנִי 'in luctu meo', mortuum lugens Dt 26 14.

▲ אָוֶן (= *inane, inanitas*) v. בִּקְעַת אָוֶן, בָּמוֹת אָוֶן, בֵּית אָוֶן (s. vv. בִּקְעָה etc.); de Ez 30 17 אָוֶן v. ▲ אוֹן n. 2.

⫲ אוֹן Os 12 9, sfx. אוֹנִי etc., pl. אוֹנִים: 1) *facultas, robur, vires; a*) universim: *robur* viri Os 12 4. Job 18 7 (gressus eius robusti, Joü. 140 b). 12, beluae Job 40 16; pl. אֵין אוֹנִים 'viribus carens' Is 40 29, Dei potentia, רֹב א׳ 40 26; *b*) *vis genitalis:* רֵאשִׁית אוֹנִי = primogenitus meus' Gn 49 3; sim. Dt 21 17. Ps 105 36, רֵאשִׁית א׳ Ps 78 51. — 2) *facultates, opes, divitiae* Os 12 9. Job 20 10. [Cf. ar. *âna* commode se habuit] †

ritas actuum ’ Ps 18 21; יָדְךָ זֹאת ‘ hoc (esse) opus tuum ’ 109 27, et sim.; בְּיַד c. gen. ‘ operā, ope alcs, per alqm ’: si salvare vis Israel בְּיָדִי ‘ per me ’ Jdc 6 36: 15 18 a. Is 53 10; Ds etiam loquitur, mandat alqd בְּיַד ‘ per ’ Moysen Ex 9 35. 35 29. Lv 8 36. 10 11. Ag 1 1. Zch 7 12 al.; ‘ mittere (mandata) per alqm ’ est i. q. mittere alqm mandatarium, mediatorem, hinc dicunt וַיִּשְׁלַח בְּיַד בְּנָיָה ‘ misit Banaiam ’ 1 R 2 25: 2 S 10 2; שְׁלַח־נָא בְּיַד־תִּשְׁלָח ‘ mitte quemcumque vis ’ Ex 4 13.- *e) manus violenta, caedens, supprimens* ets.: יָדֵנוּ אַל־תְּהִי בוֹ = ne occidamus eum! Gn 37 27: Jos 2 19; בְּאֶפֶס יָד Dn 8 25, לֹא בְיָד Job 34 20 ‘ non vi (humana) ’, sed fato divino amoveri; manum suam contra alqm extendere Gn 22 12. Est 2 21, elevare 1 R 11 26, vertere Thr 3 3; tradere alqm בְּיַד in manum seu potestatem inimici Ps 31 9. 78 61. Jos 7 7. 10 30 al., liberare alqm מִיַּד ex potestate alcs Ex 2 19. 3 8. Dt 7 8 al., ex potestate inferni Ps 49 16, canum 22 21; item loquuntur de ‘ manu ’ (vi perniciosa) flammae Is 47 14, scelerum 64 6, infortunii Job 20 22 (lgd. עָמָל), ets. (etiam in forma pl. בִּידֵי Ps 141 6, עַל־יְדֵי Ps 63 11, מִידֵי Ps 140 5. 141 9 al., et abs. בְּיָד 1 S 26 23. 2 Ch 25 20, מִיָּד 1 R 20 42; Pr 6 5 lgd. vid. מִצַּיָּד); — *f) manus possidens, dominans, imperans:* בְּיֶדְכֶם נִתָּנוּ ‘ vobis tradita sunt ’ Gn 9 2: 16 6. 32 14; תַּחַת יַד ‘ sub dominio (-ium) alcs ’ Jdc 3 30. Is 3 6, liberum fieri מִתַּחַת יַד 2 R 13 5; *manus dirigens, ducens, curans*: committere gregem בְּיַד ‘ curae ’ alcs Gn 32 17: 39 6 22, cf. צֹאן יָדוֹ Ps 95 7; Israelitae emigrarunt בְּיַד־מֹשֶׁה וְאַהֲרֹן ‘ ducibus M. et A. ’ Nu 33 1: Ps 77 21; — *g)* manus ut sedes roboris = *robur, vires:* קִצְרֵי־יָד ‘ debiles ’ 2 R 19 26; אָזְלַת יָד ‘ evanuit r. ’ Dt 32 36: Nu 11 23. Is 50 2; — *h)* saepe et varie nominatur *manus Dei,* i. e. eius potentia, providentia, nobis visibilis operatio, pro diverso contextu creans Is 48 13. Ps 19 2. 95 5, potenter operans Ps 44 3. 78 42, ultrix impiorum et hostium Dt 2 15. Is 5 25. 9 11. Ps 21 9. 81 15 al., salvans Ps 37 24. 119 173. 144 7, probans Job 19 21, dirigens 31 16, ets.; manus Dni est בְּ contra alqm Jdc 2 15 (Ex 9 3). Ru 1 13 = affligit, profligat eum (2 Ch 30 12 operatur in alqo); m. D. est עַל super alqm = protegit eum Esr 8 31: כְּיַד יהוה עָלַי ‘ protegente me Dno ’ Esr 7 28: 7 6. 9. Neh 2 8; ‘ fit (תְּהִי, וַתְּהִי ets.) manus Dni super עַל (אֶל) alqm ’ = alqs a Dno corripitur, in ecstasin rapitur, ut alqd agat mandatur 1 R 18 46. 2 R 3 15. Ez 1 3. 3 22. 8 1. 33 22. 37 1. 40 1. Ps 80 18. — 2) significationes derivatae formae sg. et du.: *a) latus* dextrum, sinistrum: עַל־יַד יְמִינֶךָ ‘ in latere tuo dextro ’ Ps 121 5; לְיַד פּ׳ *a latere* alcs, *iuxta* alqm vario sensu: cum eo loquens 1 S 19 3, ad dispositionem alcs Neh 11 24. 1 Ch 18 17. 23 28, item מִיַּד 2 Ch 31 13; עַל־יַד פּ׳ alci adiunctus in munere (sed ei subordinatus) 2 Ch 17 15. 31 15; עַל־יְדֵיהֶם iis cooperantes, eos imitantes Jr 5 31: de his cf. Joüon, Bib 14 452 ss); — *b) latus rei, loci* ets.: בִּידֵי־סֶלַע ‘ ad latera rupis ’ Ps 141 6; לְיַד *iuxta* portam Pr 8 3; praesertim *latus rei longe extensae,* viae, fluvii, agri ets., potius *margo, ora, limes*: עַל־יַד הַיְאֹר ‘ in ripa Nili ’ Ex 2 5: Nu 13 29. Dn 10 4, עַל־יְדֵי Jdc 11 26 in utraque ripa; עַל־יַד ‘ in margine ’ viae 2 S 15 2, לְיַד Ps 140 6; מִיַּד ‘ ab ora ’ Cethaeorum Nu 24 24; אֶל־יָדִי ‘ iuxta me(um agrum) ’ 2 S 14 30; עַל־יְדֵי אֱדוֹם ‘ secundum limitem Edom ’ Nu 34 3: 2 Ch 21 16; יָד spatium liberum ut margo circum castra Dt 23 13 (Bib 14 453); — *c) signum* aliquod monens vel dirigens, ut *viae index* Ez 21 24, *memoriale, trophaeum* 1 S 15 12. 2 S 18 18 (frt. יָד וָשֵׁם Is 56 5); *vexillum:* frt. אִישׁ עַל־יָדוֹ

‘apud suum quisque vexillum’ Nu 2 17: Is 57 8; — *d*) יָדַיִם *spatium liberum* ad exeundum 2 R 11 16 ‖ 2 Ch 23 15, ad fugiendum Jos 8 20 (Bib 14 454); רְחַב יָדַיִם ‘spatiosus, vastus’ Gn 34 21. Jdc 18 10. Ps 104 25 al. — 3) pl. יָדוֹת: *a*) *partes laterales* solii, quibus brachia innituntur 1 R 10 19. 2 Ch 9 18; — *b*) *axes* rotae 1 R 7 32 s, currūs 7 35 s; ea quibus duo asseres vicini firme continentur, Vg *incastraturae* (Zapfen, tenons) Ex 26 17. 19. 36 22. 24; — *c*) *partes rei divisae,* ut duae *turmae* militum 2 R 11 7 (frt. sg. Nu 2 17); אַרְבַּע הַיָּ״ ‘quattuor quintae partes’ (4/5) Gn 47 24: Neh 11 1 (9/10), cf. 2 S 19 44; aliter חָמֵשׁ יָדוֹת ‘quintuplum’ Gn 43 34; sg. אִישׁ אֶת־יָדוֹ ‘suam quisque *partem spatii*’ Jr 6 3.

▲ יִדְאֲלָה (nonn. Mss., ‚GᴮSV יִרְאֲלָה) *Ierala,* urbs in Zabulon Jos 19 15 = חירייה in Talmud hier. (Megilla 1, 1) prob. = Ḫ. el-Ḥuwâra ca 2 km S a Bêt Laḥm (SWP, Mem. I 288. 307; Vig. D. B. III 1216 s). [1]

▲ יִדְבָּשׁ *Iedebôs,* unus ex posteris Iuda 1 Ch 4 3. [1]

ידד Q. pf. 3 pl. יַדּוּ: c. acc. גּוֹרָל *iecerunt* sortes, seq. עַל Abd 11. Na 3 10, אֶל Joel 4 3; cf. ¹ידה Pi. †

ꟷꟷ יְדִדוּת st. c., *caritas;* µ *obiectum amoris* animae meae Jr 12 7 (GSV lg. יְדִדַת). [1]

¹ יָדָה*, ipr. pl. יַדּוּ: *iecit* tela Jr 50 14 (v. l. יְרוּ, v. ¹יָרָה), sortes Sir 14 15. — Pi. narr. pl. וַיַּדּוּ (pro וַיְיַדּוּ), inf. יַדּוֹת: 1) *iecit* lapidem Thr 3 53. — 2) *deiecit, prostravit* Zch 2 4. [cf. aeth. *wadaja* proiecit, saepius = iniecit, indidit.] †

² ידה Hi. pf. pl. הוֹדוּ, הוֹדִינוּ, ipf. אוֹדֶה, יוֹדֶה, (sfx. אוֹדְךָ, אוֹדֶךָּ, תּוֹדֶךָ), נוֹדֶה, יוֹדוּ, et יְהוֹדֶה (sfx. אֲהוֹדֶנּוּ, יְהוֹדוּךָ), ipr. pl. הוֹדוּ, הֹדוּ, inf. הוֹדוֹת, הֹדוֹת, חוֹדֹת, ptc. מוֹדֶה: 1) *confessus est* peccata commissa, c. acc. Pr 28 13, c. עֲלֵי Ps 32 5. — 2) *professus est, palam agnovit* alqd laude dignum: *a*) *laudavit* alqm, *gratulatus est* ei: c. acc. Gn 49 8, seq. כִּי Ps 49 19. Job 40 14; regem Messiam Ps 45 18; — *b*) Deum *laudibus celebravit,* Dei perfectiones vel beneficia *professus est,* ei *gratias egit;* seq. acc. יהוה(את־), יָהּ, ךָ' ets. Gn 29 35. Is 12 1. 38 18 s. Jr 33 11. Ps 7 18. 9 2. 18 50. 28 7. 30 10 al.; c. acc. rei שִׁמְךָ ets. 1 R 8 33. Is 25 1. Ps 44 9. 54 8. 99 3. 138 2, פִּלְאֲךָ 89 6; יוֹדוּ לַיהוה חַסְדּוֹ 107 8. 15 al.; seq. dat.: לַיהוה 1 Ch 16 7. 29 13. 2 Ch 7 3. 6. Is 12 4: Ps 6 6. 79 13. 100 4, לְשִׁמְךָ 140 14; copulatur cum הִלֵּל, seq. לְ 1 Ch 16 4. 23 30. 2 Ch 5 13. — Htp. pf. הִתְוַדָּה, narr. וַיִּתְוַדּוּ, וָאֶתְוַדֶּה, inf. הִתְוַדּוֹת, ptc. מִתְוַדֶּה: 1) *confessus est* peccata, c. acc. Lv 5 5. 16 21 (עָלָיו super hircum innitens). 26 40. Nu 5 7. Dn 9 20; abs.: *confessionem fecit* Dn 9 4. Esr 10 1. Neh 9 3, c. עַל peccati Neh 1 6. 9 2. — 2) i. q. Hi., seq. לַיהוה 2 Ch 30 22. [nh. Hi., a/s. Aph‘el laudavit, nh. Htp. confessus est; ar. *wadâ(j)* 10 agnovit (culpam), aeth. *astawdaja* accusavit.] Deriv. תּוֹדָה, הֻיְּדוֹת.

▲ יַדּוֹ *k* (*q* יַדַּי) *Ieddu,* Iudaeus cum uxore alienigena iunctus Esr 10 43. [1]

▲ יִדּוֹ *Iaddo,* princeps Manassaeus sub David 1 Ch 27 21. [1]

▲ יָדוֹן *Iadon,* coaevus Nehemiae Neh 3 7. Cf. ידניה (Lidzbarski, Ephem. III 258). [1]

▲ יַדּוּעַ: 1) *Ieddua,* princeps populi Neh 10 22. — 2) *Ieddoa,* pontifex Neh 12 11. 22 (ca 400 a. Ch.; aliter IFl XI, 7, 2; 8, 2. 4). †

▲ יְדוּתוּן et k Ps 39 1. 77 1. Neh 11 17 יְדִיתוּן (q יְדוּתוּן), k et q 1 Ch 16 38 יְדִיתוּן (nonn. mss. q ידותון), *Idithun,* levita de stirpe Merari, cantoribus praefectus 1 Ch 9 16. 16 38. 41. (16 42 dl. cum LXX BAא contra L). 25 1. 3. 6. 2 Ch 5 12. 29 14. 35 15. Neh 11 17 (*Idithum*), in titulis Ps 39. 62. 77 nominatus. †

▲ יְדִי v. יַדּוֹ.

יְדִיד*, st. c. יְדִיד, sfx. יְדִידִי etc., pl. f. יְדִידוֹת: 1) subst.: *amatus, carus*, c. gen. (vel sfx.) amantis: 'dilectus Dni' voc. Beniamin Dt 33 12, populus Israel Jr 11 15, in forma pl. Ps 60 7. 108 7; vir Deo carus 127 2 (GHS lg. pl.: לִידִידָיו); Dnm vates appellat יְדִידִי Is 5 1. – 2) adi.: *amabilis, iucundus* Ps 84 2. [ugar. *jdd*, ass. *madâdu*, ar. *wadda*, sab. *wdd*, sy. *jadded* amavit.] †

▲ יְדִידָה *Idida*, mater regis Iosiae 2 R 22 1.[1]

▲ יְדִידְיָה (Dilectus Iahve) *Amabilis Domino*, cognomen Salomonis 2 S 12 25.[1]

יְדִידֹת (cf. Barth, Nb. § 259 c) Ps 45 1 (v. l. יְדִידוֹת) *caritas; sec.* GH metonym. *dilectus.*[1]

▲ יְדָיָה : 1) *Idaia*, Simeonita 1 Ch 4 37. – 2) *Iedaia*, coaevus Nehemiae Neh 3 10. †

▲ יְדִיעֲאֵל: 1) *Iadiel* et 1 Ch 7 10 s *Iadihel*, Beniaminita 1 Ch 7 6. 10 s (v. comm. ad 7 6; cj. אַשְׁבֵּל q. v.). — 2) *Iedihel*, bellator sub David 1 Ch 11 45; prob. idem, chiliarches Manassaeus 12 21. — 3) *Iadihel*, ianitor de stirpe Core 1 Ch 26 2. †

▲ יְדִיתוּן v. יְדוּתוּן.

▲ יִדְלָף *Iedlaph*, filius Nachor fratris Abraham Gn 22 22.[1]

ידע Q. pf. יָדַע etc. (2 f. יָדַעַתְּ, bis 3 pl. יָדְעוּן), ipf. יֵדַע, יֵדָע etc. (sfx. אֵדָעֲךָ, יֵדָעֻם ets.), ipr. דַּע, דְּעִי, דְּעוּ, ipr. en. דְּעָה (ante הָ) Pr 24 14, c. sfx. דָּעֵהוּ, inf. c. דַּעַת (sfx. דַּעְתִּי etc.) vel דֵּעָה Ex 2 4, inf. a. יָדוֹעַ, ptc. יוֹדֵעַ, f. יֹדַעַת, ptc. pass. יָדוּעַ, pl. יְדֻעִים: *cognovit, novit, scivit, scit;* I. obiectum est res: 1) de scientia quae ut habitus adest = *nosse, scire; novit, scit* alqd: 'scio contumaciam tuam' Dt 31 27, 'non scio diem mortis meae' Gn 27 2: Gn 30 26. Ex 3 7. Nu 20 14. Dt 7 15. Job 15 9 al.; nosse locum Dt 34 6, secreta cordis Ps 44 22, cor 1 R 8 39, sapientiam Pr 1 2; poetice: sol *novit* horam occasus Ps 104 19; seq. כִּי Gn 12 11. 20 6. 31 6. 32. Ex 3 19. 34 29. Jos 2 9 al. saepe, seq. אֲשֶׁר Ec 8 12, אֵת אֲשֶׁר Gn 30 29. Dt 29 15, שֶׁ Ec 9 5; pron. neutr. (id, ea) saepe om.: Gn 4 9. 48 19 al.; לֹא יָדַע *nescit*, cum quaest. indir. Gn 21 26. 43 22. Ex 16 15. 32 1. Jos 2 4 al.; sententia circumst.: וְ(הוּא) לֹא יָדַע *nesciens* (sans le savoir) Lv 5 17 s; — usus quidam particulares: *a) conscius sibi est* culpae, criminis: Is 59 12. Jr 3 13. 14 20. Ps 51 6 al.; — *b) gnarus est* rei, artis, scientiae altioris, *versatus in* ea: יֹדְעֵי דַעַת Dn 1 4, יוֹדְעֵי נֶהִי Am 5 16, בִּינָה 1 Ch 12 32, הַיָּם (rei nauticae) 1 R 9 27: Nu 10 31. Est 1 13. Is 29 11; *valet, potest,* c. inf. abs. בָּחוֹר, מָאוֹס Is 7 15 s, c. inf. c. צֵאת וָבֹא 1 R 3 7, דַּבֵּר Jr 1 6: 1 S 16 18 [Lakiš ostr. 3, 8]; c. ger.: לַעֲשׂת Ex 36 1: 1 R 5 20. 2 Ch 2 6 s. 13. Is 50 4. Jr 4 22 b; — c) imperative: *scito!* = *scire te volo* 1 S 28 1; *noli dubitare, persuasum habe, certo..., memento* ets.: דַּע כִּי תָמוּת Gn 20 7: Dt 8 5. Jos 23 13 s. Jr 26 15. 42 22. Ps 4 4. Ec 11 9. Dn 9 25 al.; — *d) provide memor est, assidue prospicit* rei: פְּנֵי צֹאנֶךָ Pr 27 23, לֶכְתְּךָ Dt 2 7: Ps 1 6. 37 18. 139 14 (l. יָדַעְתָּ). Pr 12 10; — *e)* לֹא יָדַע *ignorat = neglegit, non curat, fastidit, odit* alqd: pacem Is 59 8, בֹּשֶׁת So 3 5, malum Ps 101 4 ets.; — *f) expertus novit, sentit* rem: bella Jdc 3 1: 1 R 8 38 al.; — *g)* יָדַע בֵּין טוֹב לְרָע *novit distinguere inter.....* 2 S 19 36: Jon 4 11; — *h)* לֹא יָדַע abs., *nihil scit, stultus est* Is 1 3. 45 20. 56 10. Ps 14 4. 73 22. Job 8 9; — *i)* מִי יוֹדֵעַ quis scit? = *fortasse, sperare possumus fore ut:* seq. ipf. 2 S 12 22 k. Joel 2 14. Jon 3 9, אִם c. pf. Est 4 14; e contrario = *timendum est* Ps 90 11. Pr 24 22; — *k)* יָדוּעַ sensu act. (J. 50 e) *bene sciens, expertus* Dt 1 13. 15; c. gen. rei Is 53 3. — 2) de scientia quae acquiritur (incohative) vel actu exercetur: *noscit, cognoscit, experitur* ets. rem

(*connaître, erkennen*); c. acc. obi[i] אֵיךְ נֵדַע אֶת־הַדָּבָר ‘ qmo. cognoscemus rem? ’ Dt 18 21: Nu 31 18. 35. Dt 18 21: Job 31 6, אֶת־אֲשֶׁר ‘ id quod... ’ Gn 9 24. Dt 8 2; seq. quaestio indir. Gn 24 21. Ex 2 4. Nu 22 19. Dt 13 4. Jdc 18 5 al.; seq. כִּי: וִידַעְתֶּם כִּי אֲנִי יי ‘ et cognoscetis, me esse J. ’ Ex 10 2: Nu 16 30. Dt 4 39. 7 9. Jdc 6 37 al.; וַיֵּדַע (ets.) *et cognovit* Gn 3 7. 8 11 al.; *audiendo rescivit* alqd Gn 9 24. 1 S 4 6. 26 4. Neh 13 10; *animadvertit* Gn 19 33. 35; *expertus est,* כִּי Jos 22 31: Is 60 16. Job 5 24 al.; לֹא יָדַע (ets.) = ‘ improviso, subito ’ Ps 35 8. Job 9 5. Is 47 11 b al.; aliquid mali, culpae poenam ets. *expertus est, sensit:* וִידַעְתֶּם אֶת־תְּנוּאָתִי ‘ experiemini quomodo ego vobis adverser ’ Nu 14 34: 2 Ch 12 8 (‘ exp. quantum differant... et... ’). Is 47 8. Ez 25 14. Os 9 7. Job 21 19. Ec 8 5. – II. obiectum est persona: 1) *novit* alqm (*kennen*): ‘ nostisne Laban? ’ Gn 29 5; לֹא יָדַע ‘ non novit ’ alqm Ex 1 8. Dt 22 2. 1 S 3 7 (sc. vocem Dei loquentis); ‘ quem non novi ’ = alienus, mihi ignotus Dt 28 33. 2 S 22 44. Is 55 al., de diis extraneis Dt 13 3. 7. 29 25 al.; incohative: *noscit (kennen lernen)* alqm Jr 24 7. Ez 38 16 al.; *novit* alqm, *nempe qualis sit* Ex 32 22. Dt 9 2. 2 S 17 8. Os 5 3 al. — 2) cum idea: alqm *bene novit, colit, amat:* Dm Jr 31 34. Os 6 3. 8 2. Ps 36 11. 87 4. Pr 3 6. Job 24 1. Dn 11 32, ‘ facie ad faciem ’ Dt 34 10, nomen Dei 1 R 8 43. Ps 9 11. 91 14; Ds alqm *amore ac favore suo prosequitur* Gn 18 19 (Abraham). Ex 2 25 (sc. eos). 2 S 7 20. Jr 1 5. Os 13 5 (GS lg. רְעִיתִיךָ). Am 3 2, נַפְשִׁי Ps 31 8 (frt. 139 14 legendo יָדַעְתָּ), alqm novit בְּשֵׁם ‘ nominatim ’ Ex 33 12. 17; — לֹא יָדַע *ignorat* alqm, *non curat, immemor est* eius, vario gradu pro contextu: Deum Ex 5 2. Jdc 2 10. 1 S 2 12. Is 1 3 b. Jr 2 8. 4 22. 9 2. Os 5 4. Job 18 21; Abraham posteros deseruisse videtur Is 63 16, Levi cognatos Dt 33 9 (allusio ad Ex 32 27 s). — 3) euphemismus: *cognovit = commercium carnale habuit cum...*: vir mulierem Gn 4 1. 17. 24 16. 1 S 1 19 al. (Ez 19 7 lgd. וַיָּרֶב, cf. 22 25), mulier virum Gn 19 8. Jdc 11 39. 21 12.

Ni. נוֹדַע, ipf. יִוָּדַע, inf. c. sfx. הִוָּדְעִי, ptc. נוֹדָע: 1) aliquid *scitur*, vel incohative, *cognoscitur, innotescit, animadvertitur* etc.: וְנוֹדְעָה הַחַטָּאת ‘ si innotescit peccatum ’ Lv 4 14: Ex 2 14. Jdc 16 9 (causa roboris eius). Is 66 14. Na 3 17. Ps 77 20 al.; *se manifestat* ira Pr 12 16, (a Deo) *scitur* ac determinatur אֲשֶׁר הוּא אָדָם natura hominis Ec 6 10; יִוָּדַע לָכֶם ‘ hoc notum sit vobis! ’ Ez 36 32; *noscitur* etc., seq. כִּי: ut אוֹ נוֹדַע כִּי שׁוֹר נַגָּח הוּא ‘ quodsi notum fuit bovem esse petulcum ’ Ex 21 36: Gn 41 21 (non animadvertebatur). 1 R 18 36. Ru 3 14; seq. quaestio indir. Dt 21 1. 1 S 6 3. — 2) aliquis *notus fit, detegitur* eousque occultus 1 S 22 6. Pr 10 9; *dignoscitur* verus propheta Jr 28 9; honorifice *notus est* Is 61 9. Pr 31 23; — *se manifestat* Ruth Boozo Ru 3 3 לְ; saepe de Deo qui *se manifestat, se cognoscendum praebet* hominibus Ps 9 17. 76 2; add. לְ alci Ex 6 3 (שְׁמִי est 2[um] subi., J. 151 c; GSV lg. הוֹדַעְתִּי). Is 19 21. Ez 20 5, אֲלֵיהֶם ‘ iis ’ Ez 20 9, בָּם 35 11, לְעֵינֵי ‘ coram... ’ 38 23; נוֹדַע לְמִשְׂגָּב ‘ se manifestavit ut praesidium ’ Ps 48 4. — 3) velut passivum ad Hi. (Joü. 51 c): אַחֲרֵי הִוָּדְעִי ‘ postquam *edoctus sum* ’ Jr 31 19 (frt. lgd. inf. Ho.).

Pi. pf. 2 יִדַּעְתָּה: *docuit,* c. 2 accus. Job 38 12 (et frt. Ps 104 19, c. AqSym legendo יִדַּע). † — Pu. ptc. מְיֻדָּע *notus* Is 12 5 k; *familiaris, amicus* 2 R 10 11. Ps 31 12. 55 14. 88 9. 19. Job 19 14. Ru 2 1 k. † — Htp. ipf. 1 אֶתְוַדַּע, inf. הִתְוַדַּע: *se cognoscendum praebuit* alci אֶל, Joseph fratribus Gn 45 1, Ds vatibus Nu 12 6. † — Po. pf. 1 יוֹדַעְתִּי 1 S 21 3 c. אֶת personae et אֶל loci: Vg *pueris condixi* (i. e. iis dixi me eos conventurum,

iis igitur eundum esse) *in... locum,* Sym συνεταξάμην [cf. ar. *wâdaʿa* c. acc. pers.: condictum, pactum fecit c. alqo, sed etiam: reliquit, dimisit alqm; v. Lane p. 3051, Dozy II 791, Kö. II 424]; alii cj. lgd. הוֹדַעְתִּי, vel הוֹעַדְתִּי ' venire iussi '.

Hi. pf. הוֹדִיעַ, ipf. יוֹדִיעַ, iuss. יֹדַע, ipr. הוֹדַע, הוֹדִיעוּ, inf. הוֹדִיעַ, ptc. מוֹדִיעַ: *scire fecit, docuit* alqm alqd, pro vario contextu = *manifestavit, evulgavit, narravit, praedicavit* ets.; construitur *a*) cum 2 accusativis, personae et rei: אוֹדִיעָה דְבָרַי אֶתְכֶם Pr 1 23; חַטָּאתִי הוֹדִיעֵנִי Job 13 23: Gn 41 39. Ex 33 13. 1 S 14 12. Is 5 5. 40 14. Ps 16 11. 25 4 al.; pro acc. rei stat כִּי Dt 8 3, quaestio indir. 1 S 6 2. 28 15. 1 R 1 27. Job 10 2. 37 19; acc. pers. Ex 33 12 ' non mihi indicasti eum quem... '; - *b*) cum solo acc. personae: *docuit alqm* Is 40 13. Jr 11 18. Pr 22 19, לְ Pr 9 9. — *c*) cum solo acc. rei: *notum fecit, manifestavit* etc.: potentiam suam Ps 106 8: Ex 18 16. Ez 39 7. Os 5 9. Job 32 7; pro acc. rei ponitur מִן partitivum Is 47 13 (' alqd de... '), לְ et inf. Ps 90 12 (' doce numerare... '). 2 Ch 23 13; - *d*) c. acc. rei et dat. personae: *notam fecit rem alci*: וְהוֹדַעְתָּ לָהֶם אֶת־הַדֶּרֶךְ ' monstra eis viam ' Ex 18 20: Dt 4 9. 1 S 10 8. Is 64 1. Ps 78 5 al.; pro dat. personae stat בְּ loci Is 12 4. — Ho., pass. ad Hi. c) et d): pf. הוּדַע (cur non הוֹ?) *notum factum est* alci (אֵלָיו) peccatum suum Lv 4 23. 28, ptc. f. מוּדַעַת *notum* fiat hoc... Is 12 5 q. [sab. ידע, a/s. יְדַע, *idaʿ* id.] Deriv. דֵּעַ, דֵּעָה, דַּעַת, יִדְּעֹנִי, מַדָּע, מַדּוּעַ, מוֹדַעַת, מוֹדַע.

▲ יָדָע (1 Ms יְדַע) *Iada*, Iudaeus de stirpe Ierameel 1 Ch 2 28. 32. †

▲ יְדַעְיָה *Idaia* et 1 Ch 9 10 *Iedaia*, 24 7 *Iedei*, Esr 2 36 *Iadaia*, Neh 12 19 *Iodaia*: 1) prosapia sacerdotalis 1 Ch 9 10. 24 7. Esr 2 36. Neh 7 39. 11 10. 12 6. 19. — 2) prosapia sacerdotalis Neh 12 7. 21; cj. עֲדָיָה n. 4. — 3) legatus exsulum Zch 6 10. 14. †

יִדְּעֹנִי, pl. ־נִים: ex etymo " *sciens* ": 1) *spiritus* qui hariolo ac per hariolum loqui supponitur Lv 20 27. — 2) *hariolus* 1 S 28 3. 9 (GSV lg. ־נִים): Lv 19 31. 20 6. Dt 18 11. 2 R 21 6. 23 24. 2 Ch 33 6. Is 8 19. 19 3, ubique iuxta אוֹב, a quo quomodo differat, non liquet. [יִדְּעוֹן*] †

‡ יָהּ nomen Dei Jahwe abbreviatum, in versionibus κύριος, *Dominus;* usuvenit ut vocativus Ps 89 9. 94 12. 130 3; ut nom. Ex 15 2 (= Is 12 2. Ps 118 14). Ps 94 7. 102 19. 115 17. 118 18. 135 4, ut gen. Ex 17 6. Ps 77 12. 118 17. 122 4, ut acc. Is 38 11. Ps 68 19. 115 18. 118 5. 19. 135 3. 150 6 (insuper 22ies הַלְלוּ־יָהּ: cf. הלל Pi.); בְּיָהּ Is 26 4. Ps 68 5. †

יהב dedit; in SScr usuvenit solum ipr. הַב, הָבִי, הָבוּ, ipr. en. הָבָה: 1) *da! date!* abs. הַב הַב Pr 30 15; הָבוּ לִי Job 6 22; c. acc. obi[i] Gn 29 21. 47 16. 1 S 14 41 (lacuna; cf. GV BH). Zch 11 12, c. acc. et dat. pers. Gn 30 1. 47 15. Jdc 1 15. Ps 60 13. 108 13; *porrige* Ru 3 15; *statuite* 2 S 11 15; *eligite* vobis Dt 1 13. Jos 18 4; הָבָה c. ipf.: *permitte ut* Gn 38 16; הָבוּ לָכֶם fere = *facite inter vos colloquium, consilium* Jdc 20 7. 2 S 16 20; הָבוּ גֹדֶל לֵאלֹהֵינוּ ' *tribuite* magnitudinem Deo n. ' (nempe dicendo: ' magnus es ') Dt 32 3: Ps 29 1 s. 96 7 s. 1 Ch 16 28. - 2) הָבָה evasit particula hortativa = *agedum! eia!* seq. cohortativus, etiam ad plures Gn 11 3 s. Ex 1 10 et in soliloquio Gn 11 7. [ar. aeth. *wahaba* donavit, a/s. יְהַב, *j(h)ab* dedit.] Deriv. seq. †

‡ יְהָב*, sfx. יְהָבְךָ: *datum* seu *destinatum tibi* a Deo, i. e. sors tibi a Deo assignata, cum inhaerentibus ei curis et aerumnis, GSV *cura* Ps 55 23 [יהב]; — sec. alios: *onus* [aram. יְהָבָא Jastrow 565 s; cf. ZDMG 1903, 417; 1904, 665].[1]

× יהד Htp. ptc. pl. מִתְיַהֲדִים Est 8 17 *se faciebant Iudaeos*. [a יְהוּדִי.][1]

▲ יְהֻד: *Iud,* urbs in Dan Jos 19 45 (cf. Ἰουδαία 1 Mach 4 15; prob. = el-Jehûdîje, 13 km ESE a Jaffa. Cf. ZDPV 54 (1931) 271-278. [1]

▲ יֶהְדַּי* i. p. יֶהְדָּי (var. יֶהְדַּי) *Iahaddai, Iudaeus* de stirpe Caleb filii Hesron (an uxor Caleb?) 1 Ch 2 47. [1]

▲ יְהֻדִיָּה v. s. v. יְהוּדִי.

▲ יֵהוּא *Iehu*: 1) propheta tempore Baasa regis Israel et Iosaphat regis Iuda 1 R 16 1. 7. 12. 2 Ch 19 2. 20 34. — 2) rex Israel 1 R 19 16 s. 2 R 9 2-10 36. 12 2. 13 1. 14 8. 15 12. 2 Ch 22 7 s. 25 17. Os 1 4. — 3) Iudaeus de stirpe Ierameel 1 Ch 2 38. — 4) Simeonita 1 Ch 4 35. — 5) bellator sub David 1 Ch 12 3. †

▲ יְהוֹאָחָז *Ioachaz*: 1) rex Israel 2 R 10 35. 13 1. 4. 7-10. 22. 25. 14 8. 17. 2 Ch 25 17 25 = יוֹאָחָז 2 R 14 1. — 2) rex Iuda 2 R 23 30 s. 34. 2 Ch 36 1 = יוֹאָחָז 36 2. 4 = שַׁלּוּם *Sellum* 1 Ch 3 15 seu שַׁלֻּם Jr 22 11. — 3) v. אֲחַזְיָה n. 2. †

▲ יְהוֹאָשׁ *Ioas:* 1) rex Iuda 2 R 12 1-3. 5. 7 s. 19. 14 13 = יוֹאָשׁ 2 R 11 2. 12 20 s. 13 1. 10. 14 1. 3. 17. 23. 1 Ch 3 11. 2 Ch 22 11. 24 2. 4. 22. 24. 25 23. 25 = יֹאָשׁ 2 Ch 24 1. — 2) rex Israel 2 R 13 10. 25. 14 8 s. 11. 13. 15-17 = יוֹאָשׁ 2 R 13 9. 12-14. 25. 14 1. 23. 27. 2 Ch 25 17 s. 21. 23. 25. Os 1 1. Am 1 1. †

▲ יְהוּדָה *Iuda(Iudas)*: 1) filius Iacob ex Lia Gn 29 35. "Laudatus", a הוֹדָה, prominens inter fratres 37 26. 43 3. 8. 44 14. 16. 18. 46 28; eius posteri 1 Ch 4 1-23 (cf. 9 4-6). — 2) tribus ab eodem denominata Gn 49 8-10. Dt 33 7. Nu 1 7. 26 al.; מַטֵּה יְ׳ Ex 31 2. 35 30. 38 22. Nu 7 12 al.; limites Jos 15 1-12; territorium 15 20-63, divisum in 11 (LXX: 12) provincias: 3 in Negeb (15 21-32), 3 in Šefela (15 33-47), 5 (LXX: 6) in regione montana (15 48-60), 1 in deserto (15 61 s). — 3) regnum Iuda post scissionem (f.) Is 44 26. Jr 23 6. 33 16. Ps 114 2; eius populus (m.) Is 3 8. Os 4 15 et (f.) Thr 1 3; אַדְמַת יְ׳ Is 19 17; אִישׁ יְ׳ (coll.) 2 R 23 2. 2 Ch 20 27. Is 5 3. Jr 4 4 al.; בֵּית יְ׳ Is 22 21. Jr 5 11 al.; בַּת יְ׳ Thr 2 2; עָרֵי יְ׳ 1 R 12 17. 2 R 18 13 al. (pro עִיר יְ׳ 2 Ch 25 28 lege עִיר דָּוִד cum G, P, V et 2 R 14 20). — 4) communitas postexsilica Neh 4 4. — 5) provincia regni Persarum Ag 1 1. 14. 2 2. 21. — 6) levita Esr 3 9; sed v. הוֹדַוְיָה n. 3. — 7) levita cum uxore alienigena iunctus Esr 10 23. — 8) Beniaminita Neh 11 9. - 9) levita Neh 12 8. - 10) princeps Iuda Neh 12 34. — 11) sacerdos Neh 12 36.

▲ יְהוּדִי *Iudaeus,* pl. יְהוּדִים et Est 4 7. 8 1. 7. 13. 9 15. 18 k יְהוּדִיִּים; f. יְהוּדִיָּה 1 Ch 4 18: יְהֻדִיָּה, f. (adv.) יְהוּדִית (n. 1, e): 1) n. gent. (a יְהוּדָה): *a*) ortus ex tribu Iuda 1 Ch 4 18 (V: *Iudaia*); *b*) cives regni Iuda post scissionem 2 R 16 6. 25 25. Jr 32 12. 34 9. 38 19. 40 11 s. 43 9 al.; *c*) membrum communitatis postexsilicae Neh 2 16. 5 1. 7. 6 6; cf. Est 2 5. 3 4. 4 7. 5 13. 6 10. 8 1. 7. 13. 9 15. 18 s; *d*) civis provinciae persicae Iuda Neh 1 2. 3 33. 4 6; *e*) יְהוּדִית iudaice (= lingua hebr.) 2 R 18 26. Neh 13 24. — 2) *Iudi,* magistratus in aula Ioakim Jr 36 14. 21. 23 (cf. comm.).

▲ יְהוּדִית: 1) *Iudith,* uxor Esau, filia Beeri Gn 26 34 (cf. אָהֳלִיבָמָה n. 1.) — 2) v. יְהוּדִי n. 1, e. †

יהוה nomen proprium Dei. 1) Secundum Ex 3 14 (6 3) hoc nomen ab ipso Domino Moysi indicatum est, ut sub eo Israelitis Deus patriarcharum annuntiaretur; nomen tum aut ut novum revelatum est, aut probabilius ut priscum cuius virtutem populus abhinc novo modo experturus esset. In bibliis hebr. יהוה fere 6823 vicibus scribitur et ut ab omnibus libere pronuntiatum apparet, solo impio eius abusu severe prohibito; post exsilium vero ex pia reverentia usus eius paulatim restrictus est, tandem adeo ut solum pontifici in liturgia festi expiationis

et sacerdotibus populo benedicentibus (Nu 6 23 ss) illud pronuntiare liceret, secus vero Adonaj (nonnumquam Elohim, vel, in usu privato, הַשֵּׁם ‘ nomen ’) pro illo substituere oporteret. Iam LXX et deinde posteriores interpretes, ac Philo et NT (ubi locos VT citant) huic mori se conformant; nomen 'י vocabatur ἄρρητον (Philo), ἄφραστον (Theodoret.), ineffabile (Hier.). Ut hic mos legendi conservaretur, post inducta signa vocalium in codicibus cautum est, ut יהוה eas vocales acciperet, quas vocabulum substituendum requirit: hinc ibi scriptum est יְהֹוָה, ut legatur אֲדֹנָי, cum praefixis v. gr. מֵיְהֹוָה, לַיהֹוָה, וַיהֹוָה, ut legatur מֵאֲדֹנָי, לַאדֹנָי, וַאדֹנָי; at ubi nomen cum אֲדֹנָי iunctum legendum est, scriptione יֱהֹוִה, לֱיהֹוִה indicatur legendum esse אֱלֹהִים, לֵאלֹהִים, nempe ne Adonaj bis dicatur. (*NB.* In nova editione BH[ae], 1937, idem mos observatur, sed secundum quosdam codices cholem omittitur et ׅ evitatur: יְהוָה, יְהוִה). — “ Jehova ” non esse lectionem a masoretis intentam ex dictis clare elucet, praesertim ex praefixis irregularibus לַ, מֵ, insuper ex dageš leni post יהוה posito, ex accentu vocum קוּמָה ets. ante 'י (cf. GK. § 102 m, J. § 16 f [1]).

2) *Vera forma nominis* יהוה, quam lingua proferre non licebat, plerisque videtur fuisse יַהְוֶה. Eam enim hae rationes commendant: *a*) huic simillimae sunt formae Ιαβε Samaritanorum (apud Theodoretum, Migne PG 80, 244, et adhuc ca annum 1700 usitatum teste Ioh. Clerico in Ex 3 15) et haereticorum quorumdam (Epiphan., Haer. 40, 5, PG 41, 685) textuumque magicorum (Ιαβε, Deissmann, Bibelstudien, p. 13 ss; יהביה aramaice prob. in formula בשמיה דיהביה ‘ in nomine Jahveh ’: cf. Eissfeldt in ZAW 53 [1935] 59 ss), atque Ιαουε (v. l. -ουαι) apud Clem. Alex. (Strom. V, 34, 5, ed. Stählin II 348); *b*) ex יַהְוֶה breviores formae יו, יָהוּ, יָהּ, יְהוֹ in nominibus theophoris et יָהּ sec. leges phoneticas commode derivari potuerunt (cf. Bö. I § 453 f; 465, 2 f); *c*) est forma nomini proprio apta et a verbo essendi, quod Ex 6 14 indicationem nominis praeparat, derivabilis. — Iudaei coloniae Elephantinensis in documentis vocant Deum יהו vel יהה, i. e. *Jahû* vel *Jahō*, Ιαω ut nomen Dei Iudaeorum tradunt complures scriptores primorum saeculorum aerae chr.; idem Ιαω in formulis magicis invenitur, et S. Hier. (Brev. in Ps., ad Ps 8 2, PL 26, 887) de nomine tetragrammato dicit “ et legi potest *Iaho* ”. Videtur igitur aliquamdiu duplex pronuntiatio fuisse, *Jahwe* et *Jahô*, illa fortasse sollemnis, liturgica, haec communis, usus privati. יהוה extra SScr. exstat solum in stele Mesa, lin. 18.

3) *Quid significatur nomine* יַהְוֶה? Probabilissime “ *is qui est* ”, ubi ex natura tam rei quam verbi hebraici non cogitandum de pura, abstracta exsistentia quieta, otiosa, sed de esse divino activo, salutari, de assistentia, cuius beatos effectus populus mox experietur, ergo “ qui adest, operatur, se manifestat ”; hoc enim illa verba Dei praevia “ sum qui sum, Sum misit me ad vos ” emphatice suggerunt, cf. LXX ὁ ὤν. — Sunt qui יַהְוֶה malint causative (ex Hi.) explicare, ut Clericus (in Ex 3 15. 6 3) “ exsistentiae effector ” et “ is qui facit ut sit quod futurum dixit ”; similiter Lagarde: “ der ins Dasein ruft ”, Creator, aliique recentes. At enim hebraica lingua Hiphil verbi ‘ esse ’ numquam formavit (syriaco Aphel *ahwî* ‘ creavit ’ usus est poeta Bar-Hebraeus XIII demum saeculo p. Chr.!); ideo prob. nemo Hebraeus de idea creandi in nomine Iahve cogitavit. Etiam minus probabiles sunt aliae ideae quas radix hebr.-aram.-ar. *hawâ* nonnullis suggessit: “ qui de caelo descendit vel cadit ” (cf. Job 37 6), “ qui spirat, flamen ” (ar. *hawâ*), “ qui amat ” (ar. *hawija*).

4) *Modi loquendi frequentiores: a)* יהוה אֱלֹהִים *Iahve Deus* in Gn 2 4-3 23 vicies (deest in 3 1 b-7) identitatem Elohim creatoris mundi, de quo 1 1-2 4 a agitur et Iahve, Dei patriarcharum, Dei Israel, Dei foederis, de quo abhinc narratur, effert; recurrit in Ex 9 30 (TM, SV), ubi Moyses Pharaonem alloquitur; — *b)* אֲדֹנָי יֱהוִה Deus appellatur ab Abraham Gn 15 2. 8, Moyse Dt 3 24. 9 26, Iosue Jos 7 7, Gedeon Jdc 6 22, Samson 16 28, David 2 S 7 18, Salomon 1 R 8 53, atque a prophetis, praesertim ab Ezechiel, prob. nnq. = 'dominus meus Iahve', cuius sum servus, legatus; porro in Ps 71 5. 73 28; — *c)* יהוה אֲדֹנָי solum in Ps 68 21. 109 21. 140 8. 141 8. Hab 3 19; — *d)* יהוה צְבָאוֹת: de quo cf. צָבָא; — *e)* נְאֻם יהוה: prophetarum formula annuntiandi verba Dei; cf. נְאֻם; — *f)* חַי־יהוה formula asseverandi: cf. חַי I 3.

5) *Quasi-nomina propria: a)* י׳ יִרְאֶה ('Iahve providebit') Gn 22 14, cf. 8, explicatio et ratio nominis מֹרִיָּה; — *b)* duo nomina votiva ararum: י׳ נִסִּי ('I. est vexillum m.') Ex 17 15 et י׳ שָׁלוֹם ('I. est pax') Jdc 6 24; — *c)* nomina descriptiva prophetica: י׳ שָׁמָּה = Ierusalem Ez 48 35; י׳ צִדְקֵנוּ = Rex Messias Jr 23 6, = Ierusalem 33 16.

De omnibus quaestionibus nomen יהוה spectantibus cf. Vigouroux DB. III 1220 ss; E. König, Theologie des A. T. §§ 47-51; A. Vincent, La rel. des Judéo-Aram. d'Eléphantine (1937) 25-60; Clericus, Comment. ad Ex 3 13 ss. 6 3; de philologica pronuntiatione et explicatione nominis Bö. I § 88, nota 2; P. de Lagarde, Übersicht usw. p. 137 s in nota; G. F. Moore in The American Journal of Theology 12 (1908) 34-52. — De quaestione num nomen י׳ in textibus extrabiblicis temporis Hammurabi et Cassitarum et in nominibus *Azrijau, Jaubidi, Ja'udi* (saec. VIII) contineatur, cf. G. R. Driver in Old Test. Essays, 1927, 18-24; R. Kittel, Gesch. des Volkes Isr. I[6] 452 ss. De textu Ras Šamra qui nomen יו frt. continet, v. Bib 20 (1939) 440 s. De nomine Dei יהו, יהה in documentis Iudaeorum Elephantinensibus cf. Vig. DB Suppl. II 990; A. Vincent, l. c.

▲ יְהוֹזָבָד *Iozabad:* 1) ianitor de stirpe Core 1 Ch 26 4. — 2) dux militaris sub rege Iosaphat 2 Ch 17 18. — 3) percussor Ioas regis Iuda 2 R 12 22. 2 Ch 24 26. — Cf. יוֹזָבָד. †

▲ יְהוֹחָנָן *Iohanan:* 1) ianitor de stirpe Core 1 Ch 26 3. — 2) dux militaris sub Iosaphat rege 2 Ch 17 15. — 3) pater Ismahel centurionis 2 Ch 23 1. — 4) Ephraimita tempore Achaz 2 Ch 28 12. — 5) coaevus Esdrae Esr 10 6 (v. comm.) — 6) Iudaeus cum uxore alienigena iunctus Esr 10 28. — 7) filius Tobiae Ammonitae Neh 6 18. — 8) princeps prosapiae sacerdotalis Neh 12 13. — 9) levita (vel sacerdos?) Neh 12 42. — Cf. יוֹחָנָן. †

▲ יְהוֹיָדָע *Ioiada:* 1) pater Banaiae ducis militum 2 S 8 18. 20 23. 23 20. 22. 1 R 1 8 ss. 2 25 ss. 4 4. 1 Ch 11 22. 24. 18 17. 27 5 (v. comm.). — 2) princeps classis sacerdotum 1 Ch 12 28; prob. = n. 1 (v. comm.). - 3) (summus) sacerdos tempore Athaliae 2 R 11 4. 9. 15. 17. 12 3. 8. 10. 2 Ch 22 11. 23 1 ss. 24 2 ss; cf. 2 R 12 11 הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל *pontifex* et 2 Ch 24 11 כֹּהֵן הָרֹאשׁ *primus sacerdos* (v. Šanda ad 2 R 12 11 et 25 18). — 4) sacerdos Jr 29 26. (V: *Ioiade*). — 5) filius Banaiae 1 Ch 27 34. Cf. יוֹיָדָע.

▲ יְהוֹיָכִין et Jr 52 31 a יְהוֹיָכִן, *Ioachin,* rex Iuda 2 R 24 6. 8. 12. 15. 25 27. 2 Ch 36 8 s. Jr 52 31 (bis) = יוֹיָכִין *Ioachin (Ioachim)* Ez 1 2 = *Iechonias:* יְכָנְיָה (var. יְכָנְיָהוּ) Jr 24 1, יְכוֹנְיָה k (q mss יְכָנְיָה) 27 20, יְכָנְיָה 28 4. 29 2. Est 2 6. 1 Ch 3 16 s, כָּנְיָהוּ Jr 22 24. 28. 37 1. †

▲ יְהוֹיָקִים et יְהוֹיָקִם Jr 26 1 (27 1 lgd. cum 3 mss S צִדְקִיָּהוּ, cf. 27 3). 52 2 (Orient. יְהוֹיָקִים) *Ioakim,* rex Iuda (antea אֶלְיָקִים q. v.) 2 R

23 34-36. 24 1. 5. 19. Jr 1 3. 22 18. 24. 24 1. 25 1. 26 1. 21-23 al. Dn 1 1 s. 1 Ch 3 15 s. 2 Ch 36 4 s. 8. - Cf. יוֹיָקִים.

▲ יְהוֹיָרִיב *Ioiarib*, prosapia sacerdotalis 1 Ch 9 10. 24 7 = יוֹיָרִיב Neh 11 10 (V: *Ioarib*) 12 6. 19. — Cf. יוֹיָרִיב. †

▲ יְהוּכַל *Iuchal*, magistratus in aula Sedeciae Jr 37 3 = יוּכַל 38 1. †

▲ יְהוֹנָדָב *Ionadab:* 1) filius fratris David 2 S 13 5 = יוֹנָדָב 13 3. 32. 35. - 2) filius Rechab 2 R 10 15. 23. Jr 35 8. 14. 16. 18 = יוֹנָדָב 35 6. 10. 19. †

▲ יְהוֹנָתָן et 2 S 17 17 יְהֹנָתָן *Ionathan* et *Ionathas* (n. 2 et 3): 1) ex posteris Moysis Jdc 18 30 (v. comm.). — 2) filius Saul 1 S 14 6. 8. 18 1. 3 s. 19 2. 4. 6 s. 20 1 al. 2 S 1 4 al. 1 Ch 8 33 s. 9 39 s = יוֹנָתָן 1 S 13 2 s. 16. 22. 14 1 al. 19 1. 1 Ch 10 2. — 3) filius Abiathar principis sacerdotum 2 S 15 27. 36. 17 17. 20 = יוֹנָתָן 1 R 1 42 s. — 4) filius fratris David 2 S 21 21. 1 Ch 20 7. — 5) patruus David 1 Ch 27 32 (v. comm.). — 6) bellator sub David 2 S 23 32 = יוֹנָתָן 1 Ch 11 34. — 7) scriba (cancellarius) sub Sedecia rege Jr 37 15. 20. 38 26. — 8) administrator sub David extra Ierusalem 1 Ch 27 25. - 9) levita 2 Ch 17 8. — 10) princeps prosapiae sacerdotalis Neh 12 18. — Cf. יוֹנָתָן.

▲ יְהוֹסֵף *Ioseph* Ps 81 6 = יוֹסֵף n. 4.

▲ יְהוֹעַדָּה *Ioada*, Beniaminita 1 Ch 8 36 = יַעְרָה *Iara* 9 42 (ca 15 mss יַעְדָּה), utrobique LXX BA Ιαδα, L Ιωδα. †

▲ יְהוֹעַדִּין 2 R 14 2 k et יְהוֹעַדָּן ib. q et 2 Ch 25 1: *Ioadan*, mater Amasiae regis. †

▲ יְהוֹצָדָק *Iosedec*, pater Iosue summi sacerdotis Ag 1 1. 12. 14. 2 2. 4. Zch 6 11. 1 Ch 5 40 s = יוֹצָדָק Esr 3 2. 8. 5 2. 10 18. Neh 12 26. †

▲ יְהוֹרָם *Ioram:* 1) rex Iuda, filius Iosaphat 1 R 22 51. 2 R 1 17. 8 16. 25. 29. 12 19. 2 Ch 21 1. 3-5. 9. 16. 22 1. 6. 11 = יוֹרָם 2 R 8 21. 23 s. 11 2. 1 Ch 3 11. — 2) rex Israel, filius Achab 2 R 1 17. 3 1. 6. 9 15. 17. 21-24. 2 Ch 22 5-7 = יוֹרָם 2 R 8 16. 25. 28 s. 9 14. 16. 29. 2 Ch 22 5. 7. — 3) sacerdos 2 Ch 17 8. — Cf. יוֹרָם. †

▲ יְהוֹשֶׁבַע *Iosaba*, filia Ioram regis Iuda, uxor Ioiada 2 R 11 2 = יְהוֹשַׁבְעַת *Iosabeth* 2 Ch 22 11. †

▲ יְהוֹשֻׁעַ et bis, Dt 3 21. Jdc 2 7 b, יְהוֹשׁוּעַ, *Iosue*, et Ag, Zch (n. 4) *Iesus:* 1) dux populi Israel post Moysen (antea Osee; v. הוֹשֵׁעַ n. 1) Ex 17 9 s al. Nu 11 28 al. Dt 1 38 al. Jos 1 1. 10. 16. 2 1 al. Jdc 1 1. 2 7 a. 8. 21. 23. 1 R 16 34. 1 Ch 7 27. (Sir 46 1) = יֵשׁוּעַ Neh 8 17. — 2) vir Bethsamites 1 S 6 14. 18. — 3) princeps civitatis Ierusalem sub Iosia 2 R 23 8 (sed cf. Šanda in h. l.). — 4) summus sacerdos post exsilium Ag 1 1. 12. 14. 2 2. Zch 3 1. 3. 6. 8 s. 6 11. (Sir 49 12 Ἰησοῦς) = יֵשׁוּעַ Esr 2 2. 3 2. 8. 4 3. 5 2. 10 18. Neh 7 7. 12 1. 10. — Cf. יֵשׁוּעַ.

▲ יְהוֹשָׁפָט *Iosaphat:* 1) cancellarius in aula David 2 S 8 16. 20 24. 1 Ch 18 15 et Salomonis 1 R 4 3. — 2) praefectus provinciae sub Salomone 1 R 4 17. — 3) rex Iuda 1 R 15 24. 22 2 ss. 2 R 1 17. 3 1 al. 1 Ch 3 10. 2 Ch 17 1 al. — 4) pater regis Iehu 2 R 9 2. 14. — 5) עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט q. v. — Cf. יוֹשָׁפָט.

‖ יָהִיר adi. *superbus, gloriabundus* Hab 2 5. Pr 21 24. [nh. aram. it.; nh. vb. הִתְיַהֵר.] †

▲ יְהַלֶּלְאֵל 1) *Ialeleel*, Iudaeus 1 Ch 4 16 (cf. comm.). — 2) *Ialaleel*, levita de stirpe Merari 2 Ch 29 12. †

יַהֲלֹם Ex 28 18. 39 11. Ez 28 13 gemma quaedam, *iaspis* (in Ez GS *smaragdus*, in Ex S *sardonyx*); de ea cf. Fonck in LB II 612, Realia 442. †

▲ יַהַץ Is 15 4. Jr 48 34 (inscr. Meša 19 s. יהץ), יַהְצָה Jos 13 18, i. p. יָהְצָה Jdc 11 20, יַהְצָה Jos 21 36. Jr 48 21. 1 Ch 6 63; loc. i. p. יָהְצָה Nu 21 23. Dt 2 32; *Iasa* et Jos 13 18. 1 Ch 6 78

Iassa; Jos 21 36 *Iaser,* urbs in Moab, Rubenitis attributa, levitica; cf. On. 104 11 s; situs incertus; sec. Musil, Ar. Petr. I (1907) 107. 122 = Umm el-Walîd ca 12 km SE a Mâdabâ. †

▲ יוֹאָב et 1 R 1 19 יֹאָב, *Ioab:* 1) filius sororis David, dux exercitus David 1 S 26 6. 2 S 2 13 ss. 3 22 ss. 8 16 al. 1 R 1 7 al. 1 Ch 2 16 al. Ps 60 2. — 2) unus ex posteris Iuda 1 Ch 4 14. — 3) princeps familiae Esr 2 6. 8 9. Neh 7 11.

▲ יוֹאָח: 1) *Ioahe,* filius Asaph, cancellarius sub Ezechia rege 2 R 18 18. 26. 37. Is 36 3. 11. 22. — 2) *Ioah,* levita de stirpe Gersom 1 Ch 6 6. — 3) *Ioaha,* ianitor de stirpe Core 1 Ch 26 4. — 4) *Ioah,* levita de stirpe Gersom tempore regis Ezechiae 2 Ch 29 12. — 5) *Ioha,* cancellarius sub Iosia 2 Ch 34 8. †

▲ יוֹאָחָז *Ioachaz:* 1) rex Israel: v. יְהוֹאָחָז n. 1. — 2) rex Iuda: v. יְהוֹאָחָז n. 2. — 3) pater Ioha (v. יוֹאָח n. 5) 2 Ch 34 8. †

▲ יוֹאֵל *Ioel* et 1 Ch 6 33. 36. 7 3 *Iohel:* 1) filius Samuelis 1 S 8 2. 1 Ch 6 18. 15 17; etiam 6 13 insere יוֹאֵל cum P, LXX L. — 2) propheta Joel 1 1. — 3) Simeonita 1 Ch 4 35. — 4) Rubenita 1 Ch 5 4. 8. — 5) Gadita 1 Ch 5 12. — 6) levita de stirpe Caath, ex maioribus Heman cantoris 1 Ch 6 21. — 7) Issacharita 1 Ch 7 3. — 8) v. יְנָאֵל n. 2. — 9) princeps inter levitas de stirpe Gersom 1 Ch 15 7. 11. 23 8. 26 22. — 10) princeps Manassaeorum cisiordanicorum sub David 1 Ch 27 20. — 11) levita de stirpe Caath aetate Ezechiae 2 Ch 29 12. — 12) Iudaeus cum uxore alienigena iunctus Esr 10 43. — 13) Beniaminita Neh 11 9. †

▲ יוֹאָשׁ *Ioas:* 1) pater Gedeon iudicis Jdc 6 11. 29-31. 7 14. 8 13. 29. 32. — 2) filius regis (vel de stirpe regia) Achab 1 R 22 26. 2 Ch 18 25 (V: *filius Amelech*). — 3) Iudaeus ex posteris Sela 1 Ch 4 22 (V: *Securus*). — 4) bellator sub David, Beniaminita 1 Ch 12 3. — 5) rex Iuda: v. יְהוֹאָשׁ n. 1. — 6) rex Israel: v. יְהוֹאָשׁ n. 2. †

▲ יוֹב Gn 46 13 v. יָשׁוּב n. 1.

▲ יוֹבָב *Iobab:* 1) filius Iectan Gn 10 29. 1 Ch 1 23; cf. Ἰωβαρῖται Ptol. VI 7, 24 in Arabia mer.-orient. ad mare Indicum. Cf. Glaser, Geogr. Arab. (1890) 302-7. — 2) rex Edom Gn 36 33 s. 1 Ch 1 44 s. — 3) rex cananaeus urbis Madon Jos 11 1. — 4) 5) duo Beniaminitae 1 Ch 8 9. 18. †

י(ו)בֵל primitus *aries* [ph. יבל; v. Dillmann in Lv 25 10]; deinde 1) *cornu arietis,* ut bucina usurpatum: קֶרֶן הַיּוֹבֵל Jos 6 5, brevius הַיֹּבֵל Ex 19 13; hinc שׁוֹפְרוֹת (הַ)יּוֹבְלִים Jos 6 4. 6. 8. 13. — 2) *annus iubilaei,* bucinio festivo annuntiatus: שְׁנַת הַיּוֹבֵל Lv 25 13. 28 a. 40. 50. 52. 54. 27 17. 18 b. 23 s, brevius (הַ)יּוֹבֵל 25 10-12. 15. 28 b. 30 s. 33. 27 18 a. 21. Nu 36 4. †

‡‡ יוּבַל (J. 88 Fc) GV *humor* Jr 17 8, cf. יָבָל. [1]

▲ יוּבָל *Iubal,* filius Lamech Cainitae Gn 4 21. [1]

▲ יוֹזָבָד *Iozabad* et 1 Ch 12 4 *Iezabad,* Esr et Neh *Iozabed:* 1) bellator sub David 1 Ch 12 5. — 2) et 3) duo chiliarchae Manassaei 1 Ch 12 21. — 4) levita tempore Ezechiae 2 Ch 31 13. — 5) levita tempore Iosiae 2 Ch 35 9. — 6) levita Esr 8 33. — 7) sacerdos cum uxore alienigena iunctus Esr 10 22. — 8) item levita Esr 10 23. — 9) levita Neh 8 7. — 10) levita Neh 11 16. † — Cf. יְהוֹזָבָד et זָבָד n. 4.

▲ יוֹזָכָר v. זָבָד n. 4.

▲ יוֹחָא *Ioha:* 1) Beniaminita 1 Ch 8 16. — 2) bellator sub David 1 Ch 11 45. †

▲ יוֹחָנָן *Iohanan* et Neh 12 23 mendose *Ionathan:* 1) princeps militaris 2 R 25 23. Jr 40 8. 13. 15 s. 41 11. 13-16. 42 1. 8. 43 2. 4 s. — 2) filius Iosiae regis 1 Ch 3 15. — 3) Davidida ex posteris Zorobabel 1 Ch 3 24. — 4) sacerdos ex posteris Eleazar 1 Ch 5 35 s. —

5) bellator sub David 1 Ch 12 5. — 6) bellator sub David, Gadita 1 Ch 12 13. — 7) pater familias Babylone redux Esr 8 12. — 8) pontifex, filius Ioiada filii Eliasib Neh 12 22 s (etiam 12 11 bis lgd. pro יוֹנָתָן *Ionathan*), frt. = יְהוֹחָנָן n. 5. (Accedit Sir 50 1 יוֹחָנָן loco Ὀνίου *Oniae*.) — Cf. יְהוֹחָנָן. †

▲ יוֹשָׁה v. יֹשָׁה.

▲ יוֹיָדָע *Ioiada:* 1) coaevus Nehemiae Neh 3 6. — 2) pontifex, filius Eliasib et pater Iohanan Neh 12 10 s. 22. 13 28. — Cf. יְהוֹיָדָע. †

▲ יוֹיָכִין v. יְהוֹיָכִין.

▲ יוֹיָקִים *Ioacim*, summus sacerdos, filius Iosue Neh 12 10. 12. 26. — Cf. יְהוֹיָקִים. †

▲ יוֹיָרִיב *Ioiarib:* 1) magister Esr 8 16. — 2) Iudaeus de filiis Phares Neh 11 5. — v. יְהוֹיָרִיב. †

▲ יוֹכֶבֶד *Iochabed,* mater Aaron et Moysis Ex 6 20. Nu 26 59. †

▲ יוּכַל v. יְהוּכַל.

יוֹם, sfx. יוֹמִי etc., du. יוֹמַיִם, pl. יָמִים, st. c. יְמֵי, raro יְמוֹת: *dies;* 1) *dies = tempus solis lucentis,* opp. nox, Gn 8 22 b. 31 39. Ex 10 13. Ps 19 3 al.; בַּיּוֹם 'interdiu' Gn 31 40, הַיּוֹם Neh 4 16; לַיְלָה וָיוֹם 1 R 8 29; מִיּוֹם עַד־לַיְלָה brevi unius diei spatio Is 38 12; חֹם הַיּוֹם hora diei calidissima Gn 18 1. 2 S 4 5; meridies מַחֲצִית הַיּוֹם Neh 8 3, נְכוֹן הַ' Pr 4 18; בְּעוֹד הַיּוֹם 2 S 3 35; 'ad finem vergit' dies: פָּנָה Jr 6 4, נָטָה Jdc 19 8; דֶּרֶךְ יוֹם 'iter unius diei' Nu 11 31. 1 R 19 4: Gn 30 36. Ex 3 18 al. (Jon 3 3 s mensuratur via contionantis, perambulantis vias urbis). — 2) *dies civilis,* ex die et nocte constans, dies qui determinantur, numerantur etc.: יוֹם אֶחָד 'uno eodemque die' Gn 27 45, 'duo dies' Nu 9 22; יָ' מִסְפָּר 'per paucos dies' Nu 9 20, opp. יָ' אֵין מִסְפָּר Jr 2 32; loco numeri poni potest nomen temporis aequivalens: חֹדֶשׁ יָ' Gn 29 14, שְׁנָתַיִם יָ' 41 1: Dn 10 2 al.; יָמִים 'aliquot dies' Gn 24 55: Is 65 20; 'cotidie': כָּל־יוֹם Ps 140 3, בְּכָל־יוֹם 88 10, יוֹם יוֹם Gn 39 10. Ps 61 9, יוֹם וָיוֹם Est 3 4 (בְּכָל־ 2 11), יוֹם בְּיוֹם Esr 3 4. Neh 8 18, מִיּוֹם אֶל־יוֹם Nu 30 15, מִיּוֹם לְיוֹם Ps 96 2; לַיּוֹם distributive: כְּבָשִׂים שְׁנַיִם לַיּוֹם '2 agnos singulis diebus' Ex 29 38: 29 36. Nu 7 11. 28 3 al.; שֶׁבַע בַּיּוֹם 'septies in die' Ps 119 164; דְּבַר־יוֹם בְּיוֹמוֹ 'pensum cotidianum', copia seu mensura laboris cotidie praestandi vel rei dandae aut accipiendae Ex 5 13. 16 4. Lv 23 37. 1 R 8 59. Jr 52 34. Dn 1 5 al.; — sub forma dierum solarium repraesentatur tempus creationis mundi Gn 1 5. 8. 13. 19. 23. 31. 2 2. Ex 20 11; — du. יוֹמַיִם, יֹמַיִם *biduum* Ex 16 29. 21 21. Nu 9 22. 11 19; מִיֹּמָיִם post biduum Os 6 2; † — formulae loquendi (in quibus saepe idea 'diei' in ideam 'temporis' transit): *a) hodie:* בַּיּוֹם הַזֶּה 1 R 2 26, בַּיּוֹם Neh 3 34, plerumque הַיּוֹם (J. 137 I 1) Gn 4 14. 21 26. 24 12. Ex 2 18. 16 25. 1 S 22 15 (= hodie-ne?) al. passim, sensu plane peculiari Ps 2 7; — *b)* כְּהַיּוֹם *nunc, iam hodie, sine mora* etc. 1 S 9 13. Neh 5 11, item כַּיּוֹם Gn 25 31. 33. 1 S 2 16. 9 27. 1 R 1 51. 22 5 [Lakiš ostr. 2, 3]; לִפְנֵי יוֹם 'ante hodiernum diem' Is 48 7, מִיּוֹם 'abhinc in posterum' Ez 48 35: Is 43 13; — *c)* כָּל־הַיּוֹם 'totum diem' usurpatur pro *assidue, perpetuo* Gn 6 5. Dt 28 32. 33 12. Is 28 24. 51 13. 65 2. Os 12 2. Ps 25 5. 37 26. Pr 21 26 al.; — *d)* הַיּוֹם *hodie = hac nostra aetate* Gn 22 14. 1 S 25 10; עַד־הַיּוֹם הַזֶּה Dt 34 6. Jos 4 9. 1 S 5 5 al.; eventus pristinus cuius effectus ad recentia tempora exstitit, a scriptoribus notatur brevi formula (הַזֶּה) עַד־הַיּוֹם, ex. gr. de Moab: הוּא אֲבִי־מוֹאָב עַד־הַיּוֹם 'is est primus parens Moabitarum (qui exsistunt hodiedum)' Gn 19 37: 35 20; 'Ioseph imposuit hanc legem (hodiedum observatam)' 47 26: Dt 3 14. 10 8. Jos 5 9. 7 26 bis. 8 28 s. 9 27. Jdc 6 24. 1 S 30 25; — *e)* locutio elliptica est:

כַּיּוֹם הַזֶּה vel (ubi * addimus) כְּהַיּוֹם הַזֶּה fere = *ut hodie videmus:* ‘ vos sumpsit Ds, ut fieretis populus suus, id quod hodie impletum videmus ’ Dt 4 20, vel ‘ ut hodie, proh dolor, experimur ’ Jr 25 18: Gn 50 20. Dt 2 30. *6 24. 8 18. 1 R 3 6. 8 24. Jr 25 18. *44 22. Dn 9 7. Esr 9 7. 15 al.; — *f)* יוֹם cum gen. (vel sfx.) personae = *dies alicui iudicando, puniendo destinatus:* ‘ vae illis! nam venit dies eorum ’ Jr 50 27: 31. Ez 21 30. 30 9. Abd 12 a. Ps 37 13. 137 7; ex parte Dei iudicis voc. *dies Iahve* Is 13 6. Jr 46 10. Ez 30 3, dies irae Is 13 13 ets.; — *g) dies magno eventu celebres* voc. ‘ dies Madian ’ Is 9 4 (Jdc 7), ‘ d. Jezrael ’ Os 2 2, ‘ dies Massa ’ Ps 95 8 (cf. Ex 17. Nu 20); בַּיּוֹם הַהוּא ‘ illo die ’ dic. modo de aliquo die praeterito: Gn 26 32. Jos 10 28 al., modo de futuro: 1 S 3 12, in prophetis latius de tempore quondam futuro = olim: Is 3 7. 4 1. 7 18. Jr 39 16 al., de tempore salutis messianae Is 2 11. 17. 20. 4 2. 10 20. 11 10 al.; — *h) tempus alcs eventus, rei gestae his formulis enuntiatur:* α) בְּיוֹם c. inf. c. verbi et genetivo subi[i] = *in die quo... = quando* (idem dicendi modus usurpatur de tempore praeterito vel futuro et de hypothesi universali): בְּיוֹם בְּרֹא אֱלֹהִים אָדָם ‘ quando Ds hominem creavit ’ Gn 5 1: 2 4. Lv 7 36. Nu 3 13. 7 1. Jos 9 12. 1 R 2 8. Is 11 16. Abd 11 al.; בְּיוֹם אֲכָלְךָ מִמֶּנּוּ ‘ quando (si) comedes ex eo ’ Gn 2 17: 3 5. 1 R 2 37. Is 14 3. 30 26 al.; tamquam praesens generale: בְּיוֹם הֵרָאוֹת בּוֹ בָּשָׂר חַי ‘ quando apparet caro cruda ’ Lv 13 14: Nu 6 13. 30 6. 8 s. Dt 21 16. Is 58 3 al.; בְּיוֹם c. inf. pass. et acc. subi[i] (J. 128): בְּיוֹם הִמָּשַׁח אֹתוֹ ‘ quando ungetur ’ Lv 6 13. Nu 7 10: 9 15 sam. Ez 16 4; — β) item עַד־יוֹם אָמְרִי *donec* dicam Jos 6 10: Ex 40 37 (‘ donec elevabatur... ’). Jdc 18 30; - γ) מִיּוֹם דַּעְתִּי אֶתְכֶם *ex (eo tempore) quo* vos novi ’ Dt 9 24: Ex 10 6. Lv 23 15 al. (eius loco etiam מִיּוֹם אֲשֶׁר 1 S 29 8. Neh 5 14 et solum מִיּוֹם Jr 36 2 cum verbo finito); item לְמִיּוֹם הַעֲלוֹתִי ‘ ex quo eduxi... ’ 2 S 7 6: Ex 9 18 (Samar). Jdc 19 30, לְמִן־הַיּוֹם אֲשֶׁר 2 S 7 11; — δ) כְּיוֹם הִלָּחֲמוֹ ‘ *ut quando pugnavit* ’ Zch 14 3: Os 2 5. 17; masoretae nnq. pro vocalibus inf[i] scripserunt vocales pf[i] בְּיוֹם דִּבֶּר יהוה Ex 6 28: Nu 3 1. Dt 4 15 al. — 3) pl. יָמִים = *tempus: a) temporis spatium:* יָמִים ‘ aliquamdiu ’ Dn 8 27. 11 33; י׳ רַבִּים ‘ diu ’ Gn 21 34. 37 34 al.; מִקֵּץ יָמִים ‘ aliquamdiu postea ’ Gn 4 3. Jdc 11 4 al., item מִיָּמִים Jdc 11 4. 14 8: Jos 23 1. Ez 38 8; בַּיָּמִים הָהֵם ‘ illo tempore ’ Gn 6 4. Ex 2 11, de futuro Jr 3 16. Zch 8 6, et similia; אָרְכוּ הַיָּמִים ‘ longum tempus effluxit ’ Gn 26 8: 1 R 3 2; כָּל־יְמֵי הֱיוֹת··· ‘ quamdiu fuit ’ Jdc 18 36: Lv 26 34. 1 S 22 4; יָמִים בָּאִים וְ ‘ veniet tempus quo ’ 1 S 2 31. 2 R 20 17 al.; כִּימֵי עוֹלָם ‘ ut tempore prisco ’ Am 9 11 al., מִימֵי־קֶדֶם ‘ inde a tp. prisco ’ Mi 7 20 al.: Dt 32 7. Ps 44 2; כָּל־הַיָּמִים ‘ perpetuo ’ Dt 4 40. Jos 4 24. 1 R 9 3; כִּימֵי הָעֵץ יְמֵי עַמִּי ‘ (longa) ut vita arboris erit vita populi m. ’ Is 65 22: Ps 89 30, et similia; בְּאַחֲרִית הַיָּמִים ‘ ultimo tempore ’ Gn 49 1 al., לְקֵץ הַיָּמִין Dn 12 13. — *b) tempus vitae (Lebensdauer):* כָּל־יְמֵי אָדָם Gn 5 4; וְהַאֲרַכְתָּ י׳ ‘ ut diu vivas ’ Dt 22 7; אֹרֶךְ יָמִים Ps 21 5. 23 6 al.: Dt 5 30. 30 20. Is 53 10 al.; קְצַר יָמַי Ps 102 24; יָמַי כַּצֵּל ‘ vita m. est umbrae (fugaci) similis ’ 102 12 ets.; בָּא בַּיָּמִים (ptc.) ‘ aetate provectus ’ Gn 18 11 al., שְׂבַע י׳ Gn 35 29 al., מְלֵא י׳ Jr 6 11; כָּל־יָמָיו ‘ totā vitā suā ’ Dt 22 19. 1 R 15 14 ets.; בְּיָמַי ‘ quamdiu vivam ’ Is 39 8. Ps 116 2; alibi בִּימֵי פ׳ ‘ aetate, tempore (Amraphel ets.) ’ Gn 14 1. 26 1. Jdc 5 6. Is 1 1 al., בְּיָמָיו ‘ eo vivente ’ Gn 10 25. 1 R 16 34 al.; מִימֵי ‘ inde ab aetate... ’ 2 R 23 22. Jr 36 2, לְמִימֵי Mal 3 7; מִיָּמֶיךָ (post לֹא vel הֲ) ‘ ullo die vitae tuae ’ 1 S 25 28. Job 38 12: 1 R 1 6. Job 27 6;

כְּיָמֶיךָ ‘ quamdiu vives ’ Dt 33 25; דִּבְרֵי הַיָּמִים ‘ historia aetatis ’ vel ‘ biographia ’ regum 1 R 14 19. 15 7 al. — c) *annus:* ‘ dabo tibi 10 siclos לַיָּמִים pro (quovis) anno ’ Jdc 17 10; זֶבַח הַיָּ׳ ‘ sacrificium annuum ’ 1 S 1 21. 20 6; יָמִים תִּהְיֶה גְאֻלָּתוֹ ‘ 1 annum subsistet ius redimendi ’ Lv 25 29; מִיָּמִים יָמִימָה ‘ ab anno in annum, quotannis ’ Ex 13 10. Jdc 11 40. 1 S 1 3. 2 19; יָמִים עַל־יָמִים 2 Ch 21 15 tempus duorum saltem annorum indicat; cf. etiam Nu 9 22. 1 S 1 20. 2 S 14 26. [ass. *ûmu,* ar. *jaum,* aeth. *jûm,* a/s. יוֹמָא, *jaumā.*]

יוֹמָם adv., sed fere subst^{i} instar usurpatum: *interdiu, tempore diurno;* occurrit ut subiectum: בְּעֹד י׳ ‘ dum adhuc dies est’ Jr 15 9: 33 20; c. praepos.: בַּיּוֹמָם Neh 9 19, ut gen. = *diurnus:* צֵל־יוֹמָם Is 4 6: 60 19; iunguntur יוֹמָם וָלַיְלָה (acc. temp.) ‘ per diem et noctem ’ Lv 8 35. Nu 9 21. Jos 1 8. Ps 1 2 al., לַיְלָה וְיוֹמָם Dt 28 66. Is 34 10. Jr 14 17; יוֹמָם — וְלַיְלָה ‘ interdiu —, nocte vero ’ Ex 13 21 s. Ps 22 3 al.; in Ps 13 3 lgd. censent יוֹם יוֹם; cf. Kö. II p. 255, Joü. 102 b; Bro. I 474.

▲ יָוָן *Iavan,* filius Iapheth Gn 10 2. 4. 1 Ch 1 5. 7; *Graecia* Is 66 19. Ez 27 13. 19. Zch 9 13. Dn 11 2; *Graeci* Dn 8 21. 10 20; בְּנֵי הַיְּוָנִים (n. gent. יְוָנִי) *filii Graecorum* Joel 4 6. — Iavan Is 66 19. Ez 27 13 sunt Iones in Asia Minore; Dn 11 2 Graeci a Persis impugnati; Dn 8 21. 10 20 Macedones; Zch 9 13 (ut f.) regna Alexandri Magni et successorum; Joel 4 6 Iones vel Graeci. De Ez 27 19 (text. corrupt.) cf. comm. (frt. lgd. יַיִן (vinum). יָוָן = Ἴωνες = Ἰάϝονες, ass. Iâmanu, per. Iauna, aeg. Ievan[n]a. Cf. Schmidtke, Japhetiten 60-66; Müller, AE 369 s. †

‡ יָוֵן, st. c. יְוֵן: *limus, lutum* Ps 40 3. 69 3. [radix ignota]. †

▲ יוֹנָדָב v. יְהוֹנָדָב n. 1 et 2.

יוֹנָה, יוֹנַת, pl. יוֹנִים, יוֹנֵי *columba:* pulchra Ps 68 14, simplex Os 7 11, gemens Is 38 14. 59 11. Ez 7 16. Na 2 8, celeriter volans Os 11 11. Ps 55 7, in fissuris petrarum nidificans Jr 48 28. Ct 2 14, properans ad columbarium Is 60 8, animal sacrificale Lv 1 14. 5 7. 11. 12 6. 8. 14 22. 30. 15 14. 29. Nu 6 10; praeterea Gn 8 8-12. Ps 56 1; in Ct sponsa appellatur ‘ columba mea ’ 2 14. 5 2. 6 9, sponsi 5 12 et sponsae 1 15. 4 1 oculi columbis comparantur. Columbae palaestinenses enumerantur ap. Tristram, FFP (1884) 119-21. †

▲ יוֹנָה *Ionas,* propheta 2 R 14 25. Jon 1-4. [“ columba ”].

▲ יְוָנִי v. s. v. יָוָן.

י(ו)נֵק, pl. י(ו)נְקִים: 1) *lactens, infans* primis vitae annis Nu 11 12; iuxta גָּמוּל Is 11 8, עוֹלֵל 1 S 15 3. Ps 8 3 al., עוֹלָל Thr 4 4. — 2) ‡ *plantula tenera, surculus* Is 53 2.

‡ יוֹנֶקֶת*, sfx. יוֹנַקְתּוֹ, pl. c. sfx. י(ו)נְקוֹתָיו: *ramulus tener, surculus* Ez 17 22 (cf. 4). Os 14 7. Ps 80 12. Job 8 16. 14 7. 15 30. †

▲ יוֹנָתָן *Ionathan* et *Ionathas* (n. 1 et 2): 1) filius Saul; v. יְהוֹנָתָן n. 2. — 2) filius Abiathar; v. יְהוֹנָתָן n. 3. — 3) princeps militaris Jr 40 8 (|| 2 R 25 23 deest; dl. cum 6 mss, GT). — 4) Iudaeus de stirpe Ierameel 1 Ch 2 32 s. — 5) 1 Ch 11 34; v. יְהוֹנָתָן n. 5. — 6) pater familias Esr 8 6. — 7) socius Esdrae Esr 10 15. — 8) Neh 12 11 mendose pro יוֹחָנָן n. 8. — 9) princeps prosapiae sacerdotalis Neh 12 14. — 10) levita de stirpe Asaph Neh 12 35. — Cf. יְהוֹנָתָן. †

▲ יוֹסֵף et Ps 81 6 יְהוֹסֵף, *Ioseph:* 1) filius Iacob patriarchae Gn 30 24 s. 37-50. Ex 1 6. 8. 13 19. Jos 24 32. (Sir 49 15). — 2) nomen complectens tribus Ephraim et Manasse Gn 49 22. 26. Dt 33 13. 16; בֵּית יוֹסֵף Jos 17 17. 18 5. Jdc 1 22 s. 35. 2 S 19 21 (inclusa tribu Beniamin) 1 R 11 28; בְּנֵי יוֹסֵף Nu 1 10.

26 37. 34 23. Jos 14 4. 17 14. — 3) regnum Israel Ez 37 16. 19. Am 5 6. 15. 6 6. Abd 18. Zch 10 6; אֹהֶל יוֹסֵף Ps 78 67. — 4) Israel in universum Ps 77 16. 80 2. 81 6. — 5) princeps Issacharita Nu 13 7, sed cf. comm. — 6) levita ex filiis Asaph 1 Ch 25 2. 9. — 7) Iudaeus cum uxore alienigena iunctus Esr 10 42. — 8) princeps prosapiae sacerdotalis Neh 12 14.

▲ יוֹסִפְיָה *Iosphia,* pater familias Esr 8 10.[1]

▲ יוֹעֵאלָה *Ioela,* bellator sub David 1 Ch 12 8.[1]

▲ יוֹעֵד *Ioed,* Beniaminita Neh 11 7.[1]

▲ יוֹעֶזֶר *Ioezer,* bellator sub David 1 Ch 12 7.[1]

▲ יוֹעָשׁ *Ioas*: 1) Beniaminita 1 Ch 7 8. — 2) praepositus thesauris olei 1 Ch 27 28. †

▲ יוֹצָדָק v. יְהוֹצָדָק.

(ו)יֹצֵר, pl. יוֹצְרִים: *figulus* Is 29 16. 41 25. Jr 18 2 ss. Thr 4 2. Ps 2 9 al.; — Zch 11 13 cj. lgd. הָאוֹצָר.

▲ יוֹקִים (V: *qui stare fecit* [*solem*]) Iudaeus ex posteris Sela 1 Ch 4 22. (v. comm.).[1]

▲ יוֹרָה Esr 2 18; v. חָרִיף.

יוֹרֶה *pluvia temporanea,* i. e. prima in anno agriculturae (qui intra Septembrem incipit), in Palaestina mense Novembri cadens Dt 11 14. Jr 5 24. (Os 6 3 lgd. יַרְוֶה); ubique cum מַלְקוֹשׁ; cf. Sonnen, Bib 8 66. †

▲ יוֹרַי *Iorai,* Gadita 1 Ch 5 13.[1]

▲ יוֹרָם et 1 Ch 26 25 יֹרָם, *Ioram*: 1) 1 S 8 10; v. הֲדוֹרָם n. 2. — 2) rex Iuda; v. יְהוֹרָם n. 1. — 3) rex Israel; v. יְהוֹרָם n. 2. — 4) levita de stirpe Caath et ex posteris Eliezer filii Moysis 1 Ch 26 25. †

▲ יוּשַׁב חֶסֶד *Iosabhesed,* Davidida ex posteris Zorobabel 1 Ch 3 20 (om. S; cf. comm.).[1]

▲ יוֹשִׁבְיָה (Kahle 78: יוֹשַׁבְיָה) *Iosabia,* Simeonita 1 Ch 4 35.[1]

▲ יוֹשָׁה *Iosa,* Simeonita 1 Ch 4 34.[1]

▲ יוֹשַׁוְיָה *Iosaia,* bellator sub David 1 Ch 11 46.[1]

▲ יוֹשָׁפָט *Iosaphat*: 1) bellator sub David 1 Ch 11 43. — 2) sacerdos 1 Ch 15 24. — Cf. יְהוֹשָׁפָט. †

כְּלִי (כֶּ֫לִי), st. c. כְּלִי, sfx. כֶּלְיְךָ, pl. כֵּלִים, כְּלֵי etc.: 1) quaevis *res* seu *supellex,* in cotidiano usu vitae domesticae vel itineris, militiae etc. adhibita et in promptu habenda, *instrumenta, utensilia* (Gegenstand, Gerät, Werkzeug, objet, article etc.); hoc sensu latiore voce res variae denotantur, ex. gr. supellex domus, tentorii Gn 31 37. 45 20. Ex 11 2. 22 6. Lv 11 32. 15 4. 22. Jos 7 11. 1 R 10 21 al., sanctuarii Ex 25 9. 39. 27 3. Lv 8 11. 1 R 7 51. 8 4 al., emigrantis (pera, saccus, baculus etc.) Jr 46 19. Ez 12 3 ss, pastoris (pera, baculus) Zch 11 15: Nu 35 18. 22. Is 22 24. Ez 15 3 al.; c. gen. destinationis: כְּלֵי הַשָּׁרֵת Nu 4 12, כ׳׳ עֲבֹדָה 4 26: 1 R 10 21 ets.; c. gen. materiae: כְּלִי עֵץ Lv 11 32: Ex 13 49. 35 22. 1 R 6 7 al. — 2) pro singulorum *kelîm* vario usu diversa vocabula adhiberi possunt: *a) vas,* receptaculum liquorum, ciborum ets. Lv 6 21. 11 33. Nu 5 17. 19 15. 17. 2 R 4 6. Jr 48 11 al.; — *b) saccus* pro frumento, cibariis Gn 42 25. 43 11, *pera* 1 S 9 7. 17 40; — *c) indumentum* כְּלִי־גֶבֶר Dt 22 5; — *d) instrumentum:* כְּלִי מַשְׁחֵת, כְּלִי מַפָּץ Ez 9 1 s; — *e) armamenta* militiae, *arma, tela:* בֵּית כֵּלִים ‘armarium’ 2 R 20 13, נֹשֵׂא כֵלָיו ‘armiger eius’ Jdc 9 54 al.: Dt 1 4. Jdc 18 11. Is 54 17. Ec 9 18 al.; כְּלֵי־מָוֶת ‘arma letifera’ Ps 7 14, כְּלֵי זַעְמוֹ Is 13 5; – *f) instrumentum musicum:* כְּלֵי־שִׁיר Am 6 5: 1 Ch 15 16 al., כְּלֵי־שִׁיר דָּוִיד Neh 12 36, כְּלֵי דָוִיד 2 Ch 29 26; כְּלִי־נֶבֶל Ps 71 22, pl. כְּלֵי נְבָלִים 1 Ch 16 5, כְּלֵי־עֹז 2 Ch 30 21; abs. כֵּלִים 1 Ch 23 5; — *g) lintres:* כְּלֵי־גֹמֶא Is 18 2.

כְּלִיא Jr 37 4. 52 31 k = כֶּלֶא *carcer.* †

כִּלְיָה *, pl. כְּלָיוֹת, כִּלְיוֹת etc.: *renes;* 1) animalis Lv 9 10. 19, שְׁתֵּי הַכְּלָיוֹת Ex 29 13. 22. Lv 3 4. 10. 15. 4 9. 7 4. 8 16. 25 sunt pars sacrificii lectissima, Deo reservata; hinc poetice de strage Edomitarum quae ut sacrificium arietum describitur Is 34 6; item poet. *medulla* tritici, ut pars intima optima, voc. חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה ‘adeps renum tritici’ Dt 32 14. — 2) hominis renes, ⫲ *a)* per synecdochen = *viscera, venter* Thr 3 13. Job 16 13; *intestina corporis* Ps 139 13; — *b)* per metonym. ac metaph.: *pars intima animi hominis, sedes vitae internae, affectivae et ethicae:* Ds videt, explorat כְּלָיוֹת וָלֵב Jr 11 20. 20 12: Ps 26 2, לִבּוֹת וּכְלָיוֹת Ps 7 10: Jr 17 10; sedes affectuum, gaudii Pr 23 16. Job 19 27 = id desiderat anima m.); contra ‘animus

exacerbatur' Ps 73 21 (cf. J. 151 c); animus alqm monet Ps 16 7; ab impiorum mente (כִּ׳), Dei immemorum, Ds procul abest Jr 12 2. [ass. *kalîtu,* ar. *kuljaʰ,* aeth. *kwelît,* a/s. כֻּלְיָא]. †

כִּלָּיוֹן, st. c. כִּלְיוֹן: *interemptio* populi Is 10 22; anxie reditum desiderantis *consumptio* oculorum (cf. ² כָּלָה Q. 2 c) Dt 28 65. [² כָּלָה.] †

▲ כִּלְיוֹן *Chelion,* filius Elimelech et Noëmi Ru 1 2. 5. 4 9. †

כָּלִיל, st. c. כְּלִיל, f. st. c. כְּלִילַת: 1) adi.: *totus, integer, perfectus* Ez 16 14. Sir 45 14; c. gen. determ.: כְּלִיל(ת) יֹפִי ' perfectae pulchritudinis' Ez 27 3. 28 12. Thr 2 15, כְּ׳ תְּכֵלֶת ' totus ex hyacintho' Ex 28 31. 39 22. Nu 4 6. — 2) subst. כָּלִיל: *a*) i. q. כֹּל, ut כְּ׳ הָעִיר ' *tota* urbs' Jdc 20 40: Sir 45 8; *omnia, sine exceptione* Dt 13 17. Is 2 18; — *b*) *holocaustum,* sacrificium quod totum igne comburebatur Lv 6 15 s. Dt 33 10, עוֹלָה (וְ)כָלִיל 1 S 7 9. Ps 51 21. †

כַּלְכֹּל, v. כּוּל.

▲ כַּלְכֹּל *Chalcol* et 1 Ch 2 6 *Chalchal,* vir sapiens ex posteris Iuda 1 R 5 11. 1 Ch 2 6. †

כלל Q. pf. 1) כָּלַל *fecit integrum seu perfectum* alqd Ez 27 4. 11; *sermone breviter comprehendit* Sir 32 8. — 2) intrans.: כָּל *integer est* cj. lgd. (pro כָּל־) 2 S 1 9. Job 27 3. [ass. *šuklulu,* a/s. שַׁכְלֵל perfecit, supponunt Q. (inusit.) integer, totus fuit.] Deriv. כֹּל, כָּלִיל. מִכְלָל. מִכְלוֹל. מַכְלֻל. †

▲ כְּלָל *Chalal,* Iudaeus cum uxore alienigena iunctus Esr 10 30. ¹

כלם Ni. pf. נִכְלַם, ipf. יִכָּלֵם, inf. הִכָּלֵם, ptc. נִכְלָם:: passivum ad Hi.: 1) *ignominia affectus, in condicionem ignominiosam redactus est* 2 S 10 5. 1 Ch 19 5. — 2) *confusus est,* sc. adversario succumbens vel spe frustratus, Is 50 7 (לֹא נִ׳). Jr 22 22. Ps 40 15. 69 7. 70 3. 74 21; copulantur בּוֹשׁ וְנִכְלַם Is 41 11. 45 16 s (לֹא). Ps 35 4. — 3) *puduit eum, erubuit* Nu 12 14. 2 S 19 4. Is 54 4. Jr 3 3. (6 15 lgd. inf. Ni., cf. BH³). 8 12. Ez 16 27. 54 (מִן). 61. 36 32. 43 10; c. ger. *veretur* facere alqd Esr 9 6. — Hi. pf. הִכְלִמוּ (הִכְלַמְנוּם), ipf. יַכְלִים, inf. הַכְלִים, ptc. מַכְלִים(וֹ): 1) *vilipendit, offendit, ignominia affecit* alqm, sc. eius honorem vel iura violans: Saul Davidem 1 S 20 34: 25 7. Pr 28 7. Job 19 3. Ru 2 15; אֵין מַכְלִים דָּבָר ' nemo faciebat quidquam alios offendens' Jdc 18 7. — 2) *ignominia affecit* alqm in lite, refutando Pr 25 8. Job 11 3; *ignominiosa clade affecit* Ps 44 10; de Jr 6 15 v. supra in Ni. 3. — Ho. pf. הָכְלַם* etc.: 1) *offensus, in iure suo laesus est* 1 S 21 15. — 2) spe frustrata *confusi sunt* Jr 14 3. [idea primitiva verbi in Q.* erat parvus, vilis est, in Hi. vilipendit; cf. Delitzsch, Prolegomena 99 s.] Deriv. כְּלִמָּה, כְּלִמּוּת. †

▲ כִּלְמַד *Chelmad,* emporium commercii cum Tyriis Ez 27 23: situs ignotus; Bertholet, Hesek. (1936) prp. כָּל־מָדַי ' tota Media'; Sarsowsky (ZAW 32, 1912, 149): Kulmadara (Gindaros, inter Beroeam et Alexandriam) in prov. Unqi (= el-ʿAmq). ¹

כְּלִמָּה, st. c. כְּלִמַּת, pl. ־וֹת: *vilipensio, ignominia:* 1) *verba contumeliosa* quae alqs loquitur Mi 2 6 (pl.); מוּסַר כְּלִמָּתִי ' reprehensionem mihi contumeliosam' Job 20 3; *ignominia* per verba contumeliosa hostium Is 50 6. 61 7. Ez 34 29. 36 6. 39 26. Ps 44 16. 69 8. 20. — 2) *ignominia* eius quem, dum poenas luit, pudet peccasse Jr 3 25. Ez 16 52. 54 63; eius qui punitur Ez 44 13, in inferno 32 24; impiorum *confusio* ex conatibus eorum frustratis Is 45 16. Jr 20 11. Ez 36 7 (יִשָּׂאוּ). Ps 35 26. 109 29 (יִלְבְּשׁוּ). 71 13 (יַעֲטוּ); *spes frustrata* Is 30 3; ignominia actionem stultam sequens Pr 18 13. †

כְּלִמּוּת *ignominia* Jr 23 40. ¹

▲ כַּלְנֵה (var. כַּלְנֶה; LXX Χαλαννη) *Chalanne,* urbs cum Babylone, Arach, Achad

tetrapolim Nemrod constituens Gn 10 10; situs ignotus; sec. Delitzsch, Paradies (1881) 225 s ideogr. Kul-unu = Zirlab (KB II 52), prope Babylonem. [1]

▲ כַּלְנֵה *Chalane* Am 6 2 (LXX om.) = כַּלְנוֹ *Calano* Is 10 9 (LXX Χαλαννη), urbs Syriae septentr., ab Assyriis capta; prob. = ass. Kullania (Kullani, Kulnia), sita inter Karkemiš et Arpad (Tell Refad), frt. = Kullan Köy, ca 16 km SE a Tell Refad. Cf. AJSL 51 (1934/5) 189 ss; Abel II 101; Dussaud, Top. hist. Syr. 240; 469. †

‡ כָּמַהּ *desiderio languescit* corpus לְ Ps 63 2. [ar. *kamiha* de colore gilvo, lurido faciei vel caeli.] [1]

כַּמָּה, כַּמֶּה, v. מָה 3 b.

▲ כִּמְהָם 2 S 19 38 s, כִּמְהָן 41 *Chamaam*, filius Berzellai; גֵּרוּת כִּמְהָם (k כמוהם) Jr 41 17 nomen loci prope Bethlehem, sec. V T Sym 'deversorium Ch.'; quidam cj. lgd. גִּדְרוֹת כִּ׳. †

▲ כִּמְהָן v. כִּמְהָם.

‡ כְּמוֹ 1) particula comparativa = כְּ *sicut, similiter ac;* sine suffixis pronominum in sola poesi usuvenit, plerumque cum vocabulis in prima vocali accentuatis, ut כְּמוֹ־אֶבֶן, כְּמוֹ־רוּחַ ets. (de suffixis v. art. כְּ); exempla vide in Ex 15 5. Is 41 25. Jr 13 21. Ps 29 6. 61 7. 90 9. Job 6 15 al.; כְּמוֹ־אֵלֶּה 'talia' Job 12 3; כְּמוֹ — כְּמוֹ *ut-ita, et-et* (?) Ps 58 10; de כְּמוֹ־כֵן v. [2]כֵּן et comment.; post כְּמוֹ nnq. praepositio בְּ mente supplenda est: כְּמוֹ־יָיִן 'ut per vinum' Zch 10 7: Ps 63 6. Job 28 5; כְּמוֹ־רֶגַע 'velut in momento' Thr 4 6; כְּמוֹ Ps 73 15 GHV vertunt *sic* (frt. lgd. כְּמוֹ־הֵנָּה 'talia'). — 2) coniunctio (= כַּאֲשֶׁר): *a*) *sicut* Zch 10 8; — *b*) *quando* Gn 19 15, frt. Is 26 18 (quando peperimus, ventus [erat]); de Pr 23 7 v. comment. [cf. ar. *kamā*, aeth. *kama*, a/s. כְּמָא, *akmā* sicut.]

▲ כְּמוֹשׁ *Chamos*, idolum Moabitarum 1 R 11 7. 33. 2 R 23 13. Jr 48 7 (k כְּמִישׁ, q כְּמוֹשׁ). 13, et Ammonitarum Jdc 11 24 (v. comm.); עַם־כְּמוֹשׁ (= Moab) Nu 21 29. Jr 48 46. Inscr. Mesa 3 etc. כמש (cf. 1: כמשמלך (?) pater Mesa regis; 17: עשתר כמש Astarte [uxor] Chamos). Ass. in compositis nominibus pr. (v. g. Kammusu-nadbi rex Moab tempore Sennacherib: KB II 90). Cf. Kortleitner, De polytheismo universo (1908) 213-6. †

▲ כְּמִישׁ k Jr 48 7 v. כְּמוֹשׁ.

כַּמֹּן *cyminum* Is 28 25. 27: in Oriente ubique colitur (Hehn-Schrader, Kulturpflanzen^{8} 208-210; LB I 1029 s). †

‡ כָּמֻס ptc. pass. Q. *reservatus* Dt 32 34; Samar. כָּנוּס. [ass. *kamâsu* id.] [1]

כמר Ni. pf. נִכְמַר *calefacta est, calet* cutis febri famem sequente Thr 5 10; *calefacta sunt* viscera (cor) amore, commiseratione, seq. עַל Gn 43 30 Sam (TM אֶל). 1 R 3 26; abs. Os 11 8. [nh. calefecit.] †

כֹּמֶר *, pl. כְּמָרִים *sacerdotes illegales, sacrificuli* 2 R 23 5. Os 10 5. So 1 4. [item aram., nab.; cf. Lidzbarski, NsEp 297, GB p. 350b.]

‡ כִּמְרִיר *, pl. st. c. כִּמְרִירֵי: prob. *obscuratio* diei per tempestates ets. Job 3 5. (|| חֹשֶׁךְ, עֲנָנָה). [cf. sy. *kᵉmîr* ater, *akmer* obscuravit.] [1]

[1]כֵּן, כֶּן־ particula monstrativa: *sic, hoc, haec, talis;* 1) *sic, hoc modo:* כֵּן יֹאבְדוּ 'sic pereant' inimici tui Jdc 5 31; כֵּן יַעֲשֶׂה 'sic agebat' 1 S 1 7 et al. saepe; כֵּן *item, etiam* 1 R 7 29 prob.; cum membro correlativo: כְּפָרָשִׁים כֵּן יְרוּצוּן 'ut equites, ita currunt' Joel 2 4; כַּאֲשֶׁר — כֵּן 2 S 16 19: Nu 2 17. Dt 12 22. Is 20 3 s; כְּ — כֵּן Os 4 7, כַּאֲשֶׁר — כֵּן Ex 1 12 'quo magis—, eo magis'. — 2) fere pronominis instar = *hoc, haec, talis:* ut sentae subi.: וַיְהִי־לוֹ כֵן 'et evenit ei hoc' 2 R 7 20: Gn 1 7. Ex 10 14. 2 Ch 1 12; כֵּן 'talis' (rex) non erit 2 Ch 9 19, 'tale alqd' 1 12, ets.; ut praedi-

catum: כֵּן ‘ talis est, tales sunt ’ Ps 1 4. 48 11. 127 4. Pr 1 19. 6 29. Ct 2 3. Ec 7 6 al.; ut obi.: צֵא וַעֲשֵׂה־כֵן ‘ exi et fac hoc ’ 1 Ch 18 21; כֵּן אֲהַבְתֶּם ‘talia amatis’ Am 4 5, ‘talia dat dilectis suis’ Ps 127 2, ‘non fecit talia ulli genti’ Ps 147 20: Gn 6 22. 18 5 al.; ‘non invenerunt iis tot (כֵּן, sc. quot opus erant)’ Jdc 21 14, etc. — 3) *cum praepositionibus*: *a*) אַחַר כֵּן Lv 14 36. 1 S 10 5, (מֵ)אַחֲרֵי־כֵן Ex 11 1. 2 S 2 1 (3 28) *postea*; — *b*) בְּכֵן *inter haec* Ec 8 10, ‘tum’ Est 4 16. Sir 13 7; — *c*) לָכֵן (α) *propterea* 1 S 27 6. Is 1 24. Jr 2 9 al., *ad hunc finem* Nu 16 11; ex contextu = *praemii loco* Is 53 12 al., *in poenam* Nu 20 12. Jdc 10 13 al.; post ‘quia...’ nnq. apodosis incipitur per לָכֵן *ideo* 2 R 1 16. Is 29 14. Jr 23 39. Ez 28 6; β) *in respondendo: quod attinet ad haec* (quae dixisti) Gn 4 15. 30 15. Jdc 8 7. 11 8. 1 S 28 2. Is 7 14; γ) *vel sic, tamen, nihilominus* (Kö. III 373 p; cf. ar. *lâkin*) Is 30 18. 51 21. Jr 5 2. 16 14. 30 16. Ps 73 10 al.; — *d*) עַד־כֵּן *eousque* Neh 2 16; — *e*) עַל־כֵּן *propterea, ideo*: ‘deus eorum est deus montium, ideo vicerunt nos’ 1 R 20 23; ‘mirabilia sunt mandata tua, ideo ea observat an. m.’ Ps 119 129: Gn 2 24. 10 9. 11 9. 16 14. Ex 5 8. 20 11. Is 5 25. 9 16. Ps 1 5. 18 50. 46 3 al. saepe; nnq. post ‘quia’ incipit apodosin 1 S 28 18. Is 17 10. Jr 44 23. Ez 44 12. Ec 8 11 al.; inverso ordine ‘ideo—, quia’ Gn 11 9. Jos 14 14; עַל־כֵּן ‘ad hunc finem’ Is 13 13. Neh 6 6, ‘ita factum est ut’ Os 13 6; — pleonasmi stili colloquialis: כִּי עַל־כֵּן de causa nota (J. 170 h, nota) *quandoquidem (da ja, da nun einmal)* Gn 18 5. 19 8. 33 10. 38 26. Nu 10 31. 14 43. Jdc 6 22. 2 S 18 20 q. Jr 29 28. 38 4, sequente וְ ‘quoniam—, ideo’ Nu 14 43; item usuvenit אֲשֶׁר עַל־כֵּן Job 34 27, כִּי כֵן 1 R 2 7; עַל־כֵּן = inde cognosco quod... Ps 45 3.

²כֵּן (adi. verbale, a כון) *recte* vel *firmiter stans*, semper μ ethice *firmus, rectus* ets.; 1) adi., pl. כֵּנִים: *firmus, constans* in iustitia (J. 129 i) Pr 11 19; *recti, probi* sumus Gn 42 11. 19 al. — 2) subst. (nnq. adv.), semper in forma sg.: *rectum, verum* ets.: *rectus ordo* perdurabit Pr 28 2; *verum, vera* loqui Ex 10 29. Nu 27 7. 36 5; כֵּן ‘verum est’ Jos 2 4; *recta, probe* agere Ec 8 10; *recte* pronuntiare Jdc 12 6; — לֹא־כֵן (*Unrechtes*) *falsa, illicita, perversa* agere 2 R 7 9, loqui 2 R 17 9. Jr 8 6, *falsitas, mendacia* Is 16 6 (= Jr 48 30). Jr 23 10; quod cogitant stulti, est *perversum, falsum* (opp. scientia) Pr 15 7. [cf. ass. *kînu, (kîntu*) kittu* firmus, rectus, fidelis; sy. *kînā* iustus; aeth. (ĭ-)*kôna* (non) licet, decet.] †

³כֵּן, sfx. כַּנּוֹ, כַּנִּי: 1) *locus* muneris Gn 40 13. 41 13; עַל־כַּנּוֹ *loco eius* (defuncti), *pro eo* Dn 11 7 (sine עַל). 20 s, *loco eius* (destituti) 11 38. — 2) *basis* super quam alqd ponitur (*Gestell*), v. gr. pelvis: Ex 30 18. 28. 31 9. 35 16. 38 8. 39 39. 40 11. Lv 8 11; מַעֲשֵׂה־כֵן 1 R 7 31; כֵּן־תָּרְן ‘basis māli’ navis Is 33 23. [כנן* ‖ כון]. †

⁴כֵּן sg. collect. Nu 13 33, pl. כִּנִּים (Samar. omn. locis) Ex 8 13 s. Ps 105 31, כִּנָּם Ex 8 12. Sir 10 11 (cod. כניום): σκνῖπες, σκνῖφες, *sciniphes*, i. e. culices similiaque animalcula molesta (v. Realia 604); prob. huc pertinet Is 51 6 (cf. Knab.²); cf. כִּנָּם; nh. sg. כִּנָּה. †

⫲ כנה Pi. ipf. יְכַנֶּה, sfx. אֲכַנְּךָ: *cognomine honorifico appellavit* alqm Is 44 5 (prob. lgd. Pu. יְכֻנֶּה). 45 4. Sir 36 7. 44 23. 47 6; *adulatus est* אֶל alci Job 32 21 s. [ar. *kannâ(j)*, aram. כַּנִּי cognominavit.] †

⫲ כַּנָּה Ps 80 16 *plantula* (*Setzling*; cf. כֵּן, כַּנּוֹ locus), Hier. *radix*; cj. lgd. כַּנָּה vel כַּנֶּהָ ‘protege eam’, a כָּנַן = ar. *kanna* (pro-)texit.¹

▲ כַּנֵּה *Chene*, emporium commercii cum Tyriis Ez 27 23; prob. = ass. Kannu’, cuius saepe mentio fit in contractibus. Cf. Καιναι

Xenoph., Anab. II 4, in ripa W Tigris inter utrumque Zab (vix = Calneh Gn 10 10).[1]

כִּנּוֹר, pl. כִּנֹּרוֹת (sfx. ־וֹתֵינוּ Ps 137 2, כִּנּוֹרֶיךָ Ez 26 13) κιθάρα, *cithara, lyra,* instrumentum musicum Hebraeis usitatissimum, sive solum Ps 43 4. 49 5. 137 2, sive in concentu cum multifariis aliis instrumentis commemoratum Gn 4 21, in festis profanis Gn 31 27. Is 5 12. 24 8. Ez 26 13. Job 21 12 ac religiosis 2 S 6 5. Ps 33 2. 71 22. 147 7. 149 3. 150 3. 1 Ch 13 8. 15 16 al. [a/s. כִּנָּרָא, ar. *kinnâra.*]

כִּנְּרוֹת: v. כִּנֶּרֶת.

▲ **כְּנָיָהוּ** v. s. v. יְהוֹיָכִין.

כִּנָּם nomen collectivum, f.: *culices* Ex 8 13 s; cf. [4]כֵּן. †

▲ **כְּנָנִי** *Chanani,* levita Neh 9 4.[1]

▲ **כְּנַנְיָה** 1 Ch 15 27 v. כְּנַנְיָהוּ.

▲ **כְּנַנְיָהוּ** (כְּ׳) q v. כּוֹנַנְיָהוּ.

▲ **כְּנַנְיָהוּ** et 1 Ch 15 27 כְּנַנְיָה, *Chonenias,* princeps inter levitas 1 Ch 15 22. 27. 26 29. (de stirpe Caath). †

כָּנַס, ipr. inf. כְּנוֹס: 1) *collegit* res Ec 2 8. 26. 3 5. Neh 12 44. Ps 33 7. — 2) *congregavit* alqos Est 4 16. 1 Ch 22 2. — ‡ **Pi.** *congregavit* alqos Ez 22 21. 39 28. Ps 147 2. — ‡ **Htp.** *se,* sua membra, *collegit* in pannum quo involutus dormit Is 28 20. [nh.] Deriv. מִכְנָס. †

כנע Ni. נִכְנַע, ipf. יִכָּנַע, inf. הִכָּנַע, sfx. הִכָּנְעוֹ: 1) *se humiliavit, se humiliter subiecit* Deo 2 Ch 7 14. 12 6 s. 32 26. 33 19: Lv 26 41, regi alqd mandanti 2 Ch 30 11, prophetae monenti 36 12; coram Deo castigante, add. לִפְנֵי 2 Ch 34 27 b, מִלְּפָנַי 1 R 21 29. 2 Ch 33 12. 23. 34 27 a, מִפְּנֵי 2 R 22 19. — 2) *se humiliare debet* vel *humiliatur, in condicionem humilem redigitur* populus victus: abs. 1 S 7 13. 1 Ch 20 4. 2 Ch 13 18; add. תַּחַת יַד פּ׳ Jdc 3 30, לִפְנֵי 8 28, מִפְּנֵי 11 33, אֶל Sir 4 25. — **Hi.** הִכְנִיעַ, ipf. יַכְנִיעַ*, וַיַּכְנַע, ipr. sfx. הַכְנִיעֵהוּ: 1) *humiliavit* Ds cor hominum Ps 107 12, cf. Job 40 12. — 2) *humiliavit, prostravit, subegit* hostes Dt 9 3. Jdc 4 23. 2 S 8 1. Ps 81 15. Neh 9 24. 1 Ch 17 10. 18 1, tumultum hostium Is 25 5, regnum Iuda 2 Ch 28 19. [ar. *kana'a* se inclinavit, se submisit.]

‡ **כִּנְעָה***, sfx. כִּנְעָתֵךְ Jr 10 17 *fasciculus, sarcina* cum rebus ad emigrandum necessariis. [cf. ar. *kana'a* constrinxit, 8 se congregavit.][1]

▲ **כְּנַעַן** i. p. כְּנָעַן *Chanaan:* 1) filius Cham, progenitor Chananaeorum Gn 9 18. 22. 25-27. 10 6. 15. 1 Ch 1 8. 13. — 2) populus praeisraeliticus eiusque terra W a Iordane: יֹשְׁבֵי כְּנַעַן Ex 15 15; בְּנוֹת כְּ׳ Gn 28 1. 6. 8. 36 2; מִלְחֲמוֹת כְּ׳ Jdc 3 1 (bella contra Chanaan); מַלְכֵי כְּ׳ Jdc 5 19 (in parte N); מֶלֶךְ־כְּ׳ Jdc 4 2. 23 s (Iabin); מַמְלְכוֹת כְּ׳ Ps 135 11; אֶרֶץ כְּ׳ Gn 11 31. 12 5. 13 12 (opponitur הַכִּכָּר). 16 3. 17 8. 35 6. 42 5. 7. 13. 29. 32. 44 8. 45 17. 25. 46 31. 47 1. 4. 13-15. 50 5. 13. Ex 6 4. Lv 14 34. Nu 34 2 (הָאָרֶץ כְּ׳). Jos 24 3. Jdc 21 12. Ps 105 11 = 1 Ch 16 18; כְּ׳ אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים So 2 5; כְּנַעַן = Phoenice Is 23 11 cum f.; כְּנַעַן (= Israel apostata) Os 12 8; שְׂפַת כְּנַעַן (= lingua hebr.) Is 19 18; — sensu appell. אֶרֶץ כְּ׳ terra commercii (de Chaldaea) Ez 16 29. 17 4; So 1 11 עַם כְּ׳ = Iudaei (mercatores) (gall. le peuple marchand, germ. Krämervolk).

N. gent. כְּנַעֲנִי, semel adiect. Gn 38 2 אִישׁ כְּ׳ *homo Chananaeus;* f. הַכְּנַעֲנִית *Chanaanitis* Gn 46 10. Ex 6 15. 1 Ch 2 3; pl. כְּנַעֲנִים Abd 20 (in regione boreali) et הַכְּנַעֲנִים Neh 9 24; — coll. הַכְּנַעֲנִי *Chanaan, Chananaeus, Chananaei* Gn 10 18 s. 12 6. 50 11. Jos 7 9. 13 3. 16 10. 17 12 s. 16. 18. Jdc 1 1. 3. 9 s. 17. 27-30. 32 s. 1 R 9 16; אֶרֶץ הַכְּנַעֲנִי Ex 13 11. Dt 1 7. Jos 13 4. Ez 16 3; בְּנוֹת הַכְּנַעֲנִי Gn 24 3. 37; in enumeratione populorum Palaestinae Gn 13 7. 15 21. 34 30. Ex 3 8. 17. 13 5. 23 23. 28. 33 2. 34 11. Nu 13 29 (iuxta mare et circa fluenta

Iordanis). Dt 7 1. 20 17. Jos 3 10. 5 1 (iuxta mare). 7 9. 9 1. 11 3. 12 8. 24 11. Jdc 1 4 s. 3 3. 5. 2 S 24 7. Esr 9 1. Neh 9 8; in valle Nu 14 25; in monte 14 43. 45; in planitie e regione Gilgal (v. גִּלְגָּל n. 4) Dt 11 30; de rege urbis Arad Nu 21 1. 3. 33 40; — sensu appell. כְּנַעֲנֶיהָ *institores eius* (Tyri) Is 23 8; כְּנַעֲנִי *mercator* in domo Domini Zch 14 21; הַכְּנַעֲנִי *Chananaeus* (institor) Pr 31 24; כְּנַעֲנִים *negotiatores* Job 40 30.

Chanaan aeg. Kanʿna (Müller, AE 205-8), epist. Amarn.: Kinaḫ(ḫ)i, Kinaḫni, Kinaḫna, n. gent. Kinaḫâu (Knudtzon 1133. 1577), phoen. כנען = Phoenice (Lidzbarski 298; cf. St. Byz. Χνά, οὕτως ἡ Φοινίκη ἐκαλεῖτο). Cf. F. Böhl, Kanaanäer u. Hebräer (BWAT 9), Lp. 1911; B. Maisler, Untersuchungen z. alten Gesch. u. Ethnogr. Syriens u. Pal. I (1930).

▲ כְּנַעֲנָה: 1) *Chanaana,* pater Sedeciae pseudoprophetae 1 R 22 11. 24. 2 Ch 18 10. 23. — 2) *Chanana,* Beniaminita 1 Ch 7 10. †

▲ כְּנַעֲנִי, כְּנַעֲנִים, כְּנַעֲנִית v. s. v. כְּנַעַן n. 2.

ꟷ כָּנַף *ad latus deflexit* vitis radices Ez 17 7. codd. or. — Ni. ipf. יִכָּנֵף *secessit,* vel *ablatus est* Is 30 20. [vb. denom., כָּנָף; ar. *kanf* latus.] †

כָּנָף st. c. כְּנַף, sfx. כְּנָפִי etc., du. (etiam ubi de 4 vel 6 alis agitur, Is 6 2. Ez 1 6) כְּנָפַיִם, st. c. כַּנְפֵי, pl. (sensu improprio, v. 2 a, b) st. c. כַּנְפוֹת, f.: 1) *ala* volucris Lv 1 17. Ps 68 14. Ez 17 3 al.; sg., ut g. qual. = *alatus:* עוֹף כָּנָף Gn 1 21. Ps 78 27: Dt 4 17. Ps 148 10, item עֵיט כָּל־כָּנָף Ez 39 4: Gn 7 14. Ez 17 23; בַּעַל כָּנָף 'ales' Pr 1 17; אֶרֶץ צִלְצַל כְּ׳ 'terra ubi susurrus est alarum' sc. innumerarum muscarum, culicum etc. Is 18 1; de Deo sub imagine aquilae Ex 19 4. Dt 32 11; — alae seraphim Is 6 2, cherubim apparentium Ez 1 6 ss. 3 13. 10 5 ss. 11 22 vel sculptorum Ex 25 20. 1 R 6 24. 27. 8 6 s al.; alae mulieris in visione Zch 5 9; poëtice 'alae Aurorae' Ps 139 9, 'alae venti' 2 S 22 11. Ps 18 11. 104 3. Os 4 19, res 'sibi facit alas', avolatura Pr 23 5; de hoste qui impetuose advolat: 'extendet alas suas (volans) versus Moab' Jr 48 40: 49 22 (עַל), 'extensio alarum eius' sc. hostilis agminis irruentis Is 8 8; alae = radii Solis iustitiae orientis Mal 3 20; 'non fuit נֹדֵד כָּנָף qui moveret alam', nemo obsistere ausus est Is 10 14; pennae avis pullos contegentis sunt imago protectionis divinae: בְּצֵל כְּנָפֶיךָ 'in umbra alarum t.' absconde me Ps 17 8, תַּחַת כְּנָפָיו תֶּחְסֶה 'sub alas eius confugies' 91 4: 36 8. 57 2. 61 5. 63 8; בְּכַנְפֵי הוֹנְךָ 'pro mensura opum t.' Sir 38 11. — 2) *extremitas, angulus:* a) *angulus* vestis quadratae Nu 15 38; *angulus* vel *ora, margo* vestis, c. gen. מְעִיל 1 S 15 27. 24 5, בֶּגֶד Ag 2 12, abs. Jr 2 34. Ez 5 3. Zch 8 23; 'alas suas (sc. pallii) expandere super' mulierem, eam sibi desponsare Ez 16 8. Ru 3 9; *ora pallii,* quo involutus homo dormit (cf. Ex 22 26) Dt 23 1. 27 20. — b) pl.: *anguli, extremi fines* terrae: כַּנְפוֹת הָאָרֶץ Is 11 12. Job 37 3; 'quattuor anguli terrae' = tota terra Ez 7 2: Job 38 13. [ar. *kanaf* ala.]

▲ כִּנֶּרֶת, i. p. כִּנָּרֶת, et Jos 11 2. 12 3. 1 R 15 20 כִּנְּרוֹת (vel כִּנְרוֹת), *Cenereth* et Jos 11 2. 12 3 *Ceneroth,* 1 R 15 20 *Cenneroth:* 1) urbs in Nephtali Jos 19 35; in termino N vallis Iordanis Dt 3 17. Jos 11 2 (v. comm.); regio urbi adiacens 1 R 15 20. Sita erat prob. in Tell el-Oreime supra ʿAin eṭ-Ṭābġa ad lacum Gennesareth, cf. Dalman, Orte u. Wege Jesu[3] [1924] 140; BASOR 11 (1923) 14; in catal. Tutmose III n. 34. De effossionibus cf. Bib 20 (1939) 306 ss; Mitt. d. deutsch. Inst. f. äg. Altert. 9 (1940) 132-45. — 2) *mare Cenereth* יָם־כִּנֶּרֶת Nu 34 11. Jos 13 27, vel *mare Ceneroth* יָם כִּנְרוֹת Jos 12 3. Posterius nominatur mare Gennesar (גִּנֵּיסַר) graece Γεννησάρ (1 Mac 11 67), Γεννησαρέτ

(Lc 5 1), hodie Baḥr eṭ-Ṭabarîje. Cf. Abel I 494 s. †

× כְּנָת * pl. c. sfx. כְּנָוָתְהוֹן(כנותיו): *socius, collega* Esr 4 7. [vox aram.][1]

כֵּס Ex 17 16 sec. Vg st. cstr. apocop. vocis כִּסֵּא (pro כֵּס יָהּ Sam. Syr. lg. כִּסֵּא, G כְּסִיָה); sec. recentes multos, cum n. pr. 'י נִסִּי 15 explicetur, lgd. נֵס (q. v.): ' manum (applicemus) ad vexillum Dni! '[1]

כִּסֵּא (1 R 10 19. Job 26 9 כִּסֵּה), sfx. כִּסְאִי, כִּסְאוֹ, (א) כִּסְאֲךָ, pl. כִּסְאוֹת, כִּסְאוֹתָם: *thronus, solium,* sedile elegantius pro persona honorata; 1) sensu proprio: *solium a*) regis: Jdc 3 20. 1 R 22 10. 2 R 25 28. Is 14 9. Jon 3 6; כ' מַלְכוּת Est 5 1, כ' הַמַּמְלָכָה 2 Ch 23 20; כִּסֵּא־שֵׁן ' thr. eburneus ' 1 R 10 18; regis iudicantis, tribunal 1 R 7 7, כִּסֵּא־דִין Pr 20 8: pl. Ps 122 5; — *b*) alcs prae ceteris honorandi: matris regis 1 R 2 19 b, principis Ez 26 16. Job 36 7. Est 3 1, ministri regii 1 S 2 8. Is 22 23, gubernatoris Neh 3 7, pontificis 1 S 1 9. 4 13, prophetae hospitis 2 R 4 10, magistrae docentis Pr 9 14; victores ponunt solium suum ad portam urbis victae Jr 1 15. 43 10 (49 38 Jahve). — 2) *thronus* ut symbolum potestatis regiae: Pharao ' tantum throno ' superior erit Iosepho Gn 41 40; thronum, i. e. regnum, alcs גִּדֵּל ' gloriosum reddere ' 1 R 1 37. 47, הֵקִים ' erigere ' 2 S 3 10. 1 R 9 5, סָעַד ' fulcire ' Pr 20 28, כּוֹנֵן 2 S 7 13. 1 Ch 17 12, הֵכִין 22 10 ' stabilire '; solium (regnum) alcs יִכּוֹן, נָכוֹן ' firmiter stat ' 2 S 7 16. 1 R 2 45. Ps 89 38. Pr 16 12 al.; וְהוּכַן Is 16 5: 1 R 2 33. Ps 89 30. 37. 45 al.; rex יָשַׁב עַל־כִּסְאוֹ (ets.) = ' regnum capessivit, regnare incepit ' Dt 17 18: 1 R 1 46. 2 12. Est 1 2 (עַל־כִּסֵּא דָוִד Jr 17 25. 22 2, ע"כ הַמְּלָכִים 2 R 11 19, ע"כ יִשְׂרָאֵל 1 R 8 20. 2 Ch 6 10, ע"כ יהוה 1 Ch 29 23): cf. יָשַׁב Q. 1 sub finem; de successoribus in regno dic. הַיֹּשְׁבִים לְדָוִד עַל־כִּסְאוֹ Jr 13 13, sim. 2 R 10 30. 15 12, יֵשְׁבוּ לְכִסֵּא לָךְ Ps 132 12, cf. 11; alqm ' in throno constituere ', regem facere 1 R 2 24 (הוֹשִׁיב). 2 R 10 3 (שִׂים). 2 Ch 9 8 (נָתַן); כ' הַוּוֹת ' regimen iniquitatis ' Ps 94 20. — 3) Iahve in throno sedens apparet et a poëtis sic describitur: Is 6 1. Ez 1 26. 10 1. 1 R 22 19: Ps 9 8. 103 19, caelum est thr. Dei Is 66 1. Job 26 9 (h. l. frt. lgd. כֶּסֶה), in caelo Ps 11 4. 103 19; thr. = regnum Thr 5 19. Ps 92 2; Ierusalem thr. (residentia) Iahve Jr 3 17, templum 14 21. 17 12: Ez 43 7. [ass. *kussu*; a/s. כּוּרְסְיָא, ar. *kursî.*]

כֶּסֶא Pr 7 20, כֶּסֶה Ps 81 4 *plenilunium.* [nh. luna decrescens, sy. *kes(')ā* tempus lunae deficientis.] †

כסה ╫ Q. ptc. כֹּסֶה *celavit, dissimulavit* Pr 12 16. 23; ptc. pass., st. c. כְּסוּי *tectus* Ps 32 1 (v. J. 121 o). — Ni. pf. 3 f. נִכְסָתָה, inf. הִכָּסוֹת: *obtecta est* res Jr 51 42, c. בְּ: Ez 24 8.— Pi. pf. כִּסָּה etc., ipf. יְכַסֶּה, narr. וַיְכַס, iuss. יְכַס (c. sfx. ╫ כִּסָּמוֹ, ipf. יְכַסֻּמוֹ, יְכַסְיֻמוּ k, יְכַסְיֻמוֹ), ipr. pl. c. sfx. כַּסּוּנוּ, inf. כַּסּוֹת, ptc. מְכַסֶּה: 1) *texit, obtexit* etc.; construitur varie: seq. acc. rei tectae Gn 38 15. Ex 10 5 al., et add. acc. tegminis: תְּהוֹם כִּסִּיתוֹ (ה') ' aquis abyssi texisti eam ' Ps 104 6: Ez 16 10. 18 7. Mal 2 13 vel בְּ (instr.) tegminis: וְכִסָּהוּ בֶּעָפָר Lv 17 13. Nu 4 5. Jdc 4 18; vel seq. עַל rei tectae 2 Ch 5 8 et acc. tegminis Job 36 32 (' manus suas tegit, armat, fulminibus '). Mal 2 16 (' eum qui tegit, i. e. maculat, vestem scelere '), sive בְּ tegminis Lv 17 13. Ps 44 20; alibi subi. vb[i] est res tegens: ' tenebrae operient terram ' Is 60 2: Lv 4 8. Nu 16 33. Is 11 9. Hab 2 14. Ps 106 17; aliquis tegit faciem (velo) Gn 38 15. Ez 12 6, pauperem veste Ez 16 10, terram exercitus irruens Nu 22 5. Jr 46 8. Ez 38 9, catervae animalium Ex 8 2. 10 5. 16 13. Is 60 6; lepra tegit cutem Lv 13 12, adeps intestina Ex 29 13; alqm *obtegit, opprimit* ignominia Jr 3 25. Mi 7 10, pudor Ps 44 16: Ez 7 18. Hab 2 17; — omisso

acc° ‘se, corpus suum’ dic. וַיְכַס שַׂק *induit* saccum Jon 3 6, תְּכַסֶּה־בָּהּ ‘quo te involvis’ Dt 22 12; Ds *tegit, ignoscit* peccata Ps 85 3. Neh 3 37. — 2) *celavit, reticuit:* c. acc. rei Gn 37 26. Ps 40 11. Pr 11 13. 17 9, add. מִן ab alqo Gn 18 17; c. עַל personae, sc. eius crimen Dt 13 9; i. q. *non confitetur* alqd Ps 32 5. Pr 28 13; Job 31 33; *dissimulavit* rem Pr 10 11. 18. 26 26 (lgd. מְכַסֶּה, GSV). — Pu. pf. pl. כֻּסּוּ, ipf. יְכֻסֶּה etc., ptc. מְכֻסֶּה: *tectus est,* ptc. *indutus* re בְּ 1 Ch 21 16; fenestrae *obtectae* Ez 41 16; *tecta est res* Gn 7 19 s, c. acc. rei tegentis Ps 80 11. Pr 24 31, c. בְּ Ec 6 4. — Htp. narr. וַיִּתְכַּס etc. (Pr 26 26 ipf. תִּכַּסֶּה, J. 53 e, sed ibi lgd. מְכַסֶּה), ptc. מִתְכַּסֶּה: *se texit* velo Gn 24 65, cilicio Jon 3 8 (acc.), seq. בְּ 1 R 11 29. 2 R 19 1 s. Is 37 1 s. 59 6. [ar. *kasâ(w)* vestivit, a/s. *kassî* texit.] Deriv. כְּסוּי, כְּסוּת, מִכְסֶה.

כֶּסֶה, כֵּסֶה, v. כֶּסֶא, כֵּסֶא.

כְּסוּי *velum* Nu 4 6. 14. †

כְּסוּת (J. 88 Mj), sfx. כְּסוּתָם, f.: *tegumen* dormientis Ex 22 26, μ Job 26 6; *indumentum* Ex 21 10. Dt 22 12. Is 50 3. Job 24 7. 31 19; donum alci placando (pro defectu inculpabili) datum voc. כְּ׳ עֵינַיִם Gn 20 16 (cf. 32 21 כִּפֵּר פָּנָיו). †

ꟸ כסח Q. כָּסוּחַ *amputatus, abscissus* Is 33 12. Ps 80 17. [a/s. כְּסַח id.; ar. *kasaḥa* everrit, amovit.] †

ꟸ [1] כְּסִיל, pl. כְּסִילִים 1) *stultus, insipiens,* potiss. qui detractat et odit sapientiam ac probitatem; ‖ בַּעַר Ps 49 11, בֹּעַר 92 7. 94 8, נָבָל Pr 17 21, לֵץ Pr 1 22. 19 29, פֶּתִי 8 5; opp. חָכָם Pr 3 35. Ec 2 14, עָרוּם Pr 12 23. 13 16, נָבוֹן 14 33, מֵבִין 17 24; est simul impius Pr 10 23. 13 19. 14 16. 15 20. Ec 4 17. 5 3; vox occurrit 49ies in Pr, 18ies in Ec. — 2) *piger, neglegens* Ec 4 5. 10 15, frt. Pr 19 10 al. [כָּסַל.]

▲ [2] כְּסִיל: 1) Jos 15 30 *Cesil* LXX[B] Βαιθήλ, ‖ 19 4 בְּתוּל, 1 Ch 4 30 בְּתוּאֵל q. v. (n. 2). — 2) Job 9 9 *Orion* (LXX Ἕσπερος). 38 31 *Arcturus* (Ὠρίων). Am 5 8 *Orion* (LXX om.); prob. Orion, sidus australe formam viri exhibens cingulo et tribus gladiis conspicui; sec. Dalman = Sirius. Pl. כְּסִילִים Is 13 10 (V. *splendor,* LXX ὁ Ὠρείων) = Oriones i. e. sidera maiora splendore Orioni similia. Cf. Mowinckel, D. Sternnamen im A. T. (1928) 36-45; Dalman, Arbeit u. Sitte I/2 (1928) 497 s. 500. †

ꟸ כְּסִילוּת *stultitia* Pr 9 13. [1]

כָּסַל *, ipf. יִכְסָלוּ: *stultus fuit* Jr 10 8. [primitus frt. crassus, carnosus fuit (inde [1] כֶּסֶל), deinde firmus, robustus f. (inde [2] כֶּסֶל 1) et iners, piger (ar. *kasila*), stultus f. (hinc [2] כֶּסֶל 2, [1] כְּסִיל).] [1]

[1] כֶּ֫סֶל *, כָּסֶל Job 15 27, pl. כְּסָלִים: *lumbus, lumbi* animalis Lv 3 4. 10. 15. 4 9. 7 4; hominis, ut sedes pinguedinis Job 15 27, doloris Ps 38 8, voluptatis Sir 47 19. †

ꟸ [2] כֶּסֶל, Ps 49 14 כֶּ֫סֶל, sfx. כִּסְלִי etc.: 1) firmitas, *fiducia* Ps 49 14. 78 7; meton. *is* vel *id cui confiditur* Pr 3 26. Job 8 14. 31 24. — 2) *stultitia* (‖ הוֹלֵלוֹת) Ec 7 25. — Cf. lat. *securitas* = timoris absentia, et: incuria, neglegentia. †

ꟸ כִּסְלָה 1) *fiducia* Job 4 6 (‖ תִּקְוָה). — 2) *stultitia* peccatorum Ps 85 9 (G pro לְכִסְלָה lg. לְבָם לֹה aut לֵב סֶלָה). †

▲ כִּסְלֵו *Casleu,* mensis nonus (Nov.-Dec.) Zch 7 1. Neh 1 1; (cf. 1 Mac 1 54. 4 52. 2 Mac 1 9. 18. 10 5 Χασελευ), IFl XII 5, 4; 7, 6 Χασλεύ, maced. Ἀπελλαῖος, ass.-bab. Kislîvu (Kislîmu), in inscript. Palmyrenis כסלול. †

▲ כְּסָלוֹן *Cheslon,* oppidum in limite N Iuda Jos 15 10; hodie Keslâ, ca 14 km W a Ierusalem. Cf. SWP, Mem. III 25 s. PJB 1928, 29 s. AASOR IV, 126. [1]

▲ כְּסָלוֹן *Chaselon,* Beniaminita Nu 34 21. [1]

▲ [הַ]כְּסֻלּוֹת *Casaloth,* urbs in Issachar Jos 19 18; prob. distincta a כִּסְלֹת תָּבֹר q. v. Cf. IFl, Bell. III 3, 1 Ἐξαλώθ in magno campo (Esdrelon); Vita 44 Ξαλώθ. Cf. ZAW 44 (1926) 226. [1]

▲ כַּסְלֻחִים Gn 10 14 *Chasluim,* 1 Ch 1 12 *Casluim,* populus a Mesraim originem ducens (LXX Gn Χασμωνιείμ, 1 Ch A Χασλωνιείμ); sec. W. M. Müller in OLZ 5 (1902) 474: נסמנים (cf. LXX) = Νασαμῶνες, tribus libyca prope Ammonium (Hdt. 2, 32; 4, 172. 182. 190), sec. König (Wörterb. s. v.) Casiotis (regio ab ostio Pelusiano per montem Casium usque Gazam), a monte Casio, aeg. *As-rkḥ.* †

▲ כִּסְלֹת תָּבֹר *Ceseleththabor* in confiniis Issachar et Zabulon Jos 19 12; cf. Onom. 28.22-4 Ἀχεσελώθ = Χσαλούς 8 mil. pass. E a Diocaesarea (Sepphori) iuxta montem Thabor (cf. 22 4 s. 174 2. 11 s); hodie Iksâl, W a monte Thabor, ESE a Nazareth. Cf. Guérin, Gal. I 108. SWP, Mem. I 365 s. PJB 22 (1926) 60. [1]

× כָּסַם*, inf. a. כָּסוֹם, ipf. יִכְסְמוּ *totondit* caput Ez 44 20. †

כֻּסֶּמֶת Ex 9 32. Is 28 25, pl. כֻּסְּמִים Ez 4 9: ὀλύρα, ζέα, *far,* prob. tritici species, prob. Triticum spelta Linné (Spelt, épeautre, vel Tr. dicoccum (Emmer); v. Löw, Aram. Pflanzennamen 105 s. 228 s, n. 72 et 170; Realia 435. [כָּסַם; aristae eius, hordeo comparatae, tonsae esse videntur.] †

כסס Q. ipf. pl. תָּכֹסּוּ: *in partes minutas comminuit* [ita ass. *kasâsu,* ar. *kassa,* nh. *mandit*]; hinc: convivium praeparans, *mente... divisit,* i. e. convivarum et portionum *computum fecit,* seq. עַל rei dividendae Ex 12 4. [1]

כָּסַף*, ipf. יִכְסֹף: *desideravit,* לְ alqm Job 14 15, לְ et inf. Ps 17 12. — Ni. pf. נִכְסַף* etc., inf. a. נִכְסֹף: 1) *desideravit* לְ Gn 31 30. Ps 84 3. — 2) prob.: *prae pudore expalluit, eum puduit:* ptc. in לֹא נִכְסָף So 2 1 *impudens, pudore carens* (V non amabilis, GS indisciplinatus). [cf. ar. *kasafa* tristi colore vel vultu fuit; nh. Hi. expalluit, pudefecit.] †

כֶּסֶף (כָּסֶף), sfx. כַּסְפִּי etc., pl. sfx. כַּסְפֵּיהֶם: 1) *argentum,* metallum nobile, effossum Job 28 1, passim vel solum vel cum aliis metallis memoratum Ex 25 3. Nu 31 22. Jos 6 19. 2 S 21 4. Ez 27 12 al.; כ׳ וְזָהָב possessio divitum Gn 24 35. Nu 22 18. Ps 119 72; gen. materiae: כְּלֵי־כֶסֶף 'vasa argentea' Gn 24 53 al.; אֱלֹהֵי כ׳ Ex 20 23. Is 2 20; appositio: מִזְרָק אֶחָד כ׳ 'cyathus unus argenteus' Nu 7 13 b ss. — 2) *argentum in commercio, mercatura etc.,* i. e. *a*) *pecunia* generatim, Gn 31 15. 42 25 (pl. de singulorum pecuniis). 43 12. 47 14. Ex 21 35. Nu 3 48 al.; בַּכֶּסֶף 'pro pecunia' emere Dt 2 6. Is 43 24, vendere Dt 2 28. 14 25. 21 14; בְּכֶסֶף 'pro pecunia' aquam bibere Thr 5 4, divinare Mi 3 11; לֹא בְכֶסֶף Is 52 3, בְּלֹא כ׳ 55 1, אֵין כ׳ Ex 21 11 'gratis'; מִקְנַת־כ׳ Gn 17 12, קִנְיַן כ׳ Lv 22 11 'pro pecunia emptus'; כ׳ הַשָּׂדֶה 'pcn. pro agro data' Gn 23 13: 44 2 b; כ׳ עֶרְכְּךָ 'pretium taxatione determinatum' Lv 27 15; — *b*) *pecunia in forma laminarum argentearum* determinati ponderis, scil. talenta, sicli, minae: *a*) כִּכַּר talentum: כִּכַּר כֶּסֶף 2 R 5 22; עֶשֶׂר כִּכְּרֵי־כ׳ 5 5, ets.; — *b*) שֶׁקֶל siclus, α) nominato siclo: חֲמִשָּׁה שְׁקָלִים כ׳ Lv 27 6: Gn 23 16. Lv 27 3. Jos 7 21 al.; רֶבַע שֶׁקֶל כ׳ 'quarta pars sicli argentei' 1 S 9 8; β) saepe, omissa voce שֶׁקֶל, dic. עֲשֶׂרֶת כֶּסֶף '10 sicli argentei' Jdc 17 10, ergo כֶּסֶף = ... *sicli argentei,* ex. gr. עֶשְׂרִים כ׳ viginti... Gn 37 28, מֵאָה כ׳ Dt 22 19, אֶלֶף כ׳ Gn 20 16: Gn 45 22. Jdc 9 4. 1 R 10 29. Is 7 23. Ct 8 11 al.; γ) מָנִים minae: כֶּסֶף מָנִים אֲלָפִים Esr 2 69: Neh 7 71. [ass. *kaspu,* a/s. כַּסְפָּא, *kespā*; a colore pallido (cf. כָּסַף)? an = ar. *kasb* lucrum (Jensen)?]

ₐ כָּסִפְיָא *Chasphia,* pagus in Babylonia Esr 8 17; situs incertus.[1]

× כֶּסֶת* [nh.], pl. כְּסָתוֹת (J. 89 p), sfx. כִּסְּתוֹתֵיכֶנָה (J. 18 k. 94 i) *parvum pulvinar (Kissen, coussin)* ad fulcienda brachia Ez 13 8. 20; S. Ephrem explicat: amuleta magica brachiis applicata [cf. ass. *kasû* (magice) ligavit]. †

כָּעַס, ipf. יִכְעַס, inf. כְּעוֹס: *animo doluit* varie: *taedio curarum et rerum adversarum affectus est, stomachatus est* Ps 112 10. Ec 5 16. 7 9. Neh 3 33; ×alci irascitur rex 2 Ch 16 10 (אֶל), Ds Ez 16 42. – **Pi.** pf. 3 f. c. sfx. כִּעֲסַתָּה, 3 pl. c. sfx. כִּעֲסוּנִי: *animi dolore affecit, offendit* alqm verbis 1 S 1 6 (add. acc. int. כַּעַס), Dm actibus Dt 32 21. – **Hi.** הִכְעִיס, ipf. יַכְעִיס* etc. (sfx. תַּכְעִסֵנָה, אַכְעִיסֵם), narr. וַיַּכְעֵס, inf. הַכְעִיס, ptc. מַכְעִיס: 1) *animi dolore affecit, contristavit, offendit:* mulier aliam 1 S 1 7; — homo Dm peccando *offendit:* וַיַּכְעֵס אֶת־יהוה 1 R 22 54: Jdc 2 12. Jr 7 19 al., add. acc. obi[1] interni (J. 125 q) 1 R 15 30; add. בְּ instr.: בְּפִסְלֵיהֶם ‘idolis suis’ Jr 8 19. 25 6. Dt 32 16 al.; לְהַכְעִיסֵנִי בְּ ‘offendendo me per...’ 1 R 16 2: Dt 31 29 (J. 124 l); verbis peccandi add. לְהַכְעִיסוֹ (etc.) Dt 4 25. 9 10. 2 R 17 17 al., absolute: לְהַכְעִיס ‘delinquendo’ 2 R 21 6; הִכְעִיס אֶפְרַיִם ‘deliquit E.’ Os 12 15. — 2) *dolore affecit, contristavit* Ds alqm, poenas infligens: add. בְּ instr. Dt 32 21 b; cor alcs Ez 32 9; alqs (suo modo loquendi vel agendi) *offendit* apud לְנֶגֶד alios Neh 3 37. [aram. כְּעַס, Aph. הַכְעֵס.] Deriv. כַּעַס, כַּעַשׂ.

כַּעַס, sfx. כַּעְסִי, כַּעְסוֹ, כַּעַסְךָ, pl. כְּעָסִים: 1) *animi dolor ac maeror* aliorum agendi modo vel rebus adversis, curis, sollicitudine etc. provocatus: 1 S 1 6. 16. Ps 6 8. 10 14 (עָמָל וָ'). 31 10, Dei ob peccata *indignatio* Ps 85 5; hominis curis occupati *animi molestia ac taedium* Ec 1 18. 2 23. 7 3. 11 10; stultorum *indignatio et ira* Pr 12 16. 27 3. Ec 7 9. — 2) meton. *causa maeroris et indignationis* Pr 17 25; *modus agendi Dm offendens* Dt 32 19. 1 R 15 30. 21 22. 2 R 23 26 (plur.), verba talia Dt 32 27; c. gen. appos. כַּעַס קָרְבָּנָם ‘munus suum Dm offendens’ Ez 20 28; אֵשֶׁת כַּעַס ‘mulier alios lacessens’ Pr 21 19. †

× **כער** **Pu.** ptc. מְכוֹעָר *deformis* Sir 11 2; ethice *turpis* 13 21. [item nh. כָּעוּר, aram. מְכַעַר; ar. *kaʿira* gibber.] †

‡ **כַּעַשׂ** *animi afflicti dolor* Job 5 2. 6 2. 17 7; *animi offensi indignatio* 10 17. (שׂ || ס Joü. 5 m). †

כַּף, sff. כַּפִּי..., du. כַּפַּיִם, כַּפֵּי, sfx. כַּפַּי..., ‡ כַּפֵּימוֹ (Job 27 23 = כַּפָּיו), plur. כַּפּוֹת (quo sensu v. infra), f. 1) **manus** (*NB.* dum יָד est magis manus cum brachio, manus extensa, potentia, latus, כַּף est manus sola, praesertim flexa, concava, alqd circumplectens, rapiens, volâ apertâ concavâ tenens; sed saepe sunt plane aequipollentia); *manus ad capiendum tenendumve concava, vola:* מְלֹא־כַף alcs rei ‘tantum ut volam impleat’ 1 R 17 12. Ec 4 6, מִלֵּא כַפּוֹ re ‘manum implere’, eam prehendere Lv 9 17. Ps 129 7. Ec 4 6; liquor funditur ‘in manum’ alcs: Lv 14 15-18. 29; alqd provide portandum ponitur עַל־כַּ" Ex 29 24. Lv 8 27. Ps 91 12, demitur מֵעַל־כַּ" Lv 8 28 (μ ‘posui animam m. in manibus m. בְּכַפִּי = me vitae periculo exposui’ [res super volas posita facile labitur] Jdc 12 3: 1 S 19 15. 28 21 al., נַפְשִׁי בְכַפִּי ‘vita m. versatur in periculo’ Ps 119 109, cf. Bib 3, 70); scribere super manum s. (ne oblivioni detur) Is 49 16; בְּתָפְשָׂם בְּךָ בַכַּף ‘quando te manu comprehenderunt’ Ez 29 7: 21 16 (rem). 29 (passive). Is 62 3. Pr 31 19; manus largiens Pr 31 20; quem hostis rapuit, est ‘in manu (μ potestate) eius’: hinc בְּכַף פ" ‘in manum alcs’ tradere alqm Jr 12 7, בּוֹא ‘incidere’ Pr 6 3, מִכַּף פ' ‘e manu (pot.) alcs’ alqm salvare, eripere 1 S 4 3.

2 S 14 16. Is 38 6. Mi 4 10. Hb 2 9; manus laborantis Mi 7 3. Ps 81 7. Pr 10 4. 31 13, יְגִיעַ כ׳ 'manu factum' Job 10 3, 'manuum labore acquisitum' Ag 1 11. Ps 128 2: Pr 31 16; manus agens פֹּעַל כַּפָּיו Ps 9 17, תְּבוּנוֹת כ׳ 'prudentia in modo agendi' 78 72; actiones per motus manuum describuntur: orans extendit manus פֵּרַשׂ Is 1 15 (TM Pi.). Jr 4 11 al., שִׁטַּח Ps 88 10, נָשָׂא Ps 63 5. Thr 2 19, מַשְׂאַת כַּפַּי oratio expansis man. Ps 141 2; paciscens, promittens complosa manu cum alterius se obligat תָּקַע כַּף Pr 6 1. 17 18. 22 26; iubilans מָחָא כַף Is 55 12. Ps 47 2. 98 8, animo commotus הַכֵּה בְכַפְּךָ Ez 6 11, opus grande aggrediens הַכֵּה כַף אֶל־כַּף 21 19. 22, irridentes סָפְקוּ כ׳ Thr 2 15: Job 27 23, item הִכֵּיתִי כַפִּי Ez 22 13, כַּף יָשִׂימוּ לְפִיהֶם 'reverenter tacent' Job 29 9; 'posuisti super me manum t.', occupans, tuens Ps 139 5; sensu ethico: בֹּר כַּפֶּיךָ Job 22 30 'innocentia', נְקִי־כַפַּיִם Ps 24 4 'innocens'; 'lavo in innocentia manus m.' (in testimonium conscientiae purae) Ps 26 6: 73 13; de eo qui opere peccavit, dic. בְּכַפַּי דָּבַק מאום Job 31 7, יֶשׁ־עָוֶל בְּכַפָּי Ps 7 4: Job 16 17. 1 Ch 12 17; — manus statuae: שְׁתֵּי כַּפּוֹת יָדָיו 1 S 5 4. — 2) *infima pars pedis, planta pedis,* semper cum gen. רֶגֶל Dt 2 5. 28 56 al., מִכַּף־רֶגֶל 'a planta pedis' usque etc. 2 S 14 25. Is 1 6. Job 2 7 al.; *pes* euntis vel stantis Dt 28 65, de pluribus כַּף רַגְלְכֶם Dt 11 24. Jos 1 3, כַּפּוֹת רַגְלֵי··· Jos 3 13. 4 18. Mal 3 21; de una כַּפּוֹת רַגְלַיִךְ Is 60 14, pro כַּף פְּעָמַי 2 R 19 24 legi pot. בְּכַף פְּעָמַי; pes avis Gn 8 9: Ez 1 7. — 3) sensu transl.: *a*) vas in modum volae concavum: *phiala, acerra* ets. pl. כַּפּוֹת Ex 25 29. Nu 7 14 ss passim. 1 R 7 50. 2 R 25 14. Jr 52 18 s al.; — *b*) *receptaculum concavum* fundae, in quo lapis ponitur 1 S 25 29; — *c*) concavitas iuncturae ossium, *acetabulum* femoris (Pfanne) Gn 32 26. 33; — *d*) כַּפֹּת תְּמָרִים *spathae, surculi* palmarum Lv 23 40; — *e*) in sera ianuae *pars utraque extrema crassior,* qua prehensa trahitur (Griff, handle), pl. כַּפּוֹת Ct 5 5. [ass. *kappu,* aram. nh. כַּף manus, phiala, ar. *kaff* vola, lanx; rad. כפף flectere, curvare.]

כֵּף *, pl. כֵּפִים *rupis* Jr 4 29. Job 30 6. [ass. *kâpu,* a/s. כֵּיפָא, *k(')īfā*]. †

‡ כָּפָה *, ipf. יִכְפֶּה: *repressit, inhibuit* iram Pr 21 14. [cf. ar. *kafkafa* id.] [1]

‡ כִּפָּה *surculus palmae* Job 15 32; 's. p. et arundo' μ nobiles et humiles Is 9 13. 19 15. [cf. כַּף 3 d.] †

[1] כְּפוֹ(ו)ר *pruina* Ex 16 14. Ps 147 16. Job 38 29. Sir 3 5. 43 19. [*kafara* texit.] †

[2] כְּפוֹר, st. c. pl. כְּפוֹרֵי: vas aliquod templi Esr 1 10. 8 27. 1 Ch 28 17 (Vg crateres, scyphi, leunculi). [nh. poculum]. †

כָּפִיס *trabes* aliqua, LXX κάνθαρος Hab 2 11. [1]

[1] כְּפִיר, pl. ־ים: *leo iuvenis* Is 11 6; כְּ׳ אֲרָיוֹת Jdc 14 5: Is 5 29. Job 4 10. 38 39; Ez 19 2 ss a minoribus catulis distinguitur; ceterum grandiusculus supponitur, ita ut ipse sibi praedam rapiat Jr 25 38. Ps 104 21, et sit terrori Is 31 4, eum occidere est grande facinus Jdc 14 5; — ceterum in poësi = *leo,* || שַׁחַל Os 5 14. Job 4 10, || אַרְיֵה Am 3 4. Na 2 12. Ps 17 12 al., terribiliter rugit Jr 2 15. 51 38. Zch 11 3 (cui comparatur regis ira Pr 19 12. 20 2); metaph. de homine potente Ez 38 13 (an. lgd. כְּפִירֶיהָ?). Na 2 14 (cf. 13). Ez 19 2 ss.

[2] כְּפִיר *, pl. ־ים Neh 6 2 = כָּפָר *pagus,* 'in (uno ex) pagis'; sec. alios est n. pr. pagi — vide art. seq. [1]

▲ כְּפִירָה et Jos 9 17. 18 26 הַכְּ׳, *Cephira* et Jos 9 17 *Caphira,* 18 26 *Caphara,* urbs in Beniamin Jos 9 17. 18 26. Esr 2 25. Neh 7 29; hodie Kefîre 7-8 km WSW ab el-Ğîb (Gabaon; v. Jos 9 17). Cf. Guérin, Jud. I 283-5. SWP, Mem. III 36. ZDPV 16 (1893) 46. — Sunt qui eandem urbem agnoscant

Neh 6 2 הַכְּפִירִים; sed lgd. videtur cum qor הַכְּפָרִים (cf. Vg *viculi,* LXX αἱ κῶμαι), nec Kefîra sita est in valle Ono (cf. אוֹנוֹ). †

כָּפַל *duplicavit,* i. e. *plicando duplicem fecit* pannum Ex 26 9; ptc. pass. כָּפוּל *ex panno duplicato factus* Ex 28 16. 39 9. — Ni. ipf. 3 f. תִּכָּפֵל Ez 21 19 *duplicetur* gladius, i. e. iterum et saepe adhibeatur (malunt legere Pi. תְּכַפֵּל *duplicet, iteret* gladius suos ictus). [nh.; aeth. *kafala* divisit; aram. כְּפִיל duplex; cf. ar. *qafala* reversus est]. Deriv. seq. †

ᚼ כֶּפֶל, du. כִּפְלַיִם; sg.: *aliquid duplex:* de duobus mandibulis beluae Job 41 5; du.: *duplum* Is 40 2 (v. comm.). Sir 26 1; *duplum* = multiplum, vel *plicata,* secreta sapientiae Job 11 6. †

ᚼ כָּפַן: 3 f. Ez 17 7 prob. (si lectio vera) *tortuose volvit* et extendit vinea radices suas. [cf. ar. *kafana* nevit lanam in fila (filer), involvit (cadaver linteis)]; v. l. כָּנְפָה 'ad latus flexit', a כָּנַף. [1]

ᚼ כָּפָן *fames* Job 5 22. 30 3. [a/s. כְּפַן, *k.fén* esurivit]. †

ᚼ כָּפַף, inf. כֹּף: *flexit, curvavit* caput Is 58 5 ('ut iuncus', de motitatione capitis precantium); ptc. pass. כְּפוּפִים 'curvatos, depressos' erigit Ds Ps 145 14. 146 8; in Ps 57 7 (prob. lgd. כָּפְפוּ GVgS) 'depresserunt' animam meam, me. — Ni. ipf. 1 אִכַּף *me incurvabo* coram Deo Mi 6 6. [ass. *kapâpu;* a/s. nh. Q., id.]. Deriv. כַּף, כִּפָּה. †

[1] כפר: Pi. pf. כִּפֶּר, ipf. יְכַפֵּר, ipr. inf. כַּפֵּר: 1) *demulsit (streicheln)* faciem alcs = *placavit* eum Gn 32 21; *sedavit* iram alcs Pr 16 14. — 2) *detergens, extergens removit* (cf. lat. delevit = de-levit): Ds peccata *delet, condonat:* seq. acc. rei Ps 65 4. 78 38, לְ (acc.) rei et dat. personae Ez 16 63; seq. לְ Dt 21 8 vel בְּעַד personae 2 Ch 30 18, עַל peccati Jr 18 23. Ps 79 9. — 3) in usu liturgico: *expiavit, ritus expiatorios persolvit:* pro alqo בְּעַד Lv 9 7. 16 6. Ez 45 17, עַל Lv 4 20. 8 37. Nu 8 12 al.; add. 'coram Dno' Lv 5 26. 10 17. Nu 31 50 al.; add. 'pro peccato' עַל Lv 4 35. 5 13 al., מִן Lv 4 16. Nu 6 11 al., בְּעַד Ex 32 30; add. בְּ instr. victimae oblatae Lv 5 16. 19 22. Nu 5 8; add. עַל־נַפְשֹׁתֵיכֶם 'ad tuendam vitam v.' Ex 30 15 s. Lv 17 11; seq. עַל rei vel loci expiandi et protegendi Ex 29 36. 30 10. Lv 8 15. 16 16 (add. מִן peccati); seq. acc. culpae piandae Dn 9 24, loci expiandi Lv 16 20. 33. Dt 32 43 (Ds terram suam). Ez 43 20 al.; seq. עַל victimae super quam fiunt ritus piaculares Lv 6 23. 16 17 a. 27; abs. Lv 16 32; innuitur effectus veniae impetratae Ex 32 30 ('frt. veniam vobis impetrabo'). — Pu. pf. כֻּפַּר, etc.: 1) *deletur, irritatur* pactum Is 28 18 (G. R. Driver, JThSt 34, 34 ss). — 2) *expiatur* [peccatum Is 6 7. 22 14. 27 9. Pr 16 6; *expiatio fit,* add. dat. commodi Nu 35 33, בְּ instrum. Ex 29 33. — Htp. ipf. יִתְכַּפֵּר, *expiatum, condonatum est* peccatum 1 S 3 14. — Nitpa'el (J. 59 f) pf. נִכַּפֵּר Dt 21 8 = Htp. [cf. ar. *kafara* texit, ass. *kapâru* oblinere, *kuppuru* expiare, a/s. כַּפֵּר detersit, purgavit ets.] Deriv. [3] כֹּפֶר, כַּפֹּרֶת, כִּפֻּרִים.

[2] כָּפַר *bitumine oblevit* Gn 6 14. [a [1] כֹּפֶר.] [1]

× כָּפָר*, st. c. כְּפַר in n. pris, pl. כְּפָרִים: *pagus* Ct 7 12. 1 Ch 27 25. †

▲ כְּפַר הָעַמֹּנִי (q הָעַמֹּנָה) (i. e. Vicus Ammonitarum) *villa Emona,* urbs in Beniamin Jos 18 24; situs ignotus. [1]

[1] כֹּפֶר *bitumen, asphaltus* Gn 6 14. [ass. *kupru* pix, frt. etiam bitumen.] [1]

[2] כֹּפֶר, sfx. כָּפְרוֹ etc.: id quod expiandi vel placandi causa datur cf. כִּפֶּר], ut *pretium redemptionis,* quo quis sibi vitam servare vult Ex 21 30. Pr 6 35. Job 33 24 μ;

c. gen. vel sfx. eius qui (quod) servatur Ex 30 12. Ps 49 8. Pr 13 8, add. לְ 'pro' Nu 35 31 s; *munusculum* pro actione iniqua 1 S 12 3. Am 5 12; — 'כּ voc. *is qui traditur, ut alius liberetur* Is 43 3 vel dum alius liberatur Pr 21 18 (cf. 11 8) et id malum quod quis patitur, ut a maiore malo praeserve-tur Job 36 18. †

³ כֹּפֶר *pagus* 1 S 6 18. ¹

⁴ כֹּפֶר, pl. כְּפָרִים: κύπρος, *cyprus,* arbuscula floribus odoratis Ct 1 14. 4 13; cf. Post, Flora of Syria; Gesenius, Thesaurus 708; Realia 416. †

כִּפֻּרִים pl. ttm. (J. 88 I e) *expiatio*: Ex 29 36 Vg, Raši 'ad...'; יוֹם (הַ)כִּ׳ 'dies expiationis', 10. dies 7ⁱ mensis Lv 16 descriptus: Nu 23 27 s. 25 9; g. qualit. = *piacularis:* אֵיל הַכִּ״ Nu 5 8: Ex 30 10. 16. Nu 29 11. †

כַּפֹּרֶת *operculum* aureum arcae foederis, cuius nomen a ritibus sollemnibus expiationis [כִּפֶּר; Lv 16] censebatur significare ἱλαστήριον, *propitiatorium,* S *ḥusâjā:* Ex 25 17-22. 26 34. 30 6. 31 7. 35 12. 37 6-9. Lv 16 2. 13 ss. Nu 7 89. 1 Ch 28 11. [ar. *kafara* texit.] †

‡ כפשׁ Hi. pf. c. sfx. הִכְפִּישַׁנִי *curvavit, in miserum statum prostravit* me Thr 3 16 in cinerem; GV cibavit, S conspersit me cinere. [cf. ar. *kafisa* est cruribus contortis, nh. כָּפוּשׁ intro flexus.] ¹

כַּפְתּוֹר, pl. ־ים: plantae *bulbus,* crassior aliqua excrescentia (Knollen, Knopf: bouton: knob, ets.); hinc: 1) ornamentum candelabri aurei bulbiforme: G σφαιρωτήρ, Vg *sphaerula* Ex 25 31-36. 37 17-22. — 2) *capitellum* columnae Am 9 1. So 2 14. †

▲ כַּפְתּוֹר et Dt 2 23 כַּפְתֹּר, *Cappadocia* Dt 2 23. Jr 47 4 (אִי כּ׳). Am 9 7 (LXX Καππαδοκία et Jr 47 4 τῶν νήσων = הָאִיִּים), regio unde venerunt Philisthiim Jr 47 4 (LXX om. Philisthiim). Am 9 7; n. gent. כַּפְתֹּרִים *Caphtorim* (et Dt 2 23 *Cappadoces*) Gn 10 14. Dt 2 23. 1 Ch 1 12 (LXX Gn 10 14 Χαφθοριείμ, Dt 2 23 Καππάδοκες, 1 Ch 1 12A Χαφοριειμ); ex opinione communiore Creta (v. comm.), sec. Müller, AE 387 s litora SW Asiae Minoris et insulae maris Aegaei; ita fere etiam G. A. Wainwright in PEF 63 (1931) 203 ss. †

▲ כַּפְתֹּר et n. gent. כַּפְתֹּרִי v. כַּפְתּוֹר.

¹ כַּר *, st. c. כַּר: *sella* camelina, sc. magna corbis in dorso cameli fixa, in qua mulieres iter facientes sedent, Gn 31 34. [nh. = pulvinus; cf. ar. *kûr* sella, *kâra* in dorso portavit]. ¹

² כַּר, pl. כָּרִים: 1) agnus Dt 32 14. 1 S 15 9. 2 R 3 4. Is 16 1 (ut tributum regi missum). 34 6. Jr 51 40. Ez 27 21. 39 18 μ. Am 6 4. — 2) *machina bellica* ad oppugnandam urbem, *aries* (Sturmbock, bélier, battering-ram) Ez 4 2. 21 27. [כרר]. †

‡ ³ כַּר, pl. כָּרִים *arvum, pratum* Is 30 23. Ps 37 20. 65 14. †

▲ כֹּר v. כָּרִי.

כֹּר, pl. כֹּרִים: *corus,* mensura frumenti 1 R 5 2. 25 a. 2 Ch 2 9. 27 5 et liquorum 1 R 5 25 b. Ez 45 14 (= 1 חֹמֶר, cf. 11); 1 corus = 10 epha aridorum, 10 bat liquorum = fere 393 litra; cf. LB III 166; Realia 592. †

× כִּרְבֵּל *, ptc. pass. מְכֻרְבָּל *decore cinctus vel indutus* 1 Ch 15 27. [cf. ar. *karaba* et *kabala* strinxit vinculis ets.] ¹

¹ כָּרָה (sfx. כָּרוּהָ), ipf. יִכְרֶה: *fodit, effodit* sepulcrum Gn 50 5. 2 Ch 16 14, puteum Gn 26 25. Nu 21 18, cisternam Ex 21 33, ‡ foveam alci perdendo (metaph.) Jr 18 20. 22. Ps 7 16. 57 7. 119 85. Pr 26 27 (hinc *moliri hostiliter* malum Pr 16 27); *fodit* aquam Dt 2 6; 'aures forasti mihi', ut audiam et oboediam, a me exigis Ps 40 7; de Ps 22 17 v. כּוּר. — Ni. נִכְרָה Sir 50 3, ipf. יִכָּרֶה *fossus est* Ps 94 13. [nh.; ar. *kara(j).*] †

²כָּרָה*, ipf. תִּכְרוּ, narr. c. sfx. וָאֶכְּרֶהָ (TM falso בְּ Os 3 2): 1) ǂ *mercatus est, de vendendo emendove egit cum algo,* עַל 'de' Job 6 27. 40 30. — 2) *emit, sibi pretio acquisivit* rem מֵאֵת Dt 2 6, uxorem Os 3 2. [ar. *karâ(j)* pro pretio collocavit.] †

³כָּרָה*, narr. וַיִּכְרֶה: *paravit* epulas כֵּרָה 2 R 6 23. [ass. *karû* invitavit, cf. ar. *wakara wakîrah* paravit epulum aedificio finito.][1]

כֵּרָה *epulae* 2 R 6 23. [ass. *kirêtu* invitatio.][1]

כְּרוּב, pl. כְּרֻבִים *cherub, cherubîm:* custodes paradisi Gn 3 24; depingitur Ds apparens ut cherubo innitens 2 S 22 11 || Ps 18 11; cherubim exhibentur ut naturae spirituales Deo servientes Ez 9 3. 10 4-22; cherubo comparatur princeps Tyri 28 14. 16; — statuae duae ligneae auro ductili coopertae, ex utraque parte propitiatorii (כַּפֹּרֶת) stantes, alis extensis sese mutuo et propitiatorium respicientes Ex 25 18-20. 22. 37 7-9. Nu 7 89. 1 R 6 23-28. 8 6 s. 1 Ch 28 18. 2 Ch 3 10-13. 5 7 s; figurae velis intextae Ex 26 1. 31. 36 8. 35. 2 Ch 3 14; figurae parietibus tabulisve insculptae 1 R 6 29. 32. 35. 7 29. 36. Ez 41 18. 20. 25. 2 Ch 3 7; Ds vocatur יֹשֵׁב (הַ)כְּ׳ 1 S 4 4. 2 S 6 2. 2 R 19 15. Is 37 16. Ps 80 2. 99 1. 1 Ch 13 6. Cf. J. Nikel, Lehre des A. T. über die Cherubim u. Seraphim (1890). [cf. ass. *karâbu* favere, benedicere; *karûbu* potens, benevolus.]

▲כְּרוּב *Cherub,* urbs vel regio babylonica Esr 2 59. Neh 7 61. †

▲ [הַ]כָּרִי 2 R 11 4. 19 (LXX τὸν Χορρει, V 11 19 *Cerethi*), sec. plerosque = Cares (cf. Hdt. 2, 154), corporis custodes regis, satellites (praetoriani); sec. König (Wörterb. s. v.) part. verbi כּוּר, = carnifices (|| רָצִים); alii: mendose loco כְּרֵתִי (q. v.), sicut 2 S 20 23 (cum q, LXX (B) A). †

▲ כְּרִית *Carith* torrens, apud quem Elias delitescebat 1 R 17 3. 5: prob. W. Jābis, influens ab E in Iordanem, transiens prope Tisbeh (Lisdib). Cf. On. 175. Alias sententias vide apud Abel II 484 s.

כְּרִיתוּת, sfx. כְּרִיתֻתֶיהָ (J. 94 j): *repudium;* סֵפֶר כְּ׳ 'libellus repudii' Dt 24 1. 3, metaph. Is 50 1. Jr 3 8. [כָּרַת.] †

כַּרְכֹּב, sfx. כַּרְכֻּבּוֹ (G ἐσχάρα, V arula) Ex 27 5. 38 4 sec. recentes *margo ambiens prominens* arae (Gesims, corniche, border, rim). †

כַּרְכֹּם Ct 4 14 κρόκος, *crocus.* Crocus sativus Linné (echter Safran, safran) ex Iridaceis. Cf. Hehn-Schrader, Kulturpflanzen[8] (1911) 264-70; Löw, Aram. Pfl. (1881) 215-20, n. 162; Fonck in LB I 1011-13.[1]

▲ כַּרְכְּמִישׁ et Jr 46 2 כַּרְכְּמִשׁ, *Charcamis,* urbs sita ad ripam W Euphratis Is 10 9. Jr 46 2. 2 Ch 35 20; ass. Kargamiš (Gargamiš), aeg. K-r-k-m-š; hodie Ğerablûs ca 100 km NE ab Aleppo. Cf. J. Menant, Karkemish 1891; Hogarth and Woolley, Carchemish. Report on the Excavations at Djerabis. 2 voll. 1914. 1921; Unger in Reallex. d. Vorgesch. VI, 225-29. †

▲ כַּרְכְּמִשׁ v. כַּרְכְּמִישׁ.

▲ כַּרְכַּס *Charchas,* eunuchus Est 1 10 (G Θαραβα).[1]

כִּרְכָּרוֹת Is 66 20 G σκιάδιον (rheda cum umbraculo), SV *carruca* (currus itinerarius), Kimchi et cum eo recentiores *camelae veloces.*[1]

מָה, מֶה, מַה־ vel (raro) ·מַ, מָ vocabulo praefixum (de vocali subscribenda consule grammaticas ut: BL § 33 c – i, Joü. 37 b, c): pronomen interrogativum pro rebus = *quid?;* usuvenit ut nominativus, accusativus, genetivus et cum praepositionibus: מַה־מַּעֲשֵׂיכֶם ‘ quid est opus vestrum? ’ Gn 46 33; מַה־תְּבַקֵּשׁ ‘ quid quaeris? ’ 37 15 (acc° numquam praemittitur אֶת־); חָכְמַת מֶה ‘ intellectio cuius rei? ’ Jr 8 9; — מה cum praedicato nominali nnq. = *quid sibi vult, quid significat...?:* מָה הַחֲלוֹם הַזֶּה Gn 37 10: 2 S 16 2. Ez 12 22. 24 19. 37 18 al.; plenius dicitur מַה־זֹּאת *quidnam?* [cf. ar. *mâdâ*] Gn 3 13. 26 10 al., rarius מַה־זֶּה 1 S 10 11: Neh 2 4; quaestio indirecta: וְשָׁמַעְתָּ מַה־יְדַבֵּרוּ ‘ audi quid loquantur ’ Jdc 7 11: Gn 2 19. 37 20. Ex 16 15. Ps 85 9. Pr 27 1 al.; interrogatio saepe negationi aequipollet: אֵלֶּה מֶה־עָשׂוּ ‘hi quid fecerunt?’ = nihil fec. 2 S 24 17; מַה־יֹּשִׁעֵנוּ זֶה ‘ qua in re nos iuvare possit iste? ’ 1 S 10 27: Gn 23 15. Jdc 8 3. 2 R 4 43 al.; — *formulae in colloquio usitatae: a)* מַה־לְּךָ, מַה־לָּךְ ‘ quid habes (sc. desiderii, querelae ets.)? ’ Gn 21 17. Jos 15 18. Jdc 18 23. 2 S 14 5 al.; מַה־לְּךָ פֹּה ‘ quid hic habes negotii? ’ Jdc 18 3. Is 22 16: 52 5; מַה־לְּךָ כִּי תָנוּס ‘ cur fugis? ’ Ps 114 5: Is 22 1; מַה־לְּךָ נִרְדָּם ‘ cur dormis?’ Jon 1 6; — *b)* dictione מַה־לִּי וָלָךְ, מַה־לִּי וְלָכֶם unus alteri innuit eius verba, petitionem vel actionem sibi minus placere aut displicere et rogat, ut desinat, abscedat ets.: Jdc 11 12. 2 S 16 10. 19 23. 1 R 17 18. 2 R 3 13. 2 Ch 35 21; similiter: מַה־לִּי עוֹד לָעֲצַבִּים ‘ quae (= nulla!) mihi adhuc sit communio cum idolis? ’ Os 14 9; מַה־לָּכֶם וְלַיהוה Jos 22 24 (= אֵין לָכֶם חֵלֶק בַּיהוה 25): Jr 23 28; מַה־לְּךָ וּלְשָׁלוֹם = de pace tecum non ago 2 R 9 18. — 2) usus vocis latior: *a)* מה = *qualis?*: videte regionem מַה־הִיא ‘ qualis sit ’, וּמָה הֶעָרִים ‘ et quales sint urbes ’ Nu 13 18 s: Dt 32 20. 1 S 28 14 al.; מָה עַבְדְּךָ כִּי ‘ quid (cuius meriti) sum, ut ’ 2 S 9 8: Ps 8 5. 144 3. Job 7 17 al.; ‘ quam vilis ’ 1 R 9 13, ‘ cuius culpae reus? ’ Nu 16 11; — *b)* cum subst° apposito = *qui, quae, quod?*: מַה־יִּתְרוֹן לָאָדָם ‘ quod emolumentum habet homo? ’ Ec 1 3: 5 10. 6 8; מַה־בֶּצַע ‘ quod lucrum? ’ Ps 30 10: Is 40 18; subst° a מה separato (J. 144 d): מַה בְּיָדִי רָעָה ‘ quid est in manu m., quod malum sit? ’ 1 S 26 18: 2 S 19 29. Jr 2 5. Ec 11 2. Est 6 3; — *c) aliquid, quidlibet:* וְרָאִיתִי מָה ‘ et (si) videbo alqd ’ 1 S 19 3; *quidcumque:* וִיהִי מָה אָרוּץ ‘ quidquid accidat, curram ’ 2 S 18 22: Jdc 9 48. Job 13 13; לֹא ··· מָה ‘ non... quidquam ’ Gn 39 8. 2 S 18 29; — *d)* × מַה־שֶּׁ = *id quod*: מַה שֶּׁהָיָה ‘ id quod fuit ’ Ec 1 9 al.: 3 22. 8 7. 10 14 [aram. מָה דִּי]; — *e)* ut particula exclamationis, cum adiectivis et verbis: מָה־אַדִּיר שִׁמְךָ ‘ quam admirabile est n. t. ’ Ps 8 2: Gn 28 17. Ps 31 20. 66 3. 84 2. 133 1 al.; מָה־רַבּוּ צָרָי ‘ quam multi sunt hostes mei! ’ Ps 3 2, מַה־יָּגֵל מְאֹד 21 2: Nu 24 5. 2 S 6 20. Is 52 7. Ps 92 6 al.; — *f)* מה *quid est quod...? cur?* praesertim vituperando, querendo: מַה־תְּרִיבוּן עִמָּדִי ‘ cur litigatis mecum? ’ Ex 17 2: Jr 49 4. Ps 42 6. 52 3. Job 3 12: item מַה־זֶּה Jdc 18 24. 1 R 21 5. 2 R 1 5. — 3) cum prae-

positionibus: *a*) בַּמֶּה, in pausa et ante א et ה בַּמֶּה: *in qua re?* Jdc 16 5 a; *qua re involutus* Ex 22 26; *cum qua re? quid afferens?* (בְּ 4) Mi 6 6, sim. 1 S 6 2; *quanti pretii* aestimatur? Is 2 22; *qua re* (instrumento)? Gn 15 8. Ex 33 16. Jdc 16 5 b. 1 S 29 4. Ps 119 9 al.; — *b*) כַּמָּה (ut adi. attributivum כַּמֶּה) = *cui* (mensurae, numero) *par?*: כַּמֶּה שָׁנִים ‘*quot annos?*’ Zch 7 3; כַּמָּה *quot sunt* dies...? Gn 47 8. 2 S 19 35, *quanta est* longitudo Zch 2 6; כַּמָּה = *quamdiu?* Ps 35 17. Job 7 19, = *quoties?* i. e. quam saepe? Ps 78 40, quam raro! Job 21 17; — *c*) למה (ante litteras non gutturales et ה plerumque לָמָּה, raro לָמָה Job 7 20, לָמֶּה 1 S 1 8; ante א [et יהוה] et ה et ע dic. לָמָה) *ad quid? ad quem finem?* Pr 17 16 al.; saepius de causa et ratione: לָמֶה תִבְכִּי ‘quare ploras?’ 1 S 1 8; לָמָה עֲזַבְתָּנִי Ps 22 2; לָמָּה יוּמַת ‘quare (quam ob culpam) debet mori?’ 1 S 20 32: Is 58 3. Ps 42 10 et passim; quaestio ‘cur....’ saepe querendo et vituperando profertur: ‘cur ex Aegypto discessimus?’ Nu 11 20; ‘cur mihi non indicasti...’ Gn 12 18: 31 27. 44 4. Ex 2 13. Jdc 5 16. Ps 10 1. 22 2. 42 10 al.; ‘cur...’ fere = timeo ne, cave ne...: ‘cur dicant gentiles: ubi est Deus eorum?’ Ps 79 10 al.: Joel 2 17. Pr 22 27; post imperativum vel prohibitionem לָמָּה fere est i. q. פֶּן *ne*, ἵνα μή: חֲדַל־לְךָ לָמָּה יַכּוּךָ ‘desiste, ne te occidant’ 2 Ch 25 16: Pr 22 26 s. Ec 5 5. 7 16 s. Sir 8 1. 12 5. 12. 30 12; pleonastice dic. שַׁלָּמָּה ‘ut ne’ Ct 1 7, item אֲשֶׁר לָמָּה ‘(timeo) ne’ Dn 1 10 [cf. a/s. דִּלְמָא, *dalmâ*]; — *d*) יַעַן מֶה ‘*propter quid?*’ Ag 1 9; — *e*) עַד־מֶה et (ante א et יהוה) עַד־מָה *quo usque? quamdiu?* Ps 4 3. 79 5. 89 47; *quamdiu adhuc?* = post aliquantum tempus Nu 24 22; — *f*) עַל־מה *super qua re?* Is 1 5. Job 38 6. 2 Ch 32 10; עַל־מַה־זֶּה *pro qua re?* Neh 2 4; *cui rei innitens seu confidens?* = *cur?* ‘cur percussisti asinam tuam?’ Nu 22 32. 1 R 9 8. Jr 8 14. 9 11. Ez 21 12. Ps 10 13. Job 13 14.

מהה Hitpalpel הִתְמַהְמַהּ* etc., ipf. יִתְמַהְמַהּ, ipr. pl. הִתְמַהְמְהוּ, inf. הִתְמַהְמֵהַּ (sfx. מְהָם'), ptc. מִתְמַהְמֵהַּ: *cunctatus est, tardavit* facere alqd, לְ c. inf. Ps 119 60; abs., scil. proficisci Gn 19 16. 43 10, impleri Hab 2 3: Ex 12 39; *mansit* alicubi donec... Jdc 19 8. 2 S 15 28; *exspectavit* Jdc 3 26. [ar. *mah!* lente! siste! *mahah* gressus lentus.] †

מְהוּמָה, st. c. מְהוּמַת, pl. וֹת: *perturbatio, consternatio* in infortunio communi, ut peste, strage ets. Dt 7 23. 28 20. 1 S 5 9. 11. 14 20. Is 22 5. Ez 7 7. Zch 14 13. 2 Ch 15 5; *perversitas morum* Ez 22 5, pl. Am 3 9. Pr 15 16. [הום] †

▲ מְהוּמָן *Maumam,* eunuchus Est 1 10 (LXX ʽΑμάν); sec Scheft., Arisches I 47 s, bactr. *vohumanô* (animus generosus). [1]

▲ מְהֵיטַבְאֵל: 1) *Meetabel,* uxor Adad, ultimi regis Edom Gn 36 39. 1 Ch 1 50 (cf. Procksch, Gen. 215). — 2) *Metabeel,* avus Semaiae prophetae Neh 6 10. †

מָהִיר, st. c. מְהִר: 1) *velox:* scriba Ps 45 2; מ' צֶדֶק festine, sine cunctatione, iustitiam exsequens Is 16 5. — 2) *bene versatus, dexter* Esr 7 6, בְּ in re Pr 22 29. [מהר] †

מָהַל*: Q. ptc. pass. מָהוּל: (vinum) ita *mixtione debilitatum ut insipidum evaserit,* add. בַּמָּיִם Is 1 22. [cf. ar. *mahuna* debilis fuit, *mahîn* de potu qui corrumpi incipit: Hess, MGWJ 1934, 9]. [1]

מַהֲלָךְ, st. c. לַ: 1) *iter* Neh 2 6; ‘iter diei’ ut mensura viae Jon 3 3 s (cf. comm.). — 2) *ambulacrum* Ez 42 4. [הָלַךְ] †

מַהְלָךְ* (J. 88 L h, i), pl. מַהְלְכִים: *(liber) accessus* Zch 3 7. [הָלַךְ] [1]

⊹ מַהֲלָל *laus* Pr 27 21. [הִלֵּל] [1]

▲ מַהֲלַלְאֵל *Malaleel:* 1) Sethita Gn 5 12 s. 15-17. 1 Ch 1 2. — 2) Iudaeus Neh 11 4. †

⊹ מַהֲלֻמוֹת *verbera* Pr 18 6. 19 29. [הָלַם] †

מַהֲמוֹר * [nh.], pl. וֹת: *gurgites* aquae Ps 140 11, μ *pernicies;* it. Sir 12 16. †

מַהְפֵּכָה *, st. c. מַהְפֵּכַת: n. verbale *eversio, destructio* urbis [הָפַךְ]; syntactice usurpatur *a*) velut inf. Q.: כְּמַהְפֵּכַת *ut quando evertit* Ds Sodoma etc. Is 13 19. Jr 50 40. Am 4 11: Is 1 7; — *b*) velut inf. Ni. = '*ut quando eversa est* Sodoma' Dt 29 22. Jr 49 18. †

מַהְפֶּכֶת (פֶּ) *nervus,* instrumentum ligneum, quo inclusi pedes captivi in situ incommodo tenebantur Jr 20 2 (lgd. אֶל) s. 29 26; בֵּית הַמַּ' 2 Ch 16 10. [הָפַךְ] †

¹ מהר: Pi. pf. מִהַר, מִהֲרָה etc., ipf. יְמַהֵר etc., ipr. מַהֵר, מַהֲרָה etc., inf. a. et c. מַהֵר, ptc. מְמַהֵר (So 1 14 וּמַהֵר): *festinavit;* 1) intrans.: *celeriter se movit: cito cucurrit* 1 Ch 12 9, *volavit* Pr 7 23 אֶל, *cel. ivit* 1 S 9 12, הָאֹהֱלָה Gn 18 6 a, c. acc. loci Na 2 6, *exiit* Gn 43 30; *cito venit* 1 S 4 14. 25 34. 2 S 15 14; eventus *cito, mox fit,* Jr 48 16. — 2) *celeriter, cito, sine mora alqd peregit;* opus celeriter peractum indicatur addito inf°: מִהַרְתֶּן בֹּא 'cito venistis' Ex 2 18, לְ cf. inf.: מִהַרְתָּ לִמְצֹא 'cito invenisti' Gn 27 20: 18 7. 41 32. Ex 10 16. 2 S 15 14 a. Is 32 4 b (sine impedimento loquetur). 59 7 al.; saepe alterum verbum enuntiatur in forma parificata, i. e. ponitur bis pf.: מִהֲרוּ שָׁכְחוּ 'cito obliti sunt' Ps 106 13, bis וְ et pf. Gn 45 13, bis וַ et ipf. Jr 9 17, saepe bis narr.: וַתְּמַהֵר וַתֹּרֶד כַּדָּהּ 'sine mora demisit cadum s.' Gn 24 18: 44 11. Ex 34 8. Jos 4 10 al.; bis ipr. Gn 18 6 b. 19 22. Jdc 9 48. Ps 69 18 al. (מַהֲרָה וְלֵכָה 1 S 23 27), bis לְ c. inf. Ex 12 33; — וַיְמַהֵר וַיִּפֹּל 'subito cecidit' 1 S 28 20; מִהַר לְהִפָּתֵחַ '*mox* liberabitur' Is 51 14: Gn 41 32. — 3) transitive: *sine mora venire iussit* alqm 1 R 22 9 || 2 Ch 18 8: Est 5 5; cf. n. pr. לְמַהֵר שָׁלָל וגו Is 8 1; *festine peregit* opus (לְ) 2 Ch 24 5. — Ni. pf. 3 f. נִמְהָרָה, ptc. נִמְהָר: 1) *cito, mox corruit* consilium Job 5 13. — 2) ptc. *a*) *cito agens, velox* Hab 1 6; — *b*) *praepropere decernens et agens, inconsideratus* Is 32 4; — *c*) נִמְהֲרֵי־לֵב *pusillanimes* (nimis cito timentes) Is 35 4. [ar. *mahara* habilis fuit; aeth. *mahhara,* sy. *maher* docuit.] Deriv. מַהֵר, מָהִיר, מְהֵרָה.

² מהר: Q. pf. מָהֲרוּ, ipf. c. sfx. יִמְהָרֶנָּה, inf. a. מָהֹר: vb. denom.: *datā dote* [מֹהַר] *acquisivit* aliquam sibi in (לְ) uxorem Ex 22 15; sensu latiore: *pro aliquo emolumento sibi sumpsit,* colendum, alium deum Ps 16 4. †

מַהֵר (inf. a. Pi. verbi ¹מהר ut adv.) *festino, celeriter, cito* Ex 32 8. Dt 4 26. 7 4 al.; *praepropere, inconsiderate* Pr 25 8; *mox* Ps 79 8.

מֹהַר *dos,* qua uxor acquiritur Gn 34 12. Ex 22 16. 1 S 18 25. [ar. *mahr.*] †

מְהֵרָה *festinatio;* ut adv. *festine, cito* usuvenit עַד־מְהֵרָה Ps 147 15 et accus. מְהֵרָה Nu 17 11. Jos 8 19. Jdc 9 54 al., קַל מְ' Joel 4 4, מְ' קַל Is 5 26; *brevi, mox* perire Dt 11 17. Jos 23 16. Ps 37 2; לֹא···בִּמְהֵרָה haud cito = *haud facile* Ec 4 12.

▲ מַהְרַי (ed. Bomb. מַהֲרַי) *Maharai* et 1 Ch 27 13 *Marai,* princeps exercitus sub David 2 S 23 28. 1 Ch 11 30. 27 13. †

╫ מַהֲתַלּוֹת pl.: *fallaciae, fraudes* Is 30 10. [התל]¹

▲ מוֹאָב *Moab:* 1) filius Lot ex eius filia natu maiore Gn 19 37; (de etymologia cf. 19 34: מֵאָבִינוּ; 19 36 LXX ἐκ τοῦ πατρός μου = מֵאָבִי). — 2) populus ab eodem denominatus m. Nu 21 29. Jr 48 11. 13 eiusque terra E a mari Mortuo, S ab Arnon fluvio f. Jdc 3 30. 2 S 8 2b. Jr 48 4; בְּנֵי מוֹאָב 2 Ch 20 1. 10. 22 s; מֶלֶךְ מוֹאָב Nu 21 26. 22 4 (מֶלֶךְ לְמ'). 10. 23 7. Jdc 3 12 ss. 11 17. 25. 1 S 12 9. 22 3 s. 2 R 3 4. 7. 26. Jr 27 3; אֶרֶץ מ' Dt 1 5. 28 69. 32 49. 34 5 s. Jdc 11 15. 18. Jr 48 24. 33; שְׂדֵה מ' Gn 36 35. Nu 21 20. Ru 1 1. 2. 6. 22. 2 6. 4 3 (pro שְׂדֵי 1 1 ss lg. שְׂדֵה). 1 Ch 1 46. 8 8; de עַרְבוֹת (עֲרָבֹת) מ' v.

s. v. עֲרָבָה n. 1; מִדְבַּר מ' Dt 2 8 (cf. Nu 21 11) v. s. v. ▲ מִדְבָּר n. 4. — N. gent. מוֹאָבִי *Moabites* 1 Ch 11 46 et collect. Dt 23 4; מֹאָבִי Esr 9 1. Neh 13 1; f. מוֹאֲבִיָּה *Moabitis* Ru 1 22. 2 2. 6. 4 5, מֹאֲבִיָּה 2 21 (BH^3 "מו). 4 10, vel מוֹאֲבִית 2 Ch 24 26; pl. m. מוֹאָבִים Dt 2 29, מֹאָבִים 2 11; pl. f. מוֹאֲבִיֹּת Neh 13 23, מוֹאֲבִית 1 R 11 1 (BH^3 ־וֹת) et adiect. מֹאֲבִיּוֹת Ru 1 4. — Inscr. Mesa 1 ss מאב; ass. Ma'ba, Ma'aba, Mu'aba, aeg. Muaba. Cf. Abel I 278-81.

▲ מוֹאָבִית, מוֹאֲבִיּוֹת, מוֹאָבִים, מוֹאֲבִיָּה, מוֹאָבִי v. s. v. מוֹאָב n. 2.

מוֹאל Neh 12 38 k; v. ^{2}מוּל *NB.* in fine.

× מוֹבָא (c. sfx.) 2 S 3 25 q. Ez 43 11 = מָבוֹא *ingressus* (assimilatio formae ad praecedens מוֹצָא).

‡ מוג: Q. ipf. תָּמוּג, narr. וַתָּמֹוג, inf. מוּג: primitus *undavit*, vento motum, mare (cf. ar.); hinc: undarum instar *fluctuavit, tremuit* terra Am 9 5. Ps 46 7 (μ homines); cor timens *palpitat* Ez 21 20. (Is 64 6 pro וַתְּמוּגֵנוּ lgd. Po. וַתְּמֹגְגֵנוּ.) — Ni. pf. pl. נָמֹגוּ, inf. a. נָמוֹג Is 14 31, ptc. נְמֹגִים, נָמוֹג: territus *tremuit* Jos 2 9. 24. Is 14 31. Jr 49 23. Na 2 7 (palatii incolae). Ps 75 4; *huc illuc fluctuat* turba 1 S 14 16. — **Polel** ipf. c. sfx. תְּמֹגְגֵנִי, תְּמֹגְגֶנָּה: 1) terrore *tremere fecit* alqm tonitru Job 30 22 (lgd. vid. תְּשֻׁאָה): Is 64 6 (cf. Q. in fine). — 2) *undare fecit*, i. e. *pluviis inundavit* Ds terram Ps 65 11. — **Hitpolel** pf. הִתְמֹגְגוּ, ipf. תִּתְמוֹגַגְנָה, תִּתְמוֹגָג: 1) *undant, tremunt* colles Na 1 5, anima alcs in procella Ps 107 26. — 2) *undant*, multitudine spicarum, colles Am 9 13. [ar. *mâǧa (û)* fluctuat (mare, multitudo hominum), tremit (membrum), *mauǧ* unda; cf. Bib 7,165.] †

‡ מיד־מוד *: Q.* *vacillavit* res vento agitata [ar. *mâda (î)*]; **Polel** narr. וַיְמֹדֶד *vacillare fecit* terram Hab 3 6.[1]

מוֹדַע Ru 2 1 q, מֹדַע Pr 7 4, מֹדַעַת *, sfx. מֹדַעְתָּנוּ Ru 3 2: *cognitio*, metonym. = *persona bene nota*, i. e. *propinquus, affinis* Ru ll. cit., *amica* Pr 7 4. †

‡ מוט *: Q. pf. מָטָה, מָטוּ, ipf. תָּמוּט, תְּמוּטֶינָה, inf. c. מוּט, ptc. מָט: *nutavit, titubavit, vacillavit, labavit* pes Ps 38 17. 94 18 μ, homo 55 23 μ, *infirma est* manus, ad se sustentandum impotens Lv 25 35; *vacillans ivit* ad necem Pr 24 11; μ 'iustus coram impio (adversario in lite)' 25 26; — *vacillant, iam iamque corruunt* montes Ps 46 3, colles Is 54 10 a, terra Is 24 19. Ps 60 4 (i. e. populus), foedus pacis Is 54 10 b. — **Ni.** pf. נָמוֹטּוּ, ipf. יִמּוֹטוּ, תִּמּוֹט, יִמּוֹט: *titubat* alqs (in eo est ut succumbat) Ps 13 5, fundamenta terrae (ordo iuris) Ps 82 5; — alias semper cum negatione: non nutat, *firmiter stat, firmus (-a, -um) est* statua Is 40 20. 41 7, musculi carnis beluae Job 41 15, orbis, terra Ps 93 1. 96 10 al., mons Sion 125 1, urbs sacra 46 6 (invicta), radix iustorum Pr 12 3, gressus alcs (non deliquit) Ps 17 5; *non nutare, firmus stare* dicitur qui infortunio vel adversariis non succumbit, quem Ds protegit Ps 10 6. 15 5. 16 8. 21 8. 30 7 al. — **Hi.** ipf. pl. יָמִיטוּ: *ruere fecit* rem super alqm Ps 55 4. 140 11 k (cj. יַמְטֵר, cf. 11 6). — **Htpo.** pf. f. הִתְמוֹטְטָה: *vacillat* terra Is 24 19: Sir 33 2. [a/s. מָט id., ar. *mâṭa (î)* écarter, aeth. *mêṭa* vertit.] Deriv. ^{1}מוֹט.

^{1} מוֹט ‡ *nutatio, titubatio* pedis μ Ps 55 23, c. art. 66 9. 121 3 (at lgd. vid. inf. Q. לָמוּט). †

^{2} מוֹט *feretrum* ex vecte vel vectibus constans Nu 4 10. 12. 13 23, pl מֹטוֹת 1 Ch 15 15; — pro מַטֵּהוּ Na 1 13 lgd. frt. מֹטֵהוּ (v. מוֹטָה) aut cum GV מַטֵּהוּ. †

מוֹטָה, pl. מֹטֹת, מוֹטֹת, מֹטוֹת: *gravis vectis ligneus* (Jr 28 13 b ferreus) iugi instar collo captivorum impositus, ut erecti incedere non possint (cf. Lv 26 13) Jr 27 2. 28 10. 12 s, symbolum oppressionis Lv 26 13. Is 58 6. 9. Jr 27 2. Ez 34 27, c. gen. oppressoris Ez 30 18. [cf. ar. dialect. *waṭâ(j)* = ar. class. *waṭi'a* depressit, male tractavit.] †

מוּךְ *: pf. מָךְ, ipf. יָמוּךְ: *ad inopiam redactus est* Lv 25 25. 35. 39. 47. 27 8. [cf. מכך corruit.] †

¹מוּל *: Q. pf. מָל, מַלְתָּה, מָלוּ, מַלְתֶּם, narr. וַיָּמָל, ipr. מֹל, ptc. pass. מוּל: 1) *abscīdit* praeputium Gn 17 23, μ praeputium cordis, vitia mentis Dt 10 16. — 2) *circumcīdit,* abscisso praeputio, alqm Gn 21 4. Ex 12 44. Jos 5 2-7. Jr 9 24; μ Deus cor alcs circumcidit, a vitiis purgat Dt 30 6. — Ni. pf. נִמּוֹל Gn 17 26, נִמֹּלוּ 27 (GK 72 ee), 2 pl. נְמַלְתֶּם 11 (GK 67 dd), ipf. יִמּוֹל, narr. וַיִּמֹּלוּ, ipr. pl. הִמֹּלוּ, inf. הִמּוֹל (sfx. הִמּוֹלוֹ), ptc. pl. נִמֹּלִים Gn 34 22: *circumcisus est* Gn 17 10. 12 s. 26 s. 34 15. 17. 22. 24. Ex 12 48. Jos 5 8, μ Jr 4 4; add. accus. limit. (J. 126 g) Gn 17 11. 14. 24 s. (34 24 G). — ⫳ Hi. ipf. 1 sg. c. sfx. אֲמִילַם *excīdam, delebo* eos Ps 118 10-12. — Po. ipf. יְמוֹלֵל *abscīdit* Ps 90 6, ubi cum HT lgd. vid. passive יְמֻלַּל *abscinditur.* — Htpo. ipf. pl. יִתְמֹלָלוּ *abscidantur* Ps 58 8. — Deriv. מוּלֹת. †

²מוּל (מֹל Dt 1 1, ad evitanda duo *û* vicina; de מואל v. in fine) primitus subst. = euntis vel prospicientis *directio ad* (alqm, alqd, locum) *versus (die Richtung auf etwas hin);* vel solum vel cum מִן, אֶל praemisso usuvenit ut praepositio: 1) cum idea motus: se vertit אֶל־מוּל אַחֵר *ad alium versus* 1 S 17 30, ne eant אֶל־מוּל הָהָר ‘ ad montem versus ’ Ex 34 3: Dt 2 19. Jos 18 18. 19 46; supervenies eis מִמּוּל בְּכָאִים ‘ a Bechaim ’ (aus der Richtung von B. her) 2 S 5 23. — 2) sine idea motus: *a*) אֶל־מוּל = *versus* locum ets. stare, situm esse, videri: stabunt alii ‘ versus montem G., alii versus montem H. ’ Jos 8 33; habitantes ‘ versus Libanum ’ 9 1: 22 11; אֶל־מוּל פְּנֵי ‘ *versus partem anteriorem* ’ loci: ‘ Urias ponatur *adversus frontem* pugnae acerrimae ’ 2 S 11 15; ‘ *versus latus anterius* ’ ephod Ex 28 25. 27, tabernaculi 26 9: Nu 8 2 s; — *b*) מוּל *versus* = *in conspectu habens, ante, prope* locum, *prope:* consedimus ‘ ante Bethpheor ’ Dt 3 29: 1 1. 11 30. 1 S 14 5. 1 R 7 5; Moyses monetur: הֱיֵה אַתָּה לָעָם מוּל הָאֱלֹהִים ‘ esto tu pro populo (stans, orans) *ante* Dm ’ Ex 18 19; — *c*) מִמּוּל (cum מִן situs: v. מִן 2): populus consedit מִמֻּלִי ‘ exadversum me ’ Nu 22 5; מִמּוּל נֶגְבָּה ‘ versus austrum ’ posuit rem 1 R 7 39: Lv 5 8. 2 Ch 4 10; מ׳ פָּנָיו Ex 28 27. — *NB.* Neh 12 38 pro לְמוֹאל (‘ in latus oppositum ’ ?) lgd. vid. לִשְׂמֹאול (|| לְיָמִין 31). [frt. derivatur ab ar. *mâla* avertit se et direxit se ad...; Joüon, Bib 15, 532 ss.]

▲ מוֹלָדָה et Neh 11 26 מֹלָדָה (BH³ מו׳) *Molada,* urbs in Negeb, Simeonitis attributa Jos 15 26. 19 2. 1 Ch 4 28. Neh 11 26; cf. Onom. 14 2 s. 88 4. 108 3. 130 6; IFl XVIII 6, 2 Μάλαθα; Ptol. V 17, 4 = V 16, 4 (ed. Müller-Fischer) Μαλιάτθα; Not. Dign. (ed. Seeck) 74: Moleatha; frt. Ḫ. el-Milḥ, ca 23 km E a Bersabee. Cf. Guérin, Jud. III 184-8; PJB 1930, 48 s. †

מוֹלֶדֶת (J. 88 L e), sfx. מוֹלַדְתִּי etc., pl. c. sfx. מֹלְדֹתַיִךְ: 1) *nativitas, origo:* אֶרֶץ מ׳ terra ubi alqs natus est Gn 11 28. 24 7. Ru 2 11 al.; *origo* alcs ex gente (ex. gr. Hebraeorum) Est 2 10. 20; sim., sed sensu allegor., Ez 16 3 (in 4 ומ׳ ut dittographia verticalis delendum). — 2) metonymice: *a*) *suboles* alci nata Lv 18 9 : 11 vel nascitura Gn 48 6; — *b*) *familia, cognati* Gn 43 7; — *c*) *locus originis* prob. Gn 12 1. 24 4. 31 3. 32 10. Nu 10 30 (cf. Bib 7, 168). [ילד]

▲ מוֹלִיד *Molid,* Iudaeus de stirpe Ierameel 1 Ch 2 29. ¹

מוּלֹת, pl. ttm.: *circumcisio* Ex 4 26. [¹מול]¹

מוּם, Job 31 7. Dn 1 4 מאום: sfx. מוּמוֹ, מוּמָם: *defectus* naturalis corporeus (cf. Lv 21 18 ss. 22 22 ss) Lv 21 17 s. 21. 23. 22 20 s. 24 19 s. Nu 19 2. Dt 15 21. 17 1; *defectus* quivis ob quem alqs 2 S 14 25. Ct 4 7. Dn 1 4, vel oblatio alcs Lv 22 25 displicet; *defectus* probitatis Job 11 15. 31 7, prudentiae Pr 9 7 (‘ defectus

ipsius [reprehensoris] est ' reprehensio inutilis; — Israelitae sunt 'non filii eius (Dei), sed מוּמָם *vitiosa imago talium* ' Dt 32 5. [De etym. v. Kö. II 146.] †

▲ מוּמְכָן k Esth 1 16 v. מְמוּכָן.

מוּסָב *, st. c. מוּסַב: *circuitus* Ez 41 7. [סָבַב] [1]

מוּסָד *, pl. מוּסָדִים, מוּסְדֵי et מוּסָדוֹת, מוּסְדוֹת: *fundamenta* domus Jr 51 26, domuum dirutarum fund. adhuc exsistentia Is 58 12; fund. (partes infimae, firmissimae) montium Dt 32 22. Ps 18 8, terrae Is 24 18. Jr 31 37. Mi 6 2. Ps 82 5. Pr 8 29, caeli 2 S 22 8, mundi 2 S 22 16. Ps 18 16; fere i. q. fundatio terrae Is 40 21. [יָסַד] †

מוּסָד *, st. c. מוּסַד: *fundatio* templi 2 Ch 8 16; lapidis *structura* Is 28 16. †

מוּסָדָה, pl. st. c. מוּסְדוֹת; pl.: *fundamenta* domus Ez 41 8 q; sg.: *statutum?* Is 30 32 (at lgd. vid. שֵׁבֶט מוּסָרָה ' virga castigationis eius ' c. nonn. codd.). †

מוּסָךְ *, st. c. מוּסַךְ: *ambulacrum tectum* 2 R 16 18 q. (G τὸν θεμέλιον, V *Musach;* v. comm.) [סכך] [1]

מוֹסֵר *, pl. מוֹסֵרִים, מוֹסְרֵי etc. et מוֹסֵרוֹת, st. c. מֹסְרוֹת, sfx. מוֹסְרוֹתֵימוֹ, מוֹסְרוֹתַיִךְ: *vincula* captivi, servi ets. Is 28 22. 52 2. Jr 2 20. 5 5. 27 2. 30 8. Na 1 13. Ps 2 3. 107 14. 116 16, ferae Job 39 5. [אָסַר; scriptio per ו (pro א) frt. ideam castigationis יסר suggerit.] †

מוּסָר, st. c. מוּסַר, sfx. מוּסָרִי etc., sg. ttm.: *disciplina*, i. e. 1) alcs per instructionem, admonitionem, consilia, reprehensionem *educatio, correctio ethica* Job 20 3 ('instructio mihi ignominiosa'). 36 10. Pr 6 23. 23 12; c. g. auctoris Dt 11 2. Pr 1 8. 4 1. 13 1. 15 5; מ' חָכְמָה educatio ad sapientiam 15 33; est obi. verborum קִבֵּל Pr 19 20, לָקַח Jr 2 30. So 3 2. Pr 1 3 al., שָׁמַע Pr 8 33. 19 27, אָהַב 12 1 (13 1 lgd. pro אָב), שָׂנֵא Ps 50 17. Pr 5 12, פָּרַע 13 18; metonymice: *exemplum instruens* Ez 5 15. — 2) *educatio per poenas, castigatio, punitio,* qua pater filium erudit Pr 13 24. 23 13, Ds homines Is 26 16. Jr 30 14. Job 5 17. Pr 3 11. 15 10. 16 22; שֵׁבֶט מ' Pr 22 15; מ' שְׁלוֹמֵנוּ ' castigatio nos sanans ' Is 53 5; metonym. virga castigans Os 5 2 (GSV lg. מְיַסֵּר). — 3) fructus educationis: *disciplina, probitas, sapientia* ets.: חָכְמָה וּמוּסָר וּבִינָה Pr 23 23: 1 2. 4 13. 5 23. 10 17. — *NB.* Job 12 18. Pr 7 22 cj. lgd. מוֹסֵר ' vinculum '.

▲ מוֹסֵרָה *Mosera* Dt 10 6, מֹסֵרוֹת *Moseroth* Nu 33 30 s, statio Israelitarum prope montem Hor, prob. in regione W. Madêra, NE ab ʿAbde, ca 55 km NE ab ʿAin Qedês. Cf. RB 1900, 282. †

מוֹעָד * *convocatio* virorum ad bellum [cf. יָעַד Hi.]; metonym. = *convocati, agmen militum,* pl. Is 14 31; an. lgd. ptc. Ho. מוּעָדָיו? [1]

מוֹעֵד (semel מֹעֵד), st. c. it., sfx. מוֹעֲדֶךָ etc., pl. מוֹעֲדִים (ות 2 Ch 8 13), st. c. מ(ו)עֲדֵי etc.: 1) rei *determinatio per conventum (pactum)* Jdc 20 38; עֵת מ' ' tempus statutum ' 2 S 24 15. — 2) plurium *conventus ex condicto,* statuto loco et tempore: קְרִאֵי מ' ' vocati (vocandi) ad concilium ' Nu 16 2; tabernaculum sacrum voc. אֹהֶל מוֹעֵד ' tab. conventūs ', ubi sc. Deus Moysen (Ex 25 22) vel Moyses Deum conveniebat, quo veniebant consulentes Dm, et populus in festis Ex 27 21. Lv 1 1 al. (v. אֹהֶל 1 c); frt. כִּימֵי מ' Os 12 10 ' ut olim tempore conventus ' sc. Dei et populi ad montem Sinai; הַר מ' ' mons conventus (deorum) ' ex fabulis Babyloniorum Is 14 13 (cf. Delitzsch, Paradies 117 ss); orcus est בֵּית מ' לְכָל־חָי Job 30 23; conventus hostium ad perdendam Sion Thr 1 15. — 3) *locus conventus ex condicto* Jos 8 14; locus ubi convenit populus Ps 74 4, pl. 74 8. — 4) *tempus condicto statutum:* cunctabatur ' ultra (מִן) tempus st. ' 2 S 20 5: 1 S 13 8. 11; לַמּוֹעֵד ' tempore statuto, determinato ' Gn 17 21. 18 14. 21 2. 2 R 4 16. Hab 2 3, hora

determinata 1 S 20 35; *tempus in ordine naturae vel in decursu mensium quotannis recurrens* Gn 1 14 (Ps 104 19). Ex 13 10. 23 15. 34 18. Lv 23 4 b. Nu 9 2 al.; tempus annuum migrationis avium Jr 8 7; tempus agendo opportunum Jr 46 17: Ps 75 3.

מוּעָדָה *statutum*; עָרֵי הַמּ׳ ‘ urbes determinatae ’ fugitivis Jos 20 9. [יעד][1]

▲ **מוֹעַדְיָה** v. מַעַדְיָה.

מוּעֶדֶת Pr 25 19; lgd. מוּעֶדֶת, ptc. f. Q. מעד.

מוּעָף *caligo* Is 8 23. [[2] עוף][1]

ǂ **מוֹעֵצוֹת** pl. ttm., sfx. מֹעֲצוֹתֵיהֶם: 1) *consilia* bona alci data Pr 22 20. — 2) *consilia capta,* in malam partem: *machinationes, pravae intentiones* ets. Jr 7 24. Os 11 6. Mi 6 16. Ps 5 11. 81 13. Pr 1 31. [יעץ] †

ǂ **מוּעָקָה** Ps 66 11 prob. *onus sua gravitate impediens.* [cf. ar. *ʿâqa* impedivit.][1]

▲ **מוֹפַעַת** k Jr 48 21 v. מֵיפַעַת.

מוֹפֵת, מֹ׳, sfx. מוֹפֶתְכֶם, pl. מוֹפְתִים, מֹ׳, sfx. מוֹפְתַי: 1) *prodigium, miraculum,* plerumque comminatorium, quo (praedicto vel patrato) Ds alqm a malitia avertere vult Ex 11 9. Ps 105 5. 1 Ch 16 12. 2 Ch 32 31; passim formulae instar cum אוֹת copulatur, אֹתוֹת וּמוֹפְתִים Ex 7 3. Dt 4 34. 7 19. 13 3. 26 8. 29 2. 34 11. Jr 32 21 al.; מ׳ ut obi. verborum נָתַן Ex 7 9. Dt 6 22. 13 2. 1 R 13 3. 5. Joel 3 3. Neh 9 10. 2 Ch 32 24, עָשָׂה Ex 4 21. 11 10, שִׂים Jr 32 20. Ps 78 43. 105 27. — 3) *prodigiosum exemplum* pietatis divinae est alqs Ps 71 7; *omen* eventuum futurorum sunt filii Isaiae nominibus suis Is 8 18, et ipse vates populo 20 3. Ez 12 6. 11. 24 24. 27; *signum* impletae praedictionis erunt infortunia Dt 28 46; אַנְשֵׁי מ׳ ‘ viri ominosi ’, typi Messiae venturi Zch 3 8. [cf. ar. *ʾaft* prodigium, *ʾafata* avertit; ergo מ׳ prob. pro מאפת.]

מוֹצָא, st. c. it., sfx. מוֹצָאֲךָ etc., pl. st. c. מוֹצָאֵי (J. 96 C b), sfx. מוֹצָאָיו, מוֹצָאֵיהֶם: 1) *exitus, egressio* varie: alcs ‘ exitus et introitus ’, tota agendi et vivendi ratio 2 S 3 25; Dei ad populum suum *adventus, apparitio* Os 6 3; solis *ortus* Ps 19 7; equorum ex Aegypto *exportatio* 1 R 10 28. 2 Ch 1 16; decreti *evulgatio* Dn 9 25. — 2) *locus egressionis,* i. e. *ostium* domus ets. Ez 42 11. 43 11. 44 5; *locus unde alqs iter incipit* Nu 33 2, unde aqua effluit 2 Ch 32 30 (inscr. Siloe 5); *fons, puteus* 2 R 2 21. Is 58 11, pl. Is 41 18 al., unde argentum effoditur Job 28 1; מ״ בֹקֶר וָעֶרֶב ubi mane et vesper oriuntur Ps 65 9; מ׳ Oriens 75 7. — 3) *id quod exit,* scil. *a*) “ *id quod exit ex ore, ex labiis* ” = *effatum,* dictio sollemnior pro voto, Dei verbo ets.: כָּל־מוֹצָא שְׂפָתֶיהָ ‘ quidquid elocuta est ’ vovens Nu 30 13: Dt 23 24 (votum). Jr 17 16 (verba prophetae). Ps 89 35 (Dei promissa); homo potest vivere עַל־כָּל־מוֹצָא פִי־יהוה ‘ omni mandato Dni ’, omni re a Dno eum nutrire iussa Dt 8 3; — *b*) *id quod procrescit:* מֹצָא דֶשֶׁא gramen procrescens Job 38 27; — *c*) *qui exeunt* in exsilium Ez 12 4. — 4) ab Hi.: *iactio* seminis Sir 37 11. [יצא]

▲ **מוֹצָא** *Mosa*: 1) filius Caleb 1 Ch 2 46. — 2) Beniaminita 1 Ch 8 36 s. 9 42 s. †

מוֹצָאוֹת, sfx. מוֹצָאֹתָיו, pl. ttm.: 1) *loca secessus, latrinae* 2 R 10 27 q. — 2) *egressio, origo* Mi 5 1. [יצא] †

מוּצָק, st. c. מֻצַק (ptc. Ho. ut subst.): 1) *aliquid ex metallo fusum, opus fusile* 1 R 7 16 (c. gen. materiae). 23. 33. 37. 2 Ch 4 2. — 2) *massa indurata, firmiter cohaerens* Job 37 10 (glacies). 38 $\overline{38}$ (glebae humi siccae). [יצק, [1] צוק] †

× [1] **מוּצָקָה***, sfx. מֻצַקְתּוֹ: *fusio* rei metalleae 2 Ch 4 3. [יצק][1]

ǂ [2] **מוּצָקָה***, pl. מוּצָקוֹת: *os* lampadis, ex quo ellychnium eminet (cf. Möhlenbrink, ZDPV 52 [1929] 285) Zch 4 2 (cur hîc m., v. Kö. III 312 a). [[1] צוק][1]

מוק* ‖ Hi. ipf. pl. יָמִיקוּ: *vilipendit, derisit* Ps 73 8. [ar. *mâqa* vilis pretii fuit res; a/s. מֵיק derisit.] [1]

מוֹקֵד, pl. st. c. מוֹקְדֵי: *focus* Is 33 14. Ps 102 4. [יָקַד] †

מוֹקְדָה *focus* Lv 6 2. [1]

מוֹקֵשׁ, pl. מוֹקְשִׁים, מ׳, st. c. מוֹקְשֵׁי, מ׳ et מֹקְשׁוֹת (Ps 141 9): *tendicula, laqueus* positus quo capiatur avis Am 3 5 (teneatur fera capta Job 40 24), homo (saltem fictione poet. = *insidiae*) Ps 64 6 (טָמַן). 140 6 (שִׁית). 141 9 (lgd. 'וּמִמ); tendiculae mortis 2 S 22 6 ‖ Ps 18 6; — metaph. 'מ vocatur *is qui est alci occasio vel causa ruinae* Ex 10 7. 1 S 18 21. Is 8 14, item *res talis* Ps 69 23. Pr 18 7, porro *is qui*, vel *id quod alqm ad peccandum incitat eumque pessumdat* Ex 23 33. 34 12. Dt 7 16. Jos 23 13. Jdc 2 3. 8 27. Ps 106 36. Job 34 30 ("מִמ ‘ unus ex...’). Pr 13 14. 14 27. 20 25. 22 25. 29 25 (נָתַן). — *NB*. Pr 12 13. 29 6 lgd. מוּקָשׁ, ptc. Ho.; de vocabulo v. JBL 58, 277-81. [יָקַשׁ] †

מוֹר, v. מֹר.

[1]מוּר*: verbo indicantur ideae *mutandi (changer)* et *commutandi (échanger)*; Q. ptc. pl. מָרִים Pr 3 35. 14 29 *sibi acquirunt, nanciscuntur,* c. acc. rei (3 35 ‖ נָחַל); Torcz. ZDMG 66, 392; sy. *mâr* emit. — Ni. pf. נָמַר (Kö. I 449) *mutatus est* Jr 48 11. — Hi. pf. הֵמִיר, הֵימִיר (sed ֵי dld.), ipf. יָמִיר, יָמֵר (sfx. יְמִירֶנּוּ), iuss. יָמֵר, inff. הָמֵר, הָמִיר: 1) *mutavit;* ‘ qui iuravit cum damno suo et non mutat ’ Ps 15 4. — 2) *commutavit* alqd pro alio, seq. acc. rei datae seu dimissae et בְּ rei substitutae: הֵמִיר כְּבוֹדוֹ בְּלוֹא יוֹעִיל ‘ commutavit gloriosum Deum suum pro inutili ’ Jr 2 11 b: Ps 106 20. Sir 7 18; sim. Os 4 7 (pro gloria ignominiam iis substituam); seq. solus acc. rei dimissae Ez 48 14 (lgd. יָמִירוּ SV). Mi 2 4 (יָמִיר transfert, tradit). [ass. *mâru* commutare, commutando acquirere; aram. אַמִּיר commutavit; sy. *mâr* emit, *'amîr* vendidit.] Deriv. תְּמוּרָה. †

[2]מוּר*: Hi. inf. הָמִיר: *fluctuavit, vacillavit* terra Ps 46 3. [ar. *mâra (û)* it., de mari.] [1]

מוֹרָא (Dt 26 8 מֹרָא, Ps 9 21 מוֹרֶה), sfx. מוֹרָאֲכֶם, מוֹרָאוֹ, מוֹרָאִי, pl. מוֹרָאִים: 1) *timor, metus* Ps 9 21 (GS lg. מוֹרֶה ‘ magistrum ’); c. sfx. obi[i] Gn 9 2. Dt 11 25 (Furcht vor euch), de timore reverentiae Mal 2 5, it. c. sfx. obi. 1 6. — 2) metonymice: *a) is quem,* vel *id quod alqs timet* Ps 76 12 (GHS frt. lg. נוֹרָא), c. sfx. subiecti timentis Is 8 12 s; — *b) eventus seu manifestatio divina metum iniciens:* Dt 4 34. 26 8. 34 12. Jr 32 21 (his in locis versiones antiquae testantur v. l. מַרְאֶה ‘ visio ’). [יָרֵא] †

מוֹרַג (v. l. ךְ), pl. מוֹרִגִּים: *tribulum,* instrumentum agricultorum, hodiedum in Galilaea *mauraǧ* (alibi *nauraǧ*) appellatum, quo fruges in area teruntur (cf. Sonnen, Bib 8, 197) 2 S 24 22 ‖ 1 Ch 21 23; sub hac imagine populus victor hostes conterens describitur Is 41 15.

מוֹרָד, st. c. ךְ: *descensus, locus declivis, declivia montis* Jos 7 5. Mi 1 4; c. gen. loci vicini Jos 10 11. Jr 48 5. — 2) מַעֲשֵׂה מ׳ 1 R 7 29 term. techn. architecturae; *opus descendens, pendens,* H ‘ quasi ex aere dependentia ’. [יָרַד] †

מוֹרָה, m.: *novacula* Jdc 13 5. 16 17. 1 S 1 11. [de radice non constat: sec. nonnullos stat pro מַעֲרָה, ab עָרָה Pi.] †

מוֹרָה Ps 9 21 pro מוֹרָא aut (GS) מוֹרֶה. [1]

[1]מוֹרֶה *sagittarius;* v. [1]ירה Hi.

[2]מוֹרֶה *pluvia tempestiva,* in Palaestina mense Novembri exspectata (Bib 8, 66) Joel 2 23 b, sec. plures modernos etiam 2 23 a et Ps 84 7 (v. comm.). [[2]ירה Hi.] †

[3]מוֹרֶה *doctor, magister;* v. [3]ירה Hi.; num etiam Joel 2 23 a et Ps 84 7?

▲ מוֹרֶה: 1) אֵלוֹן מוֹרֶה quercus More (V *convallem illustrem;* cf. JPOS 12, 1932, 6-21) apud Sichem Gn 12 6 (cf. 35 4. Jos 24 26), et אֵלוֹנֵי מֹרֶה quercetum More, V *vallem tendentem et intrantem procul,* ibidem, Dt 11 30 (lgd. אֵלוֹן מ׳ cum Sam P LXX Aq Sym Thdt); cf. etiam מֻצָּב. — 2) גִּבְעַת הַמּוֹרֶה collis More (V *collis excelsus*), locus castrorum Madian Jdc 7 1; sec. contextum NE a Iezrael (Zerʿîn) prope Nebî Daḥî, sed Abel I 357 = Nebî Daḥî. †

מוֹרָט Is 18 2. 7: v. מָרַט Q. pass.

▲ מוֹרִיָּה 2 Ch 3 1 v. s. v. מֹרִיָּה.

[1] מוֹרָשׁ *, pl. st. c. מוֹרָשֵׁי: *desideria, optata* Job 17 11. [prob. pro מֹאָרָשׁ, ab ארשׁ, cf. אֲרֶשֶׁת.] [1]

[2] מוֹרָשׁ *, st. c. ־ךָ, pl. c. sfx. מוֹרָשֵׁיהֶם: *possessum, possessio* Is 14 23. Abd 17. [יָרַשׁ] †

מוֹרָשָׁה *possessio* alcs est vel fit regio Ex 6 8: Ez 11 15. 25 4. 10. 33 24. 36 2. 5, vel populus 36 3; ' possessio eius ', Dei, est coetus Iacob (lgd. מוֹרָשָׁה) Dt 33 4. †

▲ מוֹרֶשֶׁת גַּת *hereditas Geth,* urbs Mi 1 14; n. gent. מוֹרַשְׁתִּי *de Morasthi* Jr 26 18, מֹרַשְׁתִּי *Morasthites* Mi 1 1; sita prope Eleutheropolin (cf. On. 134 10 s; S. Hier. In Mich., PL 25, 1151 s); prob. = Tell eǧ-Ǧedêde, ca 3 km N a Bêt Ǧibrîn. Cf. PJB 1933, 42-53). †

▲ מוֹרַשְׁתִּי v. s. v. מוֹרֶשֶׁת גַּת.

[1] מוּשׁ *: Q. pf. מָשׁ, מַשְׁתִּי, מָשׁוּ, ipf. יָמוּשׁ etc.: 1) *recessit, abiit* (plerumque negative ' non recessit ') alqs Nu 14 44. Jdc 6 18. Sir 38 12, *recessit, sublatum est* alqd Jos 1 8. Is 22 25. 54 10. 59 21. Jr 31 36. Zch 14 4. Pr 17 13 q. — 2) *removit* Ds iniquitatem Zch 3 9 (an lgd. וּמַשְׁתִּי *et abstergam,* supposito מָשַׁשׁ * = ar. *matta* abstersit?). — Hi. ipf. יָמִישׁ, תָּמִישׁוּ: 1) caus. *abscedere fecit = removit, abstulit* (Ex 13 22?), *rapuit* Mi 2 4; *extraxit* collum ab... Mi 2 3, *respuit, contempsit* mandatum Dei Job 23 12 [hoc sensu ass. ipf. *imîš, amîš; frt. alia radix*]. — 2) intrans. (Joü. 54 f): *recessit* alqs Ex 33 11, alqd Ex 13 22. Is 46 7; *cessat, desinit* crimen Na 3 1. Ps 55 12, malum Pr 17 13 k; cum מִן et inf. Jr 17 8. †

[2] מוּשׁ [a/s. מוּשׁ] *palpavit;* at formae Q. אֲמֻשְּׁךָ, Hi. הֲמִישֵׁנִי, יָמֵשׁ, יְמִישׁוּן ad משׁשׁ reduci possunt, q. vide.

מוֹשָׁב, st. c. שַׁ, sfx. מוֹשָׁבִי etc., pl. st. c. מוֹשְׁבֵי Ez 34 13, c. sfx. ...מוֹשְׁבֹתֵיכֶם: 1) nom. actionis: *a*) *habitatio, commoratio* Ex 12 40. Ez 48 15 (ad habitandum); בֵּית מ׳ (Wohnhaus) Lv 25 29, עִיר מ׳ urbs inhabitata Ps 107 4 al.; *modus sedendi* pro sua cuiusque dignitate 1 R 10 5 ‖ 2 Ch 9 4; — *b*) *consessus, conventus* Ps 1 2. 107 32 (‖ קָהָל); — *c*) *situs* urbis 2 R 2 19. — 2) nom. loci: *sedes*; *a*) *locus ubi qs sedet* Sir 12 12, ad mensam 1 S 20 18. 25, in via Job 29 7; — *b*) *locus ubi qs habitat, habitatio, domicilium* Nu 15 2: ex. gr. alcs domus Ex 35 3. Lv 23 17; *locus commorationis* Lv 13 46; *pagus vel urbs ubi alqs habitat* 1 Ch 4 33. 6 39. 7 28: Ps 132 13; מ׳ אֱלֹהִים ' sedes Deo digna ' Ez 28 2; *regio ubi alqs habitat* Gn 10 30. 27 39. Ex 10 23. Nu 24 21. 31 10 al.; saepius בְּכֹל־מוֹשְׁבֹתֵיכֶם ' ubicumque habita(bi)tis ' Ex 12 20. Lv 3 17. 7 26. Ez 6 6 al.; — *c*) *locus ubi res stat (Standplatz)* Ez 8 3. — 3) metonym.: *incolae* domus Sibae 2 S 9 12. [יָשַׁב]

▲ מוּשִׁי et 1 Ch 6 4 מֻשִׁי, *Musi,* filius Merari Ex 6 19. Nu 3 20. 2 Ch 6 4. 32. 23 21. 23. 24 26. 30; n. patr. מוּשִׁי *Musitae* Nu 3 33. 26 58. †

⁜ מוֹשָׁעוֹת *salvationes, salus* identidem a Deo collata Ps 68 21. [ישׁע Hi.] [1]

מוּת: Q. pf. מֵת, מֵתָה, מֵתָּה, מַתִּי, pl. מֵתוּ, 1 מַתְנוּ; ipf. יָמוּת etc., pl. 3 יָמוּתוּ, יְמוּתוּן, f. תְּמוּתֶנָה Ez 13 19, תָּמוּתוּ, תְּמוּתוּן, 1 נָמוּת, iuss. תָּמוֹת, יָמֹת, תָּמֹת, coh. אָמוּתָה; narr. 3 וַיָּמָת, וַיָּמֹת, f. וַתָּמָת, וַתָּמֹת; ipr. bis מֻת Dt 32 50. Job 2 9; inf. abs. מוֹת;

inf. c. מוּת (occurrit solum in forma לָמוּת Gn 25 32. 47 29 al. et quinquies cum sfx., מוּתִי etc. Ex 16 3. 2 S 19 1 al.; alias, etiam ubi certo habetur inf. c., מוֹת scribitur, ut וַיְהִי אַחֲרֵי מוֹת שָׁאוּל 2 S 1 1, בְּמֹתוֹ ‘ cum moreretur ’ Dt 34 7: Gn 25 11. Nu 35 25. Jdc 13 7. 1 R 13 31 al.); ptc. מֵת, pl. מֵתִים, מֵתֵי: *mortuus est;* sensu proprio passim, ut Gn 2 17. 3 3 ss. 5 5. 8. 11 etc. 9 29. 11 28 al. Is 22 13. Ps 41 6 al.; dicitur tam de morte naturali per senium, morbum ets. Gn 11 28. 32. 25 8. 35 19 al., quam de morte violenta Ex 10 28. 20 19. 21 14. Lv 10 7. 1 S 2 33. 4 11. 14 39. 25 38. 31 5 al.; de morte animalium Ex 7 21. 9 7. Is 50 2. Zch 11 9 al., cf. Gn 7 22. 33 13. Ex 9 19; de interitu plantae Job 14 8; ‘ vobiscum morietur sapientia ’ Job 12 2; terra, campus fertilis *perit* Gn 47 19, populus *in miseriam et perniciem ruit* Os 13 1. Am 2 2. — **Ptc.** מֵת pro sua indole (Cf. Joü. 121) et contextu varia significat: *a*) *mortuus* Ex 14 30. Nu 17 13 s. Dt 25 5 s. 26 14. Jdc 3 25. 2 R 8 5 al.; infans in nascendo mortuus Nu 12 12, morte naturali m. (opp. occisus) Nu 19 16; מֵת cadaver nondum sepultum Ex 12 30. Lv 21 11. Nu 6 6 al., etiam feminae Gn 23 3-15; simulacrum *inanime* Ps 106 28; etiam cadaver animalis Ex 21 34 ss; mortui in orco qui consuluntur a necromantibus Dt 18 11; — *b*) *qui moritur* Nu 6 9. Ez 18 32; — *c*) *moriturus, cui moriendum est*, saepe ut praedicatum: הִנְּךָ מֵת ‘ morieris, tibi moriendum est ’ Gn 20 3, אָנֹכִי מֵת Dt 4 22: Gn 30 1. 48 21. 1 R 14 11. 2 R 20 1. Jr 28 16; *interficiendus* Dt 17 6; עַל־מוּת לַבֵּן Ps 9 1 cj. vertendum ‘ ad (melodiam cantici) “ Mori pro filio ” ’, עַל־מוּת 48 15 vero vel ‘ voce altiore ’ (עֲלָמוֹת) vel ‘ (carmen) de morte ’, sc. עַל־מָוֶת ut titulus Ps[i] 49: cf. 49 8 ss. 11 ss) ets.; — **Polel*** pf. 1 מֹתַתִּי, 3 c. sfx. מוֹתְתָנִי, ipf. 3 f. תְּמוֹתֵת, 3 m. c. sfx. וַיְמֹתְתֵהוּ, 1 c. sfx. אֲמֹתְתֵהוּ (lgd. 'וָאֲ), ipr. c. sfx. מוֹתְתֵנִי), inf. מוֹתֵת, ptc. מְמוֹתֵת: *interfecit, confecit* alqm. in quo vix (adhuc) vita erat, ut graviter vulneratum Jdc 9 54. 1 S 14 13. 17 51. 2 S 1 9 s. 16 (μ Ps 109 16), infantulum modo natum Jr 20 17 (v. REtJuiv 36, 102); malitia improbum necat Ps 34 22. — **Hi.** pf. 3 הֵמִית (sfx. הֱמִיתָנִי...), f. (sfx. הֱמִיתַתְהוּ), 2 הֵמַתָּה, 1 וְהֵמַתִּי (sfx. וַהֲמִתִּיו... [1 S 17 35 falso מית]), pl. 3 הֵמִיתוּ (sfx. הֱמִתֻהוּ), 2 (וַ)הֲמִתֶּם־ן; ipf. יָמִית (יְמִיתֶנּוּ ets.) etc., narr. וַיָּמֶת; ipr. (sfx. הֲמִיתֵנִי), pl. הָמִיתוּ; inf. abs. הָמֵת, constr. הָמִית (sfx. הֲמִיתוֹ, לַהֲמִיתֵנִי etc.); ptc. מֵמִית, pl. מְמִ(י)תִים: *mori fecit* (vel *sivit*): Ds alqm Gn 18 25. 38 7. 10. Ex 4 24. Dt 9 28. Jdc 13 23 al., pisces Ps 105 29: Dt 32 39. 1 S 2 6; homo hominem *interfecit* Gn 37 18. Jdc 15 13. 16 30. Ps 37 32; הֵמִית dic. plerumque de eo qui vi muneris (rex, princeps) vel mandato legis (Lv 20 4. Nu 35 19. Dt 13 10) ius occidendi habet: Gn 42 37. Ex 1 16. Jos 10 26. 1 S 15 3. 19 1 al.; interficit alqs animal 1 S 17 35, animal hominem Ex 21 29. 1 R 13 24 al.; מְמִתִים Job 33 22 vocantur causae mortis, morbi, dolores; improprie: *mortem, perniciem infert* alci vitium, invidia etc. Job 5 2. Pr 21 25. — **Ho.** pf. הוּמַת, pl. הֻמְתוּ, ipf. יוּמַת, יוּמְתוּ (מָ), inf. abs[i] vices gerit מוֹת (Q.) in formula מוֹת יוּמָת, ptc. מוּמָת: *morte punitus, occisus est* 1 S 19 6. 2 R 11 8 al., plerumque de eo qui iussu regis vel sec. mandatum legis occiditur Jos 1 18. Jdc 6 31 al.; מוֹת יוּמַת Gn 26 11. Ex 19 12. 21 12. Lv 20 2 al.; מוּמָת *occidendus* 2 R 11 2 q. 2 Ch 22 11. [vb. *mût* est omnibus linguis sem. commune.] Deriv. מָוֶת, מָמוֹת, תְּמוּתָה.

מָוֶת, st. c. מוֹת, sfx. מוֹתִי etc., semel הַמָּוְתָה, pl. st. c. מוֹתֵי, sfx. מְתָיו: 1) *mors* Gn 21 16. Lv 11 31. Nu 23 10. Ps 33 19. 68 21. Ec 3 19. 7 1 al.; הַמָּוְתָה לַחֲסִידָיו ‘ mors sanctorum eius ’ Ps 116 15 (Deo curae est, sitne mors alcs pii permittenda necne); ‘ muscae mortis ’, mortuae Ec 10 1; opponuntur חַיִּים et מָוֶת 2 S

1 23. 15 21 al.; *mors violenta* Jos 2 13. 1 S 15 32. 20 3. Ps 13 4. Is 53 9 (pl. excellentiae, mors insignis Servi Jahve). 12; 'כְּלֵי־מ tela letifera Ps 7 14; מִשְׁפַּט מָ׳ sententia capitalis Dt 19 6; חֵטְא משפט מות crimen capitale 21 22 (22 26); בֶּן־מָוֶת morte dignus 1 S 26 16. 2 S 12 5 al.; Mors velut persona sistitur Is 28 15. Jr 9 20. Os 13 14. Ps 49 15. Ct 8 6; tendiculae mortis Ps 18 6. Pr 14 27; mors ut *domicilium mortuorum, infernus:* ‘ portae mortis ’ Ps 9 14. 107 18. Job 38 17; שְׁאוֹל ‖ מָוֶת Ps 6 6. Hab 2 5: Job 30 23; camera mortis Pr 7 27; מ׳ = mortui Is 38 18; quia morte nihil tristius, rebus tristibus velut nota adiungitur vox mortis: ‘ tristis usque ad mortem ’ Jon 4 9, ‘ amarior morte ’ Ec 7 26, ‘ terrores mortis ’ Ps 55 5, (frt. צַלְמָוֶת ‘ umbra tristissima ’); vitae, ut imagini felicitatis (v. חַיִּים 3 d) opponitur mors, ut imago infelicitatis et summae malorum Pr 11 19. 12 28, porro Dt 30 15. Jr 21 8. Pr 5 5. 8 36, דַּרְכֵי־מָוֶת 14 12. 16 25. — *NB.* 1) מות, מוֹת׳, quando praecedit (וַיְהִי et) particula temporalis, ut בְּ, כְּ, אַחֲרֵי, עַד ets., non est nomen, sed inf. c. — 2) Pr 14 32 GS lg. בְּתֻמּוֹ.

מוֹתָר, st. c. מוֹתַר: 1) alqd superabundans, restans; hinc *emolumentum, lucrum* Pr 14 23. 21 5. — 2) *excellentia* unius prae (מִן) alio Ec 3 19. [יתר] †

מִזְבֵּחַ, st. c. מִזְבַּח, sfx. מִזְבְּחִי, מִזְבַּחֲךָ, pl. מִזְבְּחוֹת etc., loc. מִזְבֵּחָה: *altare, ara;* 1) *altare sacrificii Deo offerendi causa constructum* Gn 8 20. 22 9. Ex 20 24 ss. 21 14. 24 4. Dt 27 5. Jos 8 30; — in tabernaculo foederis erant duae arae: in atrio *altare holocausti* מִזְבַּח הָעֹלָה Ex 27 1 ss ‖ 38 1 ss, 5 × 5 × 3 cubitorum, ligno acaciae tectum, aheno superinducto, crate ahenea protectum; porro intus ante velum sacrum *altare thymiamatis* מִזְבַּח הַקְּטֹרֶת Ex 30 1 ss ‖ 37 25 ss, 1 × 1 × 2 cubitorum, ex lignis acaciae, auro obtectum (‘ alt. aureum ’ 40 5 al.); cum tabernaculo sacro hae arae migrabant in Silo, Nobe, Gabaon, Galgala; antequam Ds sibi eam fixam sedem, de qua agit Dt 12 11 ss, ‘ elegisset ’, i. e. ante templum in Ierusalem conditum (cf. 1 R 8 44. 11 13. 2 R 21 7. Ps 132 13 s), poterant pro occasione extraordinaria aliae arae fieri, ut Jos 8 30. Jdc 6 24. 26. 1 S 7 17. 2 S 24 18; — in templo Salomonis item *altare holocausti,* 20 × 20 × 10 cubitorum, aere textum 1 R 8 64 (cui postea aliud substituitur 2 R 16 14), et *altare thymiamatis* ex lignis cedrinis, auro vestitum 1 R 6 20, ‘aureum’ 7 48; — in Ezechielis templo *altare holocausti* Ez 40 47. 43 13 ss, et mensa magna, altaris speciem praebens, 41 22; — illegitima, idololatrica altaria reprehenduntur a prophetis Is 17 8. 27 9. Os 4 19. 8 11. 10 1. Am 3 14. — 2) *ara memorialis* in memoriam apparitionis Dei vel beneficii accepti erecta, ut Gn 12 7 s. 13 18. 26 25. 35 1; nnq. tali arae nomen proprium indebatur Gn 33 20. Ex 17 15. Jdc 6 24; huc pertinet ara tribuum transiordanicarum Jos 22 10 (cf. v. 23 ss).

‡ **מֶזֶג** *mixtura,* i. e. vinum aromatibus conditum Ct 7 3. [ar. *mazağa,* a/s. מָזַג miscuit.] [1]

‡ **מָזֶה** *, pl. st. c. מְזֵי: *exhaustus, consumptus* fame Dt 32 24. [cf. ar. *mazza* suxit.] [1]

▲ **מִזָּה** *Meza,* filius Rahuel filii Esau (dux, stirps Edomitarum) Gn 36 13. 17. 1 Ch 1 37. †

‡ **מָזוּ** * (*mazw*), pl. c. sfx. מְזָוֵינוּ: *horreum* Ps 144 13. [cf. ar. *zawâ(j)* in angulum collegit res; frt. vox est מָזֶוָה, pl. c. sfx. מְזָוֵינוּ.] [1]

מְזוּזָה, st. c. מְזוּזַת, pl. ־וֹת: *postis* ianuae seu portae Ex 12 7. 22 s. 21 6. Dt 6 9. 11 20. Jdc 16 3 al. — *NB.* 1 R 7 5 pro מ׳ lgd. מֶחֱזוֹת (G); 1 S 1 9. Ez 43 8. 45 19. 46 2 pro sg. lgd. pl. מְזוּזֹת etc. [comparant ass. *nazâzu* stare, vel ar. dialect. *zâza (û)* intravit.]

מָזוֹן *alimenta* Gn 45 23. 2 Ch 11 23. [זון] †

¹ מָזוֹר *constrictio* seu *alligatura* vulneris [nh.]; metonym.: *vulnus, ulcus* Jr 30 13. Os 5 13. [¹ זור vel ² זָרַר] †

⁜ ² מָזוֹר Abd 7 *res qua alqs fallitur* (GSV insidiae, T tendicula). [cf. ar. *zawwara* adornavit mendacium, *zûr* mendacium.] ¹

⁜ מֵזַח *cingulum* Ps 109 19; *frenum impediens?* Is 23 10 (v. comm.). ¹

⁜ מְזִיחַ *cingulum* Job 12 21. [ass. *mezaḫ, mezeḫu* id.; Joü. Bib 11,323 conj. מֵצַח תַּקִּיפִים.] ¹

מַזְלֵג, pl. מִזְלָגוֹת: κρεάγρα, *fuscinula* ad prehendendas carnes Ex 27 3. 38 3. Nu 4 14. 1 S 2 13 s. 1 Ch 28 17. 2 Ch 4 16. [?] †

▲ מַזָּלוֹת *duodecim signa* (Zodiaci), i. e. deversoria, hospitia sc. solis 2 R 23 5; ass. manzaltu = manzaztu (statio) a *nazâzu* (stare): sec. plerosque = Zodiacus, vel etiam singuli planetae. Cf. comm. et S. Mowinckel, Die Sternnamen im A. T. (1928) 23-27; Dalman, Arb. u. Sitte I (1928) 15; aliter G. Schiaparelli, L'Astronomia nell' A. T. (1903) 95-111: stella Veneris (= מַזָּרוֹת q. v.). ¹

מְזִמָּה (Jr 11 15 TM הַמְזִמָּתָה), pl. וֹת: *sollers agendorum praemeditatio;* 1) in bonam partem: *prudentia* Sir 44 4; cum דַּעַת Pr 1 4. 5 2, תְּבוּנָה 2 11, תֻּשִׁיָּה 3 21, דַּעַת מְזִמּוֹת 8 12 אִישׁ מ׳ Pr 14 17 (opp. impatiens) *consideratus, prudens* (GSSym; lgd. יִשָּׂאֵן); *consilium, decretum* Dei alqd faciendi Jr 51 11; *id quod facere decrevit,* מְ׳ לִבּוֹ 23 20. 30 24, item Job 42 2 (G l. מְאוּמָה). — 2) in malam partem: *rei malae praemeditatio:* לִמְ׳ *praemeditate, malitiose* Ps 139 20; מ׳ *pravum consilium, pr. cogitatio* Ps 10 4. Job 21 27 חָשַׁב מ׳ Ps 10 2. 21 12, עָשָׂה מ׳ Jr 11 15. Ps 37 7 ‘ excogitavit, exsecutus est consilium pravum ’; אִישׁ מְ׳ Pr 12 2 (14 17?), בַּעַל מ׳ 24 8 (definitur מְחַשֵּׁב לְהָרַע). [זָמַם] †

מִזְמוֹר *psalmus,* carmen cum fidium sonis cantandum, in inscr. 57 psalmorum (3 1. 4 1 etc.): Sir 44 5; *cantus profanus cum musica* Sir 32 4. 6. 49 1. [זִמֵּר]

מַזְמֵרָה *, pl. מַזְמֵרוֹת, c. sfx. מַזְמְרֹתֵיכֶם: *falcula* qua vites putantur (G δρέπανον, V falx, ligo) Is 2 4. 18 5. Joel 4 10. Mi 4 3. [¹ זָמַר] †

מְזַמֶּרֶת *, pl. מְזַמְּרוֹת: *cultellus* 1 R 7 50. 2 R 12 14. 25 14. Jr 52 18. 2 Ch 4 22 (G ἧλοι, φιάλαι, V fuscinulae, tridentes, psalteria). [¹ זָמַר] †

מִזְעָר *parvum, exiguum* (opp. multum) Sir 31 19; *parvus numerus* Is 16 14. 24 6. Sir 48 15; מְעַט מ׳ breve tempus Is 10 25. 29 17. [cf. a/s. זְעַר parvus fuit, et צָעַר.] †

מִזְרֶה *ventilabrum* Is 30 24. Jr 15 7. [זָרָה] †

▲ מַזָּרוֹת *Lucifer* (LXX Μαζουρωθ) Job 38 32 (constr. cum sg. m.). Sec. Schiaparelli, L'Astron. nell'A. T. (1903) 95-111: stella Veneris in duplici phasi: stella matutina (Lucifer) et vespertina (Vesper). Cf. Mowinckel, Sternnamen im A. T. (1928) 27-36. Dalman, Arb. u. Sitte I (1928) 15 s: frt. “ sidus afferens pluviam (זֶרֶם) ” = Hyades vel Antares (in Scorpione). ¹

מִזְרָח, st. c. מִזְרַח, loc. מִזְרָחָה, genetivo sequente מִזְרְחָה, f.: *ortus* solis; sed tam מִזְרָח quam מִזְרַח (הַ)שֶּׁמֶשׁ usuvenit tantum metonymice = *plaga orientalis, latus orientale.* Ps 103 12. 107 3. 113 3 al.; מ׳ ut g. determinans = *orientalis:* אֶרֶץ מ׳ Zch 8 7: Neh 3 29. 2 Ch 29 4; — ‘ ab oriente ’ מִמִּזְרַח שֶׁמֶשׁ Is 41 25. Mal 1 11. Ps 50 1 al., מִמִּזְרָח Is 41 2. 43 5. Dn 11 44; ‘ in oriente ’: מִמִּזְרָח Is 45 6; ‘ ad orientem versus ’: מִזְרָחָה Dt 3 27 al., אֶל־הַמִּ׳ Dn 8 9, מִזְרָח Neh 12 37, מִזְרַח הַשֶּׁמֶשׁ Jos 19 27. 2 R 10 33, מִזְרְחָה (הַ)שֶּׁמֶשׁ (Dt 4 41). Jos 12 1. Jdc 21 19; indicationi loci saepe additur מִזְרָחָה Nu 3 38. Dt 3 17. Jos 11 8 al., מִמְּ׳ שֶׁמֶשׁ Jdc 20 43; — quasi praepositionis instar = *ab oriente* talis loci *(östlich von)* usuvenit מִמִּזְרַח Jos

16 6, לְמִזְרַח 1 Ch 6 63, מִמִּזְרַח שֶׁמֶשׁ לְ Jdc 11 18, מִזְרְחָה הַשֶּׁמֶשׁ לְ Jdc 21 19, מִזְרָח לְ 2 Ch 5 12.

▲ מְזָרִים *Arcturus* (LXX ἀκρωτήρια) Job 37 9; sec. plerosque ptc. Pi. vb. זָרָה (q. v.) = venti (septentrionales) nubila "dispergentes"; sec. alios n. pr.: Schiaparelli, l'Astron. nell'A. T. (1903) 86-92 = Ursa maior (et minor); S. Mowinckel, Sternnamen im A. T. (1928) 16-23: Hyades; Dalman, Arb. u. Sitte I (1928) 15 s: Hyades vel Antares.[1]

מִזְרָע*, st. c. ־ַ: *campus sativus*, c. g. 'ad Nilum' Is 19 7. [זָרַע][1]

מִזְרָק, pl. מִזְרָקוֹת, sfx. מִזְרְקֹתָיו, raro מִזְרָקִים Zch 14 20, מִזְרְקֵי Nu 7 84 al.: *aspersorium*, instrumentum quo (vel phiala, vas ex quo) liquor aspergitur Ex 27 3. 38 3. Nu 4 14. 7 13-85 passim, 1 R 7 40. Zch 9 15 al.; *cyathus* vini Am 6 6. [זָרַק]

‡ מֵחַ*, pl. מֵחִים *pingues* sc. oves Ps 66 15 (v. l. מֵיחִים); μ = divites Is 5 17. [ar. *maḫiḫa*^{h} ovis pinguis, cf. מֹחַ.] †

מֹחַ *medulla* Job 21 24. (ar. *muḫḫ* id.][1]

מָחָא, ipf. pl. יִמְחֲאוּ, inf. c. sfx. מַחֲאֲךָ (v. l. ־ַח): *laete complosit* manum (manui): c. acc. יָד Ez 25 6, כַּף Is 55 12. Ps 98 8 (= gaudeant: arbores, fluvii). [a/s. מְחָא (prob. pro מְחַע = ar. *maḥaḍa;* Lag., Üb. 142) verberavit.] †

מַחֲבֵא st. c.: *latibulum* a vento Is 32 2. [חבא][1]

מַחֲבֹאִים pl.: *latibula* 1 S 23 23. [חבא][1]

מַחְבֶּרֶת, sfx. מַחְבַּרְתּוֹ (BH[3] מֶחְבַּרְתּוֹ): *res rei coniungenda,* ut *panni particula* particulae vicinae Ex 26 4 s. 36 11 s. 17, *margo* margini 28 27. 39 20. [חָבַר] †

מְחַבְּרוֹת pl., term. architect.: *res iungens,* sive ferrea: *fibula, uncus (Klammer, crampon, cramp)* 1 Ch 22 3, sive lignea: *trabes iungens* 2 Ch 34 11. [חָבַר] †

מַחֲבַת (* *maḥbat-t*), st. c. id., f.: *sartago,* vas planum metalleum in quo panis coquitur Lv 2 5. 6 14. 7 9. Ez 4 3. 1 Ch 23 29. [* חבת] †

מַחֲגֹרֶת st. c.: *cinctura, cingulum* (opp. פְּתִיגִיל) Is 3 24. [חָגַר][1]

[1] מָחָה, ipf. יִמְחֶה (sfx. אֶמְחֶנּוּ), narr. וַיִּמַח, ipr. מְחֵה (מְחֵנִי), inf. a. מָחֹה, c. מְחוֹת, ptc. מֹחֶה: *abs-, de-tersit,* 1) *tergendo purgavit,* os Pr 30 20, vas 2 R 21 13 bc, μ Jerusalem ib. a. — 2) *abstergendo delevit,* ut iam non exsistat: lacrimam Is 25 8, scripturam Nu 5 23, alqm de Dei libro, de catalogo viventium (= e vivis tollere) Ex 32 32 s; *delevit* alcs nomen de-sub caelo Ex 17 14. Dt 9 14. 25 19. 29 19. 2 R 14 27: Ps 9 6; universim: *delevit* homines ets. Gn 6 7. 7 4; Ds *delet* peccata alcs Is 43 25. 44 22 (ut nubem, quae deleta non iam exsistit). Ps 51 3. 11. Sir 31 1. — 3) limes oram lacus *radit* [Virg. Ov.], *tangit et sequitur* Nu 34 11 (cf. nh. Pi. trivit, rasit). — Ni. pf. pl. נִמְחוּ, ipf. יִמָּחֶה..., iuss. יִמַּח, תִּמָּח, narr. וַיִּמַּח: e catalogo vivorum *deletur* alqs Ps 69 29, alcs nomen ex Isr. Dt 25 6, tribus ex Isr. Jdc 21 17; *delentur* animantia Gn 7 23, ignominia alcs Pr 6 33, peccatum Neh 3 37. — Hi. (? dub.) ipf. vol. 2 תֶּמַח Neh 13 14, תֶּמְחִי Jr 18 23 (imposs.; utrobiq. legi p. Q. תֶּמַח, cf. תֶּפֶן) = Q. *delevit;* — pro inf. לַמְחוֹת Pr 31 3 ('deletioni regum') moderni cj. lgd. pl. f. ptc. Q. לְמֹחוֹת 'iis quae perdunt reges' sc. mulieribus. [ar. *maḥâ(w)* id.] †

‡ [2] מחה Pu. ptc. pl. מְמֻחָאִים q, מְמֻחִים k Is 25 6 *medull-atus, -osus.* [מֹחַ][1]

‡ מְחוּגָה *circĭnus (Zirkel, compas)* Is 44 13. [חוג][1]

‡ מָחוֹז*, st. c. מְחוֹז, *portus* Ps 107 30 [cf. ar. *ḥâza* 7 se alqo recepit].[1]

▲ מְחוּיָאֵל et מְחִיָּיאֵל *Maviael,* filius Irad, Cainita Gn 4 18.[1]

▲ מַחֲוִים *Mahumites* 1 Ch 11 46 (LXX B Μιει, A Μαωειν, n. gent. sg.; lgd. vel מַחֲנִי (v. מַחֲנַיִם) vel מְעוֹנִי (v. בֵּית בַּעַל מְעוֹן).[1]

מָחוֹל, st. c. מְחוֹל: *chorea, saltatio* Jr 31 4. 13. Ps 30 12. 149 3. 150 4. Thr 5 15. [חול] †

▲ מָחוֹל *Mahol* (LXX Mss Μααλα) vir ex posteris Iuda 1 R 5 11; propter 1 Ch 2 5 prob. lgd. חָמוּל q. v.[1]

▲ מְחוֹלָה v. אָבֵל n. 4.

מַחֲזֶה, st. c. ־ֵ: *visio,* qua Ds alci apparet vel loquitur Gn 15 1. Nu 24 4. 16. Ez 13 7. [חָזָה] †

מֶחֱזָה *fenestra* 1 R 7 4 s. [חָזָה] †

▲ מַחֲזִיאוֹת et 1 Ch 25 4 מַחֲזִיאֹת (BH³ מַחֲזִיאוֹת), *Mahazioth,* levita ex filiis Heman 1 Ch 25 4. 30 (de 25 4 cf. comm. et ZAW 34, 1914, 142-5; aliter BZ 22, 1934, 93-100). †

מְחִי st. c.: *tunsio* machinae bellicae Ez 26 9. [מחה* = a/s. מְחָא][1]

▲ מְחִידָא (pl. Mss מְחִירָא) *Mahida,* Nathinaeus Esr 2 52. Neh 7 54. †

מִחְיָה, st. c. מִחְיַת: 1) *vitae conservatio* Gn 45 5. Sir 31 2. 38 14; *facultas vivendi (reviviscendi)* tamquam populus Dei Esr 9 8 s. — 2) *victus, necessaria ad vivendum* Jdc 6 4. 17 10. — 3) metonym.: *superstites* 2 Ch 14 12. — 4) *aliquid vivum seu crescens* in vulnere, in ustura Lv 13 10. 24. [חָיָה] †

▲ מְחִיָּיאֵל v. מְחוּיָאֵל.

מְחִיר, sfx. מְחִירָהּ etc., pl. c. sfx. מְחִירֵיהֶם: *pretium* mercis in venditione et emptione acceptum et datum 1 R 21 2. Ps 44 13. Job 28 15. Pr 27 26; בִּמְחִיר ' pro pretio, pro pecunia ' 2 S 24 24. 1 R 10 28. Is 45 13. Thr 5 4. Sir 7 18, בְּלוֹא מ׳ ' gratis ' Is 55 1: Jr 15 13 (rapientur, non ementur); — *merces* docenti data Mi 3 11. Pr 17 16; *salarium* scorti masculi Dt 23 19; alqd tribuere בִּמְחִיר ' ut mercedem ' Dn 11 39. [ass. *maḫâru;* sab. *mhr* accipere.]

▲ מְחִיר (1 Ms מָחִיר) *Mahir,* vir ex posteris Iuda 1 Ch 4 11.[1]

▲ מַחְלָה: 1) *Maala,* filia Salphaad, ex posteris Galaad Nu 26 33. 27 1. 36 11. Jos 17 3. — 2) *Mohola,* filia (filius?) sororis Galaad Manassaei 1 Ch 7 18. †

מַחֲלֶה*, st. c. ־ֵל, sfx. מַחֲלֵהוּ: *aegrotatio* Pr 18 14. 2 Ch 21 15. Sir 10 10. [חָלָה] †

מַחֲלָה *morbus* et latius *afflictio* Ex 15 26. 23 25. 1 R 8 37. 2 Ch 6 28; עַל־מַחֲלַת (BH³ עַל־מָ׳) Ps 53 1. 88 1 frt. ' ad (melodiam cantici) " morbus..." ' [חָלָה] †

pertinet (cf. Joü., Bib 7, 288 ss); 'elevabit caput t.', te restituet Gn 40 13; — *d*) *el. caput* alcs, ex condicione humili (carcere) erigit alqm Gn 40 13. 19 s. 2 R 25 27; — *e*) *el. vocem suam* ad iubilandum Is 24 14: Ps 93 3, ad plorandum Gn 21 16. 29 11. Nu 14 1. Ru 1 9 al.; — *f*) cor alqm *superbe effert* 2 R 14 10, נ׳ בֶּכִי Jr 9 9; *imposuit* ut faceret, mandavit 1 R 8 31. — 2) *portavit, tulit*: *a*) humeris, ulnis, manibus... *portavit*: infantem Nu 11 12. Dt 1 31. 2 R 4 19. Is 46 3 μ. (aquila pullos Dt 32 11), rem Ex 25 14. 27. 28 12. 30 4. Nu 1 50. Jr 17 27. Ps 126 6 al.; animal portat alqd Gn 37 25. 45 23; *attulit* ventus locustas Ex 10 13, classis 1 R 10 11; *attulit, adduxit* alqm Dt 28 49, rem Jdc 3 18. Is 8 4 (lege Q. pass. יִשָּׂא c. acc., J. 128 b). 15 7. Ps 96 8. 1 Ch 16 29 al.; *gestavit* ephod 1 S 2 28. 14 3, נֹשֵׂא כֵלִים 'armiger' 14 1. 16 21. 17 7 al.; — *b*) transl.: arbor *(pro)fert* ramos Ez 17 23, fructus Ez 17 8. Joel 2 22. Ag 2 19, montes cibum Job 40 20: Ps 72 3; bath *continet in se, capit* 1/10 ḥomer Ez 45 11: Gn 44 1; regio non *capit* ambos Gn 13 6. 36 7; — *c*) *portat, perfert, tolerat* alqs rem duram, molestam, displicentem Dt 1 12. Is 1 14. Jr 44 22. Mi 7 9. Ps 55 13. Pr 18 14. 30 21. (בְּ partem... Job 7 13), alqm Job 21 3; populum i. e. regimen eius Nu 11 14 (cf. 12). Dt 1 9, ignominiam Ez 16 52. 36 15. Ps 69 8, terrores Ps 88 16; *portare* peccatum, scelus etc. = poenam peccati: 'portabitis delicta vestra 40 annis' Nu 14 34: Gn 4 13 (?). Lv 24 15. Nu 5 31. 14 33. Jr 10 19. Job 34 31; נָשָׂא עָוֹן 'se oneravit peccato, peccatum commisit' Ex 28 43. Lv 5 1. 7 18. 17 16. 19 17 al.; ministri sacri 'portant peccatum sanctuarii', eis imputatur si quid eorum culpa ibi peccatur Nu 18 1; Servus Dni חֵטְא רַבִּים נָשָׂא 'in se suscepit peccatum multorum' Is 53 12 (cf. 4); 'peccatum meum est nimium מִנְּשֹׂא quam ut me (homines) tolerent' Gn 4 13 sec. nonnullos; *portavit, adegit* alqm animus ad alqd Ex 35 21. 26. 36 2. — 3) *asportavit*: rex caput alcs *abscidi iubet*, מֵעָלֶיךָ Gn 40 19; *amovit, abripuit* etc.: leo agnum 1 S 17 34 (cf. Os 5 14), ventus locustas Ex 10 19, homo rem 1 R 15 22. Ct 5 7. Dn 1 16, alqm Lv 10 4. Jdc 16 31: Is 57 13. 64 5; *transvexit* alqm Gn 45 27. 46 5. Job 32 22; hircus aufert (symbolice) peccata in desertum Lv 16 22. — 4) *benigne, indulgens tulit* peccata alcs (non irascens, non puniens), *indulsit, condonavit*: c. acc° peccati שָׂא־נָא פֶּשַׁע אָחִיךָ Gn 50 17: Ex 10 17. 1 S 15 25, Deus Ex 32 32. 34 7 al.; נְשׂוּי פֶּשַׁע 'is cui scelus indultum est' Ps 32 1: Is 33 24 (J. 121 o); נָשָׂא sine acc° obi[i]: *se indulgentem praebuit, indulsit,* c. dat. personae Gn 18 24. Is 2 9. Os 1 6 (כִּי ita ut), c. dat° peccati: שָׂא־נָא לְפֶשַׁע וגו Gn 50 17 b. 1 S 25 28: Ex 23 21. Nu 14 19. Jos 24 19. Ps 25 18; abs. אֵל נֹשֵׂא Ps 99 8. — 5) *cepit, prehendit, sumpsit*: *a*) alqm aliquo ducendum ets. Gn 45 19. 2 R 4 36. Jon 1 12; uxorem sibi sumpsit Jdc 21 23. 1 Ch 23 22. Ru 1 4 al.; — *b*) alqd *sumpsit* ad usum, portandum ets. Gn 27 3. Jos 3 6. 4 3. Is 2 4. Ps 81 3. 116 13. Ec 5 18; — *c*) *nactus est, accepit* Dt 33 3. Zch 6 13. Ps 24 5. Ec 5 14. Est 2 15; — *d*) נָשָׂא רֹאשׁ *excepit, sibi indicandam curavit summam,* numerum personarum Ex 30 12. Nu 1 2. 3 40. 4 2. 31 49 al. — 6) a נָשָׂא קוֹל (cf. 1 e), omisso ק׳, abs. *clamavit, pronuntiavit* ets. Is 3 7 (לֵאמֹר). 42 2. 11. Na 1 5. Hab 1 3. Ps 139 20? Job 21 12; c. acc. obi[i] Ex 23 1. Am 5 1. Ps 15 3, preces 2 R 19 4. Jr 7 16, lamenta Jr 7 29. Ez 19 1. 27 2̄ al., *mašal* Nu 23 7 al. Is 14 4. Mi 2 4. Job 27 1, maśśa' 2 R 9 25; *pronuntiavit* nomen Iahve Ex 20 7 || Dt 5 11 (לַשָּׁוְא), nomina idolorum Ps 16 4 (add. עַל־שְׂפָתָי), foedus Dei 50 16 (עֲלֵי־פִיךָ). — 7) *accepit, acceptavit*; sec. veteres huc refertur phrasis נָשָׂא (אֶת־)פְּנֵי פ׳ *acceptavit faciem* (i. e. praesentiam vel personam) alcs, vario sensu: *supplicanti obsecutus est* Gn 19 21. Mal 1 8, *benigne excepit* alqm Gn 32 21, alqm *honoravit,* alcs *aeque ac iuste rationem habuit (Rücksicht nehmen)*,

Dt 28 50. 2 R 3 14. Job 42 8 s al. (doni dati rat. hab. Pr 6 35), hinc נְשֻׂא פָנִים 'honoratus' ets. 2 R 5 1. Is 3 3. 9 14. Job 22 8; sed etiam = *contra ius et fas alcs rationem habuit, iniuste favit alci* Lv 19 15. Ps 82 2. Job 34 19 al., abs. נ' פָּנִים Dt 10 17. Mal 2 9. Job 13 10. — *NB.* Na 1 5 lgd. וַתִּשָּׁא (Q. שָׁאָה, cf. Is 6 11).

Ni. pf. נִשָּׂא, ipf. יִנָּשֵׂא (pl. יִנָּשׂוּא Jr 10 5), ipr. הִנָּשֵׂא, inf. item, ptc. נִשָּׂא, f. נִשֵּׂאת: 1) *elevatus est, se levavit in sublime* Is 40 4. Ez 1 19 ss. Zch 5 7. Ps 24 7: Pr 30 13; ptc. ╫ *altus, sublimis* Is 2 2. 13. 6 1. 30 25. 57 7. 15. Mi 4 1. Sir 11 6; alqs post quietem *surgit* ad iudicium Is 33 10. Ps 7 7. 94 2; metaph. *permagna est culpa* Jr 51 9; *sublimis, gloriosus evasit* Servus Is 52 13, regnum 1 Ch 14 2 (collato 2 S 5 12 lgd. vid. נִשֵּׂא···אֶת, Pi.): Is 2 12. — 2) *portatur* res Ex 25 28. Jr 10 5, infans Is 49 22. 66 12; *asportatus est* alqs (lgd. נִשָּׂא נִשָּׂא, לָנוּ a nobis) 2 S 19 43, alqd 2 R 20 17 || Is 39 6. Jr 10 5, *ablatus, deletus est* exercitus Dn 11 12.

Pi. pf. נִשֵּׂא et bis נִשָּׂא, נִשְּׂאוּ, ipf. c. sfx. יְנַשְּׂאֵהוּ, יְנַשְּׂאֵם etc., ipr. c. sfx. נַשְּׂאֵם, ptc. מְנַשֵּׂא: 1) *exaltavit, in alto loco posuit* μ Est 3 1. 5 11 (עַל); *glorificavit* Ds regnum alcs 2 S 5 12; *elevavit* animam suam = desideravit Jr 22 27. 44 14. — 2) *elevavit, erectum sustinuit* alqm Is 63 9, *suffulsit, iuvit* (c. בְּ instr.) 1 R 9 11. Esr 1 4: Ps 28 9. Est 9 3. — 3) *sursum traxit* Am 4 2.

Htp. ipf. יִתְנַשֵּׂא etc., יִנַּשֵּׂא (J. 53 e), תִּנַּשֵּׂא, יִתְנַשָּׂאוּ, inf. הִתְ', ptc. מִתְ': *se elevavit* לְרֹאשׁ ut princeps 1 Ch 29 11, super עַל alios Nu 16 3. Ez 29 15; *se erexit* ut leo Nu 23 24; *valde honoratus fit* rex 2 Ch 32 23; *exaltatur* regnum Nu 24 7; *se superbe exaltat* 1 R 1 5. Pr 30 32; *rebellavit* Ez 17 14. Dn 11 14.

Hi. pf. pl. הִשִּׂיאוּ: 1) *apportare fecit, applicuit* funes אֶל 2 S 17 13. — 2) *portare fecit* alqm alqd; ethice 'eos (filios Isr.) *onerarent* culpā' Lv 22 16, cf. Sir 4 21. [ass. *našû* portare, sumere; ar. *naša'a* crevit, sublimis fuit, aeth. *naš'a* sublevavit, abripuit] Deriv. שִׂיא, שְׂאֵת, נָשִׂיא, מַשְׂאֵת, מַשָּׂאָה, מַשָּׂא.

נשג Hi. pf. הִשִּׂיג, ipf. יַשִּׂיג, iuss. יַשֵּׂג, narr. וַיַּשֵּׂג, ptc. מַשִּׂיג, f. מַשֶּׂגֶת: 1) celerius eundo, persequendo *assecutus est* alqm Gn 31 25. 44 4. 6. Ex 14 9. 15 9. Dt 19 6. Jos 2 5. 1 S 30 8 al.; assequitur alqm gladius Jr 42 16. 1 Ch 21 12, bellum Os 10 9, ira Dei Ps 69 25, terror Job 27 20. 41 18, poena Ps 40 13. — 2) improprie: *a*) alqs *assequitur, pervenit ad* numerum annorum alcs Gn 47 9; assequitur alqm benedictio Dt 28 2: Is 59 9; — *b*) *as-, con-sequitur, obtinet* alqs rem optatam Is 35 10. 51 11. Pr 2 19; *intellectu assecutus est, intellexit* Sir 31 22; — *c*) *manus alcs* (*non*) *assequitur* rem = alqs (non) potest sibi comparare vel dare rem necessariam Lv 5 11 (hic c. לְ obi[1]), c. acc. 14 22. 30 s, abs. 14 21; כַּאֲשֶׁר תַּשִּׂיג יָדוֹ 'prout capax est (dandi)' Ez 46 7: Lv 27 8; כִּי תַשִּׂיג יַד־גֵּר 'si ditescit peregrinus' 25 47. — *NB.* 1 S 14 26 pro מַשִּׂיג lgd. מֵשִׁיב; Job 24 2 pro יַשִּׂיגוּ lgd. יַסִּיגוּ (סוג Hi.).

נְשׂוּאָה * ptc. pass. f. Q. (נָשָׂא), pl. c. sfx. נְשֻׂאֹתֵיכֶם *res a vobis portatae,* sc. idola vestra Is 46 1. [1]

נָשִׂיא, st. c. נְשִׂיא, pl. נְשִׂ(י)אִ(י)ם, נְשִׂיאֵי: ex etymo = 'in locum sublimem elevatus'; hinc 1) vir genere vel munere ceteris dignior, *princeps*; ita voc. Abraham נְ' אֱלֹהִים 'vir a Deo honoratus' Gn 23 6; exterarum nationum ethnarchae, duces ets. Gn 17 20. 25 16. 34 2. Nu 25 18. Jos 13 21. Ez 26 16. 27 21 al.; in Israel, tempore exodi, antistes tribuum familiarumve Ex 16 22 (נְ' הָעֵדָה). 22 27. 34 31. 35 27. Lv 4 22. Nu 1 16 (נְ' מַטּוֹת אֲבוֹתָם). 2 3-29 al. Jos 9 15 al. (summus praefectus levitis נְשִׂיא נְשִׂיאֵי הַלֵּוִי Nu 3 32), sim. 1 R 8 1 || 2 Ch 5 2, tempore Ezechielis viri nobiliores (magistratus?) Ez 21 17. 22 6. 45 8 s, postea dux exsulum redeuntium Esr 1 8; — *princeps* voc. Salomo 1 R 11 34, rex Israel aerae futurae Ez 44 3 (45. 46. 48 compluries), 'David' fu-

turus, Messias Ez 34 24. 37 25. — 2) ‡ levati sursum vapores, *nubes* (ar. *naši'*) Jr 10 13. 51 16. Ps 135 7. Pr 25 14. [נָשָׂא]

‡ נשק Ni. pf. 3 f. נִשְּׂקָה *accensus est* ignis μ Ps 78 21. — Hi. הִשִּׂיקוּ, ipf. יַשִּׂיק *accendit* Is 44 15. Ez 39 9, *torrefecit* Sir 43 21; intr. torretur 31 19. [cf. ar. *nağaša* accendit.] †

נָשַׂר *serravit* [nh. a/s. ar. נְסַר, נָסַר, *našara*, et cf. מַשּׂוֹר] supponi posset pro narr. [TM וַיָּשַׂר] וַיָּשַׂר 1 Ch 20 3; at sec. 2 S 12 31 lgd. וַיָּשֶׂם 'et posuit' eos.

[1] נָשָׁא, inf. a. נָשֹׁא, vocalibus ex radice נָשָׁה sumptis, pf. נָשִׁיתִי, ptc. נֹשֶׁא, pl. נשׁאים (i. e. נשִׁים) Neh 5 7 k, adde נָשִׁיתִי Jr 23 39: primitus = *propulit, ursit, adegit* (cf. ar., infra), deinde 1) *ursit*, ab alqo alqd *exegit*; construitur cum בְּ eius qui urgetur; וְנָשָׁא־בוֹ אָלָה '(si quis...) et exigit ab eo iuramentum' 1 R 8 31. 2 Ch 6 22; וְנָשִׁיתִי אֶתְכֶם נָשֹׁא 'et abigam vos' Jr 23 39, sed c. pauc. mss. GSV (Aq Sym) vid. lgd. (נָשֹׂא) אֶ' (=וְנָשָׂאתִי) וְנָשִׁיתִי 'et tollam vos'). — 2) usurpatur, certe cum idea premendi, urgendi, (ut synonymum vb[i] [1]נָשָׁה) de creditore: נשׁא *creditor urgens* 1 S 22 2; creditori opp. אֲשֶׁר נֹשֵׁא בוֹ 'is quem urget', debitor Is 24 2 b; 'nimium faenus (מַשָּׁא) exigitis ab invicem' (אִישׁ־בְּאָחִיו) Neh 5 7. [ar. *nasa'a* protrusit (ets.) animal, etiam: abegit] Deriv. מַשָּׁא, מַשָּׁאָה. †

[2] נשׁא: Ni. pf. נִשְּׁאוּ *decepti sunt* Is 19 13. — Hi. pf. הִשִּׁיא (sfx. הִשִּׁיאַנִי, הִשִּׁיאֲךָ), הִשֵּׁאתָ, (הִשִּׁיאוּךָ), ipf. יַשִּׁיא, יַשִּׁא, יַשִּׁי?, (sfx. יַשִּׁאֲךָ), יַשִּׁיאוּ, תַּשִּׁיאוּ, inf. הַשֵּׁא: 1) *decepit, in errorem induxit* alqm: seq. acc. vel sfx. Gn 3 13. 2 R 19 10. Is 37 10. Jr 37 9. 49 16. Abd 3. 7. 2 Ch 32 15, seq. בְּ Ps 89 23, לְ 2 R 18 29. Is 36 14. Jr 4 10. 29 8. — 2) *fraudulenter*, i. e. celeritate vel subitaneo insperato adventu incautos fallens, *venit* super alqm עַל Ps 55 16 (q יַשִּׁי מָוֶת). †

נשׁב Q. pf. נָשְׁבָה *flavit*, seq. בְּ *afflavit* rem Is 40 7. — Hi. iuss. יַשֵּׁב *fecit flare* ventum Deus Ps 147 18; *flando abegit* vel utcumque *abegit* aves Gn 15 11. [a/s. נְשַׁב id.] †

[1] נשׁה: Q. pf. נָשִׁיתִי, נָשׁוּ, ptc. נֹשֶׁה, נשִׁים, sfx. נוֹשַׁי: *mutuam dedit* rem vel pecuniam, c. acc. rei et בְּ accipientis (בְּ 'contra' quem habetur ius repetendi) Jr 15 10. Neh 5 7 q. 10 s. Dt 24 11; ptc. *creditor*, praesertim urgens, durus Ex 22 24. 2 R 4 1. Is 24 2. 50 1 (μ). Ps 109 11. — Hi. ipf. יַשֶּׁה, תַּשֶּׁה. Dt 15 2. 24 10 usurpatur eodem modo ac Q. [cf. ar. *nasa'a* ursit, item: distulit, dilationem concessit.] Deriv. מַשֶּׁה, נְשִׁי. †

‡ [2] נשׁה: Q. ipf. נָשִׁיתִי, ipf. 2 sg. m. abbrev. תֶּשִׁי (cf. תֶּמַחִי Jr 18 23): *oblitus est*, c. acc. Dt 32 18; = *iam diu caruit* re Thr 3 17; de Jr 23 39 cf. [1]נָשָׁא. — Ni. ipf. c. sfx. (dat.; GK 117 x) לֹא תִנָּשֵׁנִי Is 44 21 '(non) *oblivioni daris* a me' (vid. lgd. תִּנָּשֶׁה לִי; GSV lg. Q.). — Pi. pf. c. sfx. נַשַּׁנִי (pro 'נ) me *oblivisci fecit*, c. acc. rei Gn 41 51. — Hi. pf. c. sfx. הִשָּׁהּ, ipf. יַשֶּׁה: *oblivisci* (= carere) *fecit* alqm, c. 2 acc. Job 39 17; Ds יַשֶּׁה לְךָ מֵעֲוֹנֶךָ aut 'sivit te oblivisci partem culpae tuae' aut '*obliviscitur* (praeterit) magnam partem culpae tuae' Job 11 6. [ar. *nasija*, a/s. נְשָׁא] Deriv. נְשִׁיָּה. †

נָשֶׁה [= ar. *hasa*[n]] *musculus cum tendine qui a coxendice per femur et crus ad talos descendit*, V *femur* Gn 32 33 bis. †

נְשִׁי *, sfx. נִשְׁיֵכִי k, נִשְׁיֵךְ q: *debitum ex re mutuo accepta* 2 R 4 7. [[1]נָשָׁה] [1]

‡ נְשִׁיָּה ‡ *oblivio* Ps 88 13. [[2]נָשָׁה] [1]

נָשִׁים, pl. ad אִשָּׁה, q. v.

נְשִׁיקָה*, pl. וֹת: *osculum* Pr 27 6. Ct 1 2. [נָשַׁק] †

[1] נָשַׁךְ, ipf. יִשֹּׁךְ (יִשָּׁךְ Pr 23 32), ptc. נֹשֵׁךְ, נָשׁוּךְ: *momordit* serpens, vipera Gn 49 17. Nu 21 8 s. Am 5 19. 9 3. Pr 23 32. Ec 10 8. 11, metaph. homo sc. linguā, verbis Mi 3 5. Hab

2 7. Sir 12 13. — Pi. pf. נִשְּׁכוּ, narr. וַיְנַשְּׁכוּ *id.* Nu 21 6. Jr 8 17. [aeth. *naska*; — cf. ar. *nakaza* pupugit, a/s. נכת momordit.] †

[2] נָשַׁךְ*, ipf. יִשַּׁךְ: *pro faenore dedit* Dt 23 20. — Hi. ipf. 2 תַּשִּׁיךְ *faenus dandum imposuit* alci לְ Dt 23 20 s. [vb. denom. a נֶשֶׁךְ]. †

נֶשֶׁךְ (נָשֶׁךְ) *faenus* pro re commodata postulatum Pr 28 8, c. gen. rei commodatae Dt 23 20; dare rem ʻpro faenoreʼ בְּנֶשֶׁךְ Lv 25 37. Ps 15 5, 'בַּ Ez 18 8. 13, ʻaccipereʼ faenus לָקַח Lv 25 36. Ez 18 17. 22 12; faenus alci imponere שִׂים נ' עַל Ex 22 24, הִשִּׁיךְ נ' לְ Dt 23 20. [a ʻmordendoʼ vexando, [1]נשך] †

× נִשְׁכָּה (i. q. לִשְׁכָּה) *cella, repositorium, conclave* Neh 3 30. 12 44. 13 7. †

נָשַׁל, ipf. יִשַּׁל, ipr. שַׁל: 1) intrans.: *ultro* (*se solvit* =) *decidit* oliva (immatura) ab arbore Dt 28 40, ferrum a ligno securis 19 5. — 2) trans.: *solvit* calceum a (מֵעַל) pede Ex 3 5. Jos 5 15; *abegit, expulit* alqm ex regione Dt 7 1. 22. — Pi. narr. וַיְנַשֵּׁל *expulit* alqm, ex urbe 2 R 16 6. [cf. ar. *nasala* abiecit, amisit (plumas, crines animal), aram. Aph. eiecit.] †

נָשַׁם*, Q. ipf. 1 אֶשֹּׁם: *anhelavit, vehementer suspiravit*, ut incepturus opus arduum, c. אֶשְׁאַף Is 42 14; alii lg. c. SV אָשֵׁם (שָׁמֵם Hi.). [cf. נְשָׁמָה; ar. *nasama* leniter suspiravit][1]

נְשָׁמָה, st. c. נִשְׁמַת etc., pl. נְשָׁמוֹת (Is 57 16): *halitus, anhelitus, spiritus, anima*: — 1) *spiritus hominis*: Deus Adamo inspiravit נ' חַיִּים *animam* ut principium vitae Gn 2 7; eius in corpore praesentia *halitu* narium cognoscitur Gn 7 22 (hic bruta quoque subintelleguntur): 1 R 17 17. Is 2 22. 42 5. Job 27 3. Dn 10 17. Sir 9 13; utpote a Deo data vocatur נ' שַׁדַּי Job 32 8, eius halitus 33 4. 34 14; anima intellegens, mens Pr 20 27. — 2) metonymice: *animans, homo vivens* Dt 20 16. Jos 10 40. 11 11. 14. 1 R 15 29. Is 57 16 (pl.). Ps 150 6. — 3) *halitus*, Dei irati 2 S 22 16. Is 30 33. Ps 18 16. Job 4 9; *ventus* frigidus Job 37 10; *inspiratio* verborum Elihu loquenti data (= cuiusnam inspiratione locutus es?) Job 26 4. †

‡ נָשַׁף *flavit* Ds: c. בְּ instr. Ex 15 10; c. בְּ obi. *afflavit* Is 40 24. [nh. ar.-vulg. aram.-chr.; cf. נשב, נשם, נפש.] †

נֶשֶׁף (נָ), sfx. נִשְׁפּוֹ: (tempus quo ventus flat [נשף], cf. Gn 3 8) *crepusculum*; 1) *crep. vespertinum, nox iam incepta* 2 R 7 5. 7. Is 5 11. 21 4 (ut hora quietis desiderata). 59 10. Job 24 15. Pr 7 9. Sir 32 16; הָרֵי נ' ʻmontes caliginosiʼ Jr 13 16. — 2) *crep. matutinum, nox finiens et mane incipiens*: Ps 119 147. Job 3 9. 7 4; מֵהַנֶּשֶׁף וְעַד־הָעֶרֶב 1 S 30 17 (GS). †

[1] נָשַׁק, ipf. יִשַּׁק etc., יִשָּׁקוּן (sfx. יִשָּׁקֵנִי...), coh. אֶשְּׁקָה 1 R 19 20, ipr. וּשְׁקָה Gn 27 26, inf. לִנְשֹׁק־: *osculatus est*; plerumque c. לְ, ut וַיִּשַּׁק־לוֹ Gn 27 27: 29 11. Ex 4 27. 18 7. Ru 1 9 al.; c. acc. אִישׁ אֶת־רֵעֵהוּ 1 S 20 41; c. sfx. Gn 33 4. 1 S 10 1. Ct 1 2 (add. ʻuno ex osculis oris t.ʼ, מִן 3). 8 1; abs. Ps 85 11 (vel lgd. Ni. reciproc. נִשָּׁקוּ ʻinter se osculati suntʼ); — ut actus reverentiae erga Baal 1 R 19 18 לוֹ, עֲגָלִים Os 13 2; וַתִּשַּׁק יָדִי לְפִי ʻ(nec) osculum applicavit manus m. ori m.ʼ in hon. lunae Job 31 27; ʻlabia osculaturʼ, gratissimum actum benevolentiae exhibet Pr 24 26. — Pi. ipf. יְנַשֵּׁק, ipr. נַשְּׁקוּ, inf. נַשֵּׁק: *osculatus est* c. לְ Gn 29 13. 31 28. 32 1. 45 15; c. acc^o (si lectio est genuina) Ps 2 11. — Hi. ala alam (אֶל) *cum leni sonitu* velut osculans *tangit*, ptc. Ez 3 13. [ass. *našâqu*, a/s. נָשַׁק osculari] Deriv. נְשִׁיקָה.

[2] נָשַׁק*: ptc. pl. st. c. נֹשְׁקֵי: prob. (de militibus) *in serie ordinati tenent* arma: נֹשְׁקֵי־קֶשֶׁת 1 Ch 12 2, add. וּמָגֵן 2 Ch 17 17 (sc. bini 1 arcum et 1 scutum tenent, Joüon, Bib 13, 87); נוֹשְׁקֵי רוֹמֵי־קֶשֶׁת prob. ʻin serie stantes sagit-

tarii' Ps 78 9, cf. Jr 46 9 in fine, de constr. Kö. III 337 m, J. 129 r. — 2) sensu latiore: prob. Gn 41 40 totus populus meus יִשַּׁק עַל־פִּיךָ 'iussui tuo *se conformabit*', oboediet (GSTV). [cf. ar. *nasaqa* in seriem disposuit et conexuit margaritas, *nasaq* series dentium, arborum ets.] Deriv. נֵשֶׁק, נֶשֶׁק.

¹נֵשֶׁק et נֶשֶׁק (נָ), st. c. it.: *apparatus bellicus, arma* 2 R 10 2. Is 22 8. Ez 39 9 s. Job 20 24. 39 21; metonym. *armarium* Neh 3 19; *proelium* Ps 140 8. [²נֶשֶׁק] †

²נֵשֶׁק 1 R 10 25. 2 Ch 9 24 G στακτή. *pulvis aromaticus* prob. recte, (vix 'arma' Vg); cf. JAOS 58, 137. [ar. *našaqa* spirans naso attraxit odorem] †

נֶשֶׁר (נָ), pl. נְשָׁרִים, st. c. נִשְׁרֵי: *aquila*, avis capite calvo Mi 1 16, rapax ideoque immunda Lv 11 13. Dt 14 12, impetu celerrimo advolans Dt 28 49. 2 S 1 23. Jr 4 13 al., altissime nidificans Jr 49 16. Abd 4. Job 39 27, quotannis renovatis pennis velut iterum iuvenescens Is 40 31. Ps 103 5; symbolice repraesentat spiritus caelestes Ez 1 10. 10 14; בְּנֵי־נ׳ pulli aquilae Pr 30 17; — nomine נֶשֶׁר aquila et vultur designari videntur; eorum genera in Palaestina v. apud Tristram, FFl 94-107; v. Fonck in LB I 333-6.

נשׁת*, pf. 3 f. נָשַׁתָּה et נִשָּׁתָה (cf. J. 18 d) *exsiccata est* sitientis lingua Is 41 17; metaph. *defecit* alcs robur Jr 51 30. — Ni. pf. נִשְּׁתוּ *exsiccata defecit* aqua Is 19 5. (יִנָּשְׁתוּ lgd. Jr 18 14.) †

×נִשְׁתְּוָן *scriptum* subditorum ad regem Esr 4 7, regis ad subditum, constitutio 7 11. [cf. lexidion aram. s. v.] †

נתח Pi. pf. נִתַּח, ipf. תְּנַתֵּחַ (Ex 29 17 non i. p.), narr. וַיְנַתַּח etc. (sfx. וַיְנַתְּחֵהוּ etc.): *in frusta dissecuit* cadaver Lv 1 6. 12. 8 20. Jdc 19 29. 20 6. 1 S 11 7. 1 R 18 23. 33. [ar. *nataḥa* dilaniat (vultur praedam)] Deriv. נֵתַח. †

נֵתַח Ez 24 4, pl. נְתָחִים etc. *frustum* carnis dissectae Ex 29 17. Lv 1 6. 8. 12. 8 20. 9 13. Jdc 19 29. Ez 24 4. 6. Sir 50 12. [נֵתַח] †

‡ נָתִיב, st. c. נְתִיב: *via, semita* Ps 78 50. 119 35 (mandatorum). Job 18 10. 28 7. Pr 12 28 (lege וְדֶרֶךְ נְתִיבָהּ 'et ambulatio in semita eius...'); vestigia crocodili in aqua procedentis Job 41 24. †

‡ נְתִיבָה, sfx. נְתִיבָתִי etc., pl. ות: *via, semita* Jdc 5 6. Is 43 16. Job 38 20. Pr 8 2; sensu metaph. vel eth. Is 42 16. 58 12. 59 8. Jr 6 16. 18 15. Os 2 8. Ps 119 105. 142 4. Job 19 8. 24 13. 30 13. Pr 1 15. 3 17. 7 25. 8 20. †

× נְתִינִים, Esr 8 17 k נְתוּנִים, G ναθινιμ, ναθιναῖοι, Vg *Nathinaei,* famuli templi, potiss. levitis ut servi attributi, partim sec. Esr 8 20 iam a Davide et principibus instituti, partim sec. Esr 2 58 || Neh 7 60 posteri servorum Salomonis; domicilia eorum indicantur Esr 2 70. Neh 3 26. 7 72. 11 21; erant, ut vid., extranei bello capti in perpetuam servitutem redacti (ut olim Gabaonitae Jos 9 21. 27), ex decreto regio Esr 7 24 a tributis immunes; Neh 10 29 ut pars communitatis isr. considerantur; commemorantur etiam Esr 2 43. 7 7. 8 17. Neh 3 31. 7 46. 11 3. 1 Ch 9 2. †

נתך: Q. ipf. יִתַּךְ (וַתִּתַּךְ, וַיִּתְּכוּ) et Ni. pf. נִתַּךְ, ptc. f. נִתֶּכֶת inter se complent (cf. נִגַּשׁ Ni., יִגַּשׁ Q.): 1) *impetuose proruit, effluxit* pluvia Ex 9 33. 2 S 21 10, ira vel maledictio Dei super alqm (עַל, בְּ, אֶל) Jr 7 20. 42 18. 44 6. Na 1 6. Dn 9 11. 27. 2 Ch 12 7 al., clamor viri miseri Job 3 24. — 2) *fusum,* i. e. *igne liquefactum est* metallum, metaphor. = *velut igne purgantur* peccatores Ez 22 21. 24 11. — Hi. הִתִּיךְ* etc., ipf. יַתִּיכוּ (sfx. תַּתִּיכֵנִי), inf. לְהַנְתִּיךְ Ez 22 20 (lgd. Ni. לְהִנָּתֵךְ, GS): *fluere fecit*; 1) *effudit,* ut lac, Job 10 10; pecuniam tradendam in mensam *effudit* 2 R 22 9. 2 Ch 34 17. — 2) *liquefecit igne* metalla, et μ homines Ez 22 20. — Ho. ipf. תֻּתְּכוּ: pass. ad

Hi. 2: Ez 22 22. [ass. *natâku* fluere; nh. Hi., aram. Aph. liquefecit] Deriv. הִתּוּךְ. †

נתן: Q. pf. נָתַן, 2 נָתַתָּ(ה) (2 S 22 41 תַּתָּה mendum), f. נָתַתְּ (Ez 16 18 נָתַתִּי), 1 נָתַתִּי, pl. נָתְנוּ, נְתַתֶּם, נָתַנּוּ; ipf. יִתֵּן etc. (נִתַּן Jdc 16 5), ipr. תֵּן · תְּנָה (sfx. תְּנֵהוּ), תְּנוּ · תְּנִי · תְּנֵי · תְּנִי; inf. a. נָתוֹן, inf. c. raro נְתֹן, plerumque תֵּת (*tin-t), לָתֵת · לְתֶת־ (sfx. תִּתִּי), irreg. לְתִתֵּן 1 R 6 19, sim. 17 14 k; ptc. נֹתֵ(ו)ן: *dedit, posuit, fecit*; de frequenti ac vario usu verbi haec enotasse sufficiat: 1) *dedit*: a) *porrexit, tradidit* alqd, לְ alci Gn 3 6. 14 20. 20 16. Ex 24 12 al. passim; בְּיַד Gn 27 17. 30 35. Dt 24 1 al., עַל־כַּף Gn 40 11. Lv 8 27, אֶל Gn 21 14. Lv 15 14 al.; — b) *dedit* alci filiam in uxorem (לְאִשָּׁה) Gn 29 28. 34 8 s. Ex 2 21 al., ancillam Gn 16 3. 30 9; — c) *pro pecunia dedit, vendidit* rem (בְּ pretii): מַיִם בַּכֶּסֶף תִּתֶּן־לִי Dt 2 28: 14 25. 1 R 21 6. 1 Ch 21 22 al., alqm Joel 4 3; — d) *ex obligatione dedit*: lateres Ex 5 18, naulum Jon 1 3, mercedem Ex 2 9, pretium rei emptae Gn 23 13. Dt 14 26 al.; *im-, ex-pendit* pecuniam Ex 30 16; — e) *commisit, confidit* alqd alci curandum, servandum אֶל Ex 22 6. 9, בְּיַד Gn 30 35, לְ Ct 8 11; — f) *obtulit, donavit, dicavit* rem Deo Ex 22 29. 30 15. Nu 18 12. 1 Ch 29 14, honorem Deo Jos 7 19. Jr 13 16 al.; infantes Molocho Lv 20 2, hostias idolis Ez 6 13; — g) Deus *dat, largitur* hominibus bona: sapientiam, gloriam, divitias 1 R 3 9, robur Dt 8 18. Ps 29 11. 68 36, pluviam Lv 26 4, aquam in deserto Is 43 20, Israelitis terram Chanaan Gn 12 7 etc., regibus victoriam Ps 144 10, desiderata, precibus postulata Ps 20 5. 21 3. 106 15. Pr 10 24 al.; sed *dat* etiam grandinem Ex 9 23. Ps 105 32, *tradit* alqm morti Ps 118 18, pedem lapsui 66 9, alqm dentibus hostium 124 6, in manum victoris Nu 21 2. Dt 3 3 al.: Jr 18 21. Os 9 14. Ps 28 4 ets.; — h) *concessit, permisit* alqs somnum oculis suis Ps 132 4. Pr 6 4; non *concessit, sivit* Ds ut alci malum accideret: seq. accus. (vel sfx.) personae et לְ c. inf., ut לֹא־תִתֵּן חֲסִידְךָ לִרְאוֹת שָׁחַת 'non sines pium servum tuum videre corruptionem' Ps 16 10: Gn 20 6. Job 31 30 ('non sivi peccare os meum'). Ec 5 5; seq. acc. et inf. c.: 'noluit permittere Israeli transire per...' (נָתַן אֶת־יִשְׂרָאֵל עֲבֹר) Nu 20 21: 21 23. Job 9 18 al.; — i) *praebet* campus, arbor etc. fructum suum Gn 4 12. Ps 1 3. 67 7. 85 13 al.; *praebet* prudentia favorem Pr 13 15, severa disciplina sapientiam 29 15, ets.; — k) *dat, applicat* alqs cor, mentem, rei: לִדְרוֹשׁ ליהוה 1 Ch 22 19: Ec 1 13. 8 16; תְּנָה לִבְּךָ לִי 'attende ad me' Pr 23 26; aliter: יִתֵּן אֶל־לִבּוֹ '(id) menti dabit', considerabit Ec 7 2; — l) *edidit, exhibuit* miracula: Ex 7 9. Dt 6 22. 1 R 13 3, signum Is 7 14; *ostendit* vinum splendorem suum Pr 23 31; — m) *communicavit, indicavit* numerum census populi 2 S 24 9, tempus Neh 2 6; — n) *attribuit* Deo potentiam ets. (sc. dicens 'quam potens est Deus!' ets.): תְּנוּ־עֹז לֵאלֹהִים Ps 68 35; Iob 'non attribuit Deo iniquitatem' (non dixit: iniquus est) Job 1 22; — o) *praebuit, dedit* manum, in signum sinceritatis 2 R 10 15, submissionis Jr 50 15. Thr 5 6; *praebuit, obvertit* maxillam caedenti Is 50 6. Thr 3 30, humerum renitens, nolens Zch 7 11. Neh 9 29, cervicem 2 Ch 29 6; *vertit* Ds manum suam (Ex 7 4), faciem suam (Lv 17 10 al.) contra (בְּ) alqm, orans faciem ad Dm Dn 9 3; — p) נָתַן קוֹל *edidit, emisit vocem* dicitur varie: *cantat* avis Ps 104 12; Ds *clamat, tonat* Jr 25 30. 51 16 (lgd. לְתִתּוֹ קוֹל). Ps 18 14. 68 34 al., בְּקוֹלוֹ 46 7: Jr 12 8 (cf. בְּ 5 b); *clamat* Sapientia Pr 1 20. 8 1, hostis ets. Jr 4 16; *rugit* leo Jr 2 15. Am 3 4, mare Hab 3 10; add. לְ *acclamat* alci ut veniat Pr 2 3; sim. יִתֶּן־אֹמֶר Ps 68 12; מִי יִתֵּן *quis dabit? = utinam!*, de quo v. sub מִי b. — 2) *posuit, collocavit* a) rem, plerumque cum indicatione loci: בְּ astra in firmamento Gn 1 17, irin in nube 9 13, vasa

in thesauro 1 R 7 51, os suum in pulvere μ Thr 3 29 ets.; *posuit* alci laqueum Ps 119 110; posuit rem עַל 'supra' Ex 25 30. Lv 5 11. Nu 4 14, עַל־כַּפֵּי Lv 8 27, 'super' (tegendi causa) Ex 26 34. Lv 8 7. 1 S 17 38. Ez 16 11, 'contra' Ez 26 8; לִקְרַאת Gn 15 10; אֶל 'in' εἰς Ex 25 16 a. 21 b, לִפְנֵי 'ante, coram' Ex 30 6. 40 5. 2 R 4 43 ets.; subinde aliis verbis latinis reddendum est: *infudit* aquam Ex 40 7 b. Nu 19 17, *iniecit* in ignem 2 R 19 18, *illevit* sanguinem Ex 12 7. Lv 8 15. 23 s, oleum 14 17 s. 29, *insculpsit* בְּ Lv 19 28; *indidit* Ds sapientiam in cor alcs Ex 31 6 b. 36 2. 1 R 10 24, in alqm Ex 36 1; *imposuit* rex (עַל) alci tributum ets. 2 R 18 14, mulctam 2 R 23 33, *inflixit* Ds mala alci בְּ Dt 7 15, homo homini *intulit* damnum Lv 24 19. Ps 50 20 בְּ; — *b*) aliquem posuit: seq. אֶל loci Jr 29 26 b. 37 18 (עַל 20 2) εἰς, בְּ Neh 13 4 ἐν, בֵּית Jr 37 4. 15; seq. אֶת 'cum', associavit Ex 31 6, עִם Gn 3 12; seq. עַל *praeposuit, praefecit* Gn 41 41. 1 R 2 35; נָבִיא לַגּוֹיִם נְתַתִּיךָ Jr 1 5; *assignavit* alqm לְ servitio levitarum Esr 8 20: Is 42 6. — 3) *fecit*: *a*) cum acc^{o} obi^{i} et indicatione praedicati per accusativum vel לְ vel כְּ; α) *fecit aliquem* alqd: וָאֶתֶּנְךָ נָגִיד 'et feci te principem' 1 R 16 2: Gn 17 5. 1 R 9 22. Is 3 4. Jr 1 5. 29 26. Ez 33 2 al.; נָתַתִּי אֶתְכֶם נִבְזִים 'faciam vos contemptos' Mal 2 9: Dt 28 1. Abd 2 al.; וּנְתַתִּיו לְגוֹי גָּדוֹל Gn 17 20: Dt 28 13. Is 49 6. Jr 15 20 al.; 'faciat Ds hanc mulierem כְּרָחֵל וּכְלֵאָה Racheli Leaeque aequalem' Ru 4 11: Jr 29 17. Os 11 8; β) *fecit aliquid* aliquid: וָאֶתְּנָה לְבוּשִׁי שָׂק 'feci cilicium vestem meam' Ps 69 12: Dt 28 24. Jr 8 23 al.; cum praefixo לְ vel כְּ: 'faciam Rabba לִנְוֵה גְמַלִּים 'pascuam camelorum' Ez 25 5: Jr 9 10 a. Ez 26 4. 29 10 al.; תֶּן חֵלֶק לְשִׁבְעָה 'fac = divide (unam) partem in septem (partes)' Ec 11 2; 'faciendo hanc urbem כְּתֹפֶת similem tophetho' Jr 19 12; 'fecit [ut esset] argentum in Ierusalem כָּאֲבָנִים tam [commune] quam lapides' 1 R 10 27: Jr 26 6 a al.; נָתַן cum כְּ (vel לִפְנֵי) praedicati = cogitando, iudicando fecit alqm aequalem alci = *putavit esse...*: וַיִּתֵּן אֹתָנוּ כִּמְרַגְּלִים 'opinatus est nos esse exploratores' Gn 42 30: 1 S 1 16. Ez 28 2 (cf. Bib 7, 290); c. adi^{o} praedicato: וַיִּתֵּן תָּמִים דַּרְכִּי 'fecit iter meum tutum' Ps 18 33: Nu 5 21 b; — *b*) *fecit*, cum solo acc^{o} obi^{i}: *fecit* viam per mare Is 43 16, incisuras in carne Lv 19 28, laesionem 24 19, foedus Gn 9 12, statuta Lv 26 46, structuras 1 R 6 6, *paravit* gloriam nomini suo Ps 115 1; 'faciamus (nobis) ducem' Nu 14 4.

Q. pass. (pf^{o} et ptc^{o}, si forte adfuere, subscriptae sunt a masoretis vocales Ni.) ipf. 3 sg. יֻתַּן: 1) *datur*: c. accus. rei datae (J. 128 b): יֻתַּן אֶת־הָאָרֶץ הַזֹּאת 'detur haec terra' Nu 32 5; eadem constructio habetur Lv 11 38. Nu 26 54. 2 R 5 17. Job 28 15; item 2 S 21 6 q '*tradantur* nobis sex viri', et 1 R 2 21. — 2) *ponitur*: 'apponitur, affunditur' aqua seminibus Lv 11 38; *positus erat, pendebat* sublimis Absalom 2 S 18 9.

Ni. pf. נִתַּן, נִתְּנָה, נִתְּנוּ, נִתַּתֶּם, נִתַּנּוּ, ipf. יִנָּתֵן etc., inff. הִנָּתֵן, הִנָּתֹן, ptc. נִתָּן: *datur, ponitur, fit*: 1) *datur, traditur, tribuitur* etc.: *a*) *res datur* alicui: לְ Ex 5 16. Nu 26 62. Jos 24 33 al., עַל־יַד 2 R 22 7, brevius עַל Is 29 12, בְּיַד libero arbitrio alcs Gn 9 2; a quo datur? מֵאֵת 2 R 25 30, מִן Ec 12 11; grex pascendus *committitur* Jr 13 20; lex ets. *datur, promulgatur* Est 3 14 s. 4 8. Neh 10 30 al.; urbs victa *traditur* in potestatem victoris בְּיַד 2 R 18 30. 19 10. Jr 21 10 al. (sim. Job 9 24); paludes *destinatae sunt* לְמֶלַח producendo sali? Ez 47 11; *inicitur* lignum in ignem 15 4; — *b*) *aliquis datur*: 'filius nobis' Is 9 5, mulier alci uxor Gn 38 14. 1 S 18 19; *traditur* victus, captivus in potestatem בְּיַד hostis Lv 26 25. Jr 32 4. 34 3. Dn 11 11 al.; נִתְּנוּ לַמָּוֶת 'morti devoti sunt' Ez

31 14; abs.: *interitui devotus est* Dn 8 12. 11 6. — 2) *ponitur* diadema in capite Est 6 8, *situm est* sepulcrum alcs alicubi Ez 32 23, *iacet* aliquis inter cadavera 32 25, *ponitur* stultitia (stultus) in excelso Ec 10 6. — 3) *fit* homo gramen (|| moritur) Is 51 12; *fit, infertur* laesio Lv 24 20, terror Ez 32 25 al., *fit, auditur* clamor Jr 51 55. [ass. *nadânu*, (ipf. *iddin*), a/s. ipf. יִנְתֵּן, *nettel*, ph. pf. יתן] Deriv. נְתִינִים, מַתָּת, מַתָּנָה, מַתָּן.

▲ נָתָן *Nathan*: 1) filius David 2 S 5 14. 1 Ch 3 5. 14 4; ad eum referri videtur בֵּית־נָתָן Zch 12 12. — 2) propheta tempore David et Salomonis 2 S 7 2 s. 17. 12 1-15. 25. 1 R 1 8 ss. 4 5 (prob.). Ps 51 2. 1 Ch 17 1 ss. 15. 29 29. 2 Ch 9 29. 29 25. (Sir 47 1). — 3) pater bellatoris (v. יִגְאָל n. 2) tempore David 2 S 23 36. 1 Ch 11 38 (pro אֲחִי נ׳ TM lg. בֶּן־נ׳ cum G^{BS} et 2 S). — 4) princeps familiae Esr 8 16. — 5) Iudaeus cum uxore alienigena iunctus Esr 10 39. — 6) Iudaeus de stirpe Ierameel 1 Ch 2 36.

▲ נְתַן־מֶלֶךְ *Nathanmelech*, praepositus cubiculi 2 R 23 11.

▲ נְתַנְאֵל *Nathanael*: 1) phylarchus in Issachar Nu 1 8. 2 5. 7 18. 23. 10 15. — 2) sacerdos cum uxore alienigena iunctus Esr 10 22. — 3) princeps familiae sacerdotalis Neh 12 21. — 4) levita Neh 12 36. — 5) filius Isai (Iesse) 1 Ch 2 14. — 6) sacerdos 1 Ch 15 24. — 7) levita 1 Ch 24 6. — 8) ianitor de stirpe Core 1 Ch 26 4. — 9) princeps sub Iosaphat 2 Ch 17 7. — 10) levita tempore Iosiae 2 Ch 35 9. †

▲ נְתַנְיָה *Nathanias, Nathania*: 1) pater Ismahel, qui occidit Godoliam, de stirpe regia 2 R 25 23. 25. Jr 40 14 s. 41 1 s. 6 s. 10-12. 15 s. 18 = נְתַנְיָהוּ Jr 40 8. 41 9. — 2) levita ex filiis Asaph 1 Ch 25 2 = נְתַנְיָהוּ 25 12.

▲ נְתַנְיָהוּ *Nathanias* — 1) v. נְתַנְיָה n. 1. — 2) pater Iudi Jr 36 14. — 3) v. נְתַנְיָה n. 2. — 4) levita 2 Ch 17 8.

‡ נָתַס *scindendo diruit* viam, ut esset impermeabilis Job 30 13. [cf. ar. *nataša* evellit.] [1]

‡ נתע Ni. pf. נִתָּעוּ Job 4 10 *extracti sunt* dentes. [sy. *neta'* traxit]

נָתַץ, ipf. יִתֹּץ etc. (וַתִּתְּצוּ! Is 22 10), ipr. נְתֹץ, inf. לִנְת(וֹ)ץ, ptc. pass. נְתֻצִים: *destruxit, demolitus est* domum Lv 14 45. Is 22 10, turrim Jdc 8 9. Ez 26 9, moenia 2 R 25 10. Jr 39 8, urbem Jdc 9 45, aram Ex 34 13. Dt 7 5, ets.; *effregit* dentes Ps 58 7; *perdidit* alqm Ps 52 7. Job 19 10. — Q. pass. pf. נֻתַּץ, ipf. יֻתַּץ (Sam יֻתְּצוּ), *destructa, diffracta est* res Lv 11 35. Jdc 6 28. — Ni. pf. נִתְּצוּ *destructae sunt* urbes Jr 4 26, *diffractae* rupes Na 1 6. (lgd. Jr 31 40). — Pi. pf. נִתַּץ etc., ipf. יְנַתֵּץ: *demolitus est* aras ets. Dt 12 3. Ez 16 39. 2 Ch 31 1. 33 3. 34 4. 7, murum 36 19.

נָתַק, ipf. c. sfx. אֶתְּקֶנְךָּ: *abripuit, avulsit* violente, anulum a digito Jr 22 24; נָתוּק (animal) avellendo, abrumpendo (testiculos) laesum Lv 22 24; metaph.: *amovit, ad abeundum pellexit* alqm Jdc 20 32 (dageš forte in ק del.). — Ni. pf. נִתַּק, ipf. יִנָּתֵק: vellendo *dirumpitur* filum, funis ets. Jdc 16 9. Is 5 27. 33 20. Jr 10 20. Ec 4 12; e luto *se avellens transit* pes ad aridam אֶל Jos 4 18 (an lgd. נֶעְתְּקוּ 'transierunt'?); — aliquis *vi separatur* Jr 6 29, *amovetur* a tentorio Job 18 14, *abicitur, pellicitur ad* longius abeundum Jos 8 16; alcs consilia *irritantur* Job 17 11. — Pi. pf. נִתֵּק etc., ipf. יְנַתֵּק: *vellendo dirupit* funes ets. Jdc 16 9. 12. Jr 2 20. 5 5. 30 8. Na 1 13. Ps 2 3. 107 14, iugum Is 58 6; *evulsit* radices Ez 17 9; *vellicans laceravit* pectus Ez 23 34. — Hi. ipr. c. sfx. הַתִּקֵם, inf. c. sfx. הַתִּיקֵנוּ: *separavit* oves occidendas a grege Jr 12 3; pelliciendo *abduxit* alqm ab urbe Jos 8 6. — Ho.: pro pf. הָנְתְּקוּ *amoti sunt*, melius lgd. Ni. וַיִּנָּתְקוּ Jdc 20 31. [ar. *nataqa* quassit; extraxit] Deriv. נֶתֶק. †

נֶתֶק (נְתָק) morbus in cute capillata hominis, i. e. in capite vel in mento, leprae suspicionem suggerens; Lv 13 29-39 duae eius species describuntur, maligna una, benigna altera; censetur fuisse morbus qui nostris linguis vocatur 'Grind, teigne, tigna, scall' (G θραῦσμα, V macula, 14 54 percussura); 13 33 b 'נ est ipse homo hoc morbo laborans. [נָתַק] †

‡' נתר: Q. ipf. יִתַּר *subsiluit* territum cor Job 37 1. — Pi. inf. נַתֵּר *saltat* locusta Lv 11 21. — Hi. narr. וַיַּתֵּר, וַיַּתִּירֵהוּ, iuss. יַתֵּר, inf. abs. הַתֵּר, ptc. מַתִּיר: *subsilire fecit*; 1) *terrendo subsilire fecit, terruit* Hab 3 6. — 2) *a*) solvendo dissilire fecit, *solvit* (*sprengen*) vincula Is 58 6; — *b*) *solvit, liberavit* captivum Ps 79 11 (lgd. הַתֵּר). 105 20. 146 7; manum hucusque ab agendo abstinentem *solvit, extendit* Job 6 9. *NB.* 2 S 22 33 lgd. וַיִּתֵּן. [ar. *natara* laceravit; nh. Hi., aram. Aph. solvit] †

נֶתֶר (נְ) *nitrum*, alcali fossile, quo pro sapone utebantur, Jr 2 22; 'acetum super nitrum' infusum Pr 25 20 (G ἕλκος ulcus), imago rerum non congruentium. †

נָתַשׁ, ipf. 1 אֶתּוֹשׁ, 3 c. sfx. יִתְּשֵׁם, inf. c. sfx. נָתְשִׁי, ger. לִנְתוֹ(ו)שׁ, inf. abs. נָתוֹשׁ, ptc. נֹתֵשׁ: *evulsit, exstirpavit* lucos Mi 5 13; populum e sedibus suis (מֵעַל) quasi *evulsit, vi asportavit* Dt 29 27. 1 R 14 15. Jr 12 14 s. 17. 24 6. 42 10. 45 4. 2 Ch 7 20, urbes (i. e. incolas Ps 9 7; abs. Jr 1 10. 18 7. 31 28. — Q. pass. ipf. יֻתַּשׁ (cf. יֻתַּן) *exstirpata est* planta, μ Ez 19 12. — Ni. ipf. יִנָּתֵשׁ etc.: *exstirpatum* est regnum Dn 11 4, *expulsus est* populus ex terra Am 9 15. (*NB.* Jr 18 14 vid. lgd. יִנָּשְׁתוּ). †

ס

סְאָה, du. סָאתַיִם, pl. סְאִים: mensura aridorum, sec. rabbinos ac LXX Ex 16 36. Is 5 10 tertia pars ephae; V *satum, modius* Gn 18 6. 1 S 25 18. 1 R 18 32. 2 R 7 1. 16. 18; nomen rei mensuratae ubique appositive (non in gen°) additur et determinat sexum verbi ac nominis numeralis; cf. LB III 166; Kortleitner, Arch.[2] 649. †

‡ סְאוֹן st. c.: *calceus seu caliga militaris* Is 9 4 sec. recentes omnes (cf. a/s. סֵינָא, סָאוּנָא, aeth. *šā'n* calceus; GSV non intellex.). [1]

‡ סֹאֵן ptc. verbi a סְאוֹן derivati = *in caliga militari*, cum strepitu, *incedens* Is 9 4. [1]

‡ סַאסְּאָה (pro סַאסְאָהּ) Is 27 8 vox obscura, ab antiquis (STV Aq Thdt Sym) a סְאָה derivata, et explicata 'בְּסְ 'cum mensura, moderate' ets.; — recentes, supposito verbo סאסא (Pilpel, cf. ar. *sa'sa'a* 'repetita voce *sa'!* bestiam propulit', aut a radice *sû'a* 'malum est', causative 'malis affecit') legunt inf. c. cum בְּ et suffixo ה, i. e. בְּסַאסְאָהּ = *expellendo eam* vel *malis visitans eam*; cf. comment. [1]

‡' סָבָא *, coh. נִסְבְּאָה, inf. c. sfx. סָבְאָם, ptc. סֹבֵא, ptc. pass. pl. סְבוּאִים: *immodice potitavit*: c. obi. Is 56 12. Pr 23 20, abs. Na 1 10 a; ptc. act. *potator* Dt 21 20. Pr 23 21. Sir 18 33; ptc. pass. (ut lat. *potatus*) *vino inebriatus* Na 1 10 b (si vera lectio); in Ez 23 42 tam k סוֹבָאִים 'potatores' (quod videtur dittographia vocis מוּבָאִים) quam q סָבָאִים 'Sabaei' valde dubiae lectiones sunt: cf. comment. [nh. aram.] Deriv. סֹבֶא. †

‡ סֹבֶא *, sfx. סָבְאָם, סָבְאֵךְ: 1) *potus, liquor* generosus, inebrians, GV 'vinum' Is 1 22. [cf. ar. *sibâ', sabî'ah*, vinum; sec. Hess,

MGWJ 78, 6 ss. cerevisia]. — 2) *compotatio* vel *ebrietas* Os 4 18. [סֹבֶא] †

▲ סְבָא *Saba,* filius Chus Gn 10 7. 1 Ch 1 9; gens et regio Is 43 3. Ps 72 10; nom. gent. סְבָאִים *Sabaim* Is 45 14 (altae staturae, cf. Herod. 3, 20); sec. Str. XVI 4, 8, Ptol. IV 7, 2 (ed. Müller-Fischer) urbs et portus ad oram W maris Rubri, in regione hodiernae Massaua (frt. colonia "Sabaeorum" Arabiae [cf. s. v. שְׁבָא]); minus recte IFl II 10, 2 = Meroë, urbs Aethiopiae; nec prob. est sententia Glaser (Geogr. Arab. 387-91) et Hommel, sec. quos agitur de populo et regione Arabiae. Cf. סוּבָאִים. †

▲ סְבָאִים Is 45 14 v. s. v. סְבָא

סָבַב 1 S 7 16, סָבְבוּ Jos 6 15 (sfx. סְבָבוּנִי Ps 18 6 et סַבּוּנִי 118 11, סְבָבֻהוּ, סְבָבוּם), 2 סַבּוֹתִי, 2 pl. סַבֹּתֶם; ipf. (1) 3 יָסֹב (יְסֻבֶּנּוּ, יְסוֹבֵּנִי), pl. יָסֹבּוּ (יְסֻבּוּהוּ), תְּסֻבֶּינָה, תָּסֹבּוּ, נָסֹב, narr. וַיָּסָב, וַנָּסָב; ipf. (2) יִסֹּ(ו)ב, תִּסֹּב, narr. וַיִּסֹּב, ipr. סֹב, סֹבִּי, סֹבּוּ; inf. c. סֹב Dt 2 3, לִסְבֹב Nu 21 4 (an lgd. Po.?); ptc. סֹבֵב, סוֹבֵב: 1) intransitive: *a*) *se vertit* (*avertit, circumvertit, revertit,* etc.): *se vertit* ventus Ec 1 6, ianua in cardine Pr 26 14; David *se avertit, evasit* 1 S 18 11, *se vertit* ab uno ad alium 17 30; miles abiens, alqd facturus, iubetur סֹב 'abi! vade!' 1 S 22 17 s. 2 S 18 30. 2 R 9 18, sim. Ct 2 17; וַיִּסֹּב 'ivit, accessit' ets. Jdc 16 2. 2 S 14 24. 1 Ch 16 43 al.; procedens *se vertit* ad occidentem Ez 42 19; *se vertunt* עַל contra alqm 2 Ch 18 31; psychice *se vertit* לְ ad nova quaedam Ec 7 25, ad desperandum 2 20; *revertit, rediit* 1 S 15 12. 2 S 14 24. Jr 41 14; Iordanes יִסֹּב לְאָחוֹר 'versus est retrorsum' Ps 114 3; תִּסֹּב תְּנַחֲמֵנִי 'rursus consolaberis me' Ps 71 21; — *b*) *transiit:* 'transferatur' arca in Geth 1 S 5 8; 'transit' res ad alium possessorem (מִן... אֶל) Nu 36 7. (מִן... לְ) 9; calix *transfertur* ad alqm עַל Hab 2 16; regio *transmutatur* in... כְּ Zch 14 10; — *c*) *circum-ivit, -sedit, -stetit* ets.: *circuivit* in urbe Ct 3 3. 5 7, per urbes 2 Ch 17 9, per terram 2 R 3 9; *se sistunt circum,* hostes אֶל 2 R 8 21. 2 Ch 21 9; *circum-, as-sident* scil. mensae, *cenant*: 1 S 16 11, de uno Sir 9 9. 32 1. — 2) transitive, cum acc° obiecti: *a*) *circumstant* alqm vel alqd: viri domum Jdc 20 5, urbem sagittarii 2 R 3 25, plantae locum Job 40 22, ornamenta rem 1 R 7 24; *circum-, ob-sedit* urbem 2 R 6 15; *ivit circum* urbem (= circum moenia urbis) Jos 6 3 s. 7. 14 s; *circuivit in* urbe Is 23 16; *circuiens visitavit* urbes 1 S 7 16; *circumfluit* (an *flexuose perfluit?*) regionem fluvius Gn 2 11. 13; *circumdant, undique premunt* alqm inimici Ps 17 11. 118 10 ss, beluae 22 13. 17, varia mala 1 R 5 17. Ps 18 6. 49 6. 88 18, peccata commissa Os 7 2; *circumdederunt* me verbis odii (2 acc^{i}) Ps 109 3; *circumdedit* murum vico (לְ) 2 Ch 33 14; funis 12 cubitorum *circumplectebatur* columnam (= 12 cub. erat ambitus columnae) 1 R 7 15. Jr 52 21: 2 Ch 4 2. 1 R 7 23.

Ni. pf. נָסַב, נָסַבָּה Ez 26 2 et נְסַבָּה, pl. נָסַבּוּ, ipf. יִסַּבּוּ: 1) *se vertit* limes Nu 34 4 s. Jos 15 3. 10. 16 6. 18 14. 19 14, sim. Jr 31 39; 'non *se vertebant* cherubim' eundo Ez 1 9. 12. 17. 10 11, nec... rotae *se amovebant* a latere eorum 10 16, *circueuntes ascendunt* scalae per aedem 41 7; 'se verterunt versus me valvae (portae) populorum', mihi patet porta Ierusalem et occasio lucri Ez 26 2. — 2) *se collocaverunt in gyro* contra nos Jos 7 9, contra domum Gn 19 4; c. acc.: *circumsteterunt* domum Jdc 19 22.

Pi. inf. סַבֵּב: *vertit, immutavit* narrationis speciem, aspectum 2 S 14 20.

‡ Po. ipf. יְסוֹבְבוּ, תְּסוֹבֵב, coh. 1 אֲסוֹבְבָה, c. sfx. תְּסוֹבְבֶךָּ, תְּסוֹבְבֵנִי, יְסֹבְבֶנְהוּ, יְסוֹבְבֶנּוּ, יְסֹבְבֻנִי, יְסוֹבְבֶהָ: 1) *stetit circum* alqm coetus Ps 7 8; Deus *versatur, est circum* alqm, i. e. *perpetuā curā undique tuetur* populum Dt 32 10; Dei pietas confidentes in eum Ps 32 10; cum amore et fide '*circumdabit* (= versabi-

tur circum) virum (sponsum suum, Iahve) femina (Israel, sponsa antea infidelis)' prob. Jr 31 22, cf. Reinke, Beiträge III 359 ss; alqs *versatur circa* aram Ps 26 6. — 2) *circumivit* urbem Ps 55 11, per urbem Ps 59 7. 15, בְּ Ct 3 2; mare *circumdedit* Ionam Jon 2 4. 6.

Hi. pf. הֵסַבּוּ, הֲסִבֹּתִי, הֲסִבֹּתָ, הֵסֵב, ipf. (1) יָסֵב* (וַיַּסִּבֵּנִי), נָסֵב, coh. נְסִבָּה, (2) וַיַּסֵּב, וַיַּסִּבּוּ 1 S 5 8 al.; ipr. הָסֵב . הָסֵבִּי, inf. הָסֵב, ptc. מֵסֵב, pl. c. sfx. מְסִבַּי: 1) cum acc° personae: a) *aliorsum direxit, devertit, alio ire iussit vel duxit* Ex 13 18. Ez 47 2. 2 Ch 13 13; omisso acc° ‘milites’: *se aliquo vertit* 2 S 5 23. 1 Ch 14 14; *a-, re-movit* iacentem a via 2 S 20 12; — b) *traducit* alqs (persuadendo) populum ad David 2 S 3 12; *traducit, convertit* Ds cor populi ad se 1 R 18 37, cor regis exteri ad favendum Israeli Esr 6 22; — c) *cum aliis circum mensam sedit, accubuit* Sir 31 16; — d) מְסִבַּי *qui me hostiliter circumveniunt* Ps 140 10, an: *qui me a regno amovent* (a)? — 2) cum acc° rei: a) *fecit* arcam *circumire* urbem, c. 2 acc. Jos 6 11; *circum* urbes *aedificavit* muros 2 Ch 14 6; *circumvertit, retro vertit* faciem = se Jdc 18 23. 1 R 8 14. 2 Ch 6 3, arma alcs Jr 21 4; — b) *alio transtulit* arcam 1 S 5 8 ss. 1 Ch 13 3: 2 R 16 18; *transtulit* Ds regnum ad David, לְ 1 Ch 10 14, אֶל 12 24: Sir 9 6 (l. Hi. loco Q.); — c) *alio vertit, avertit* oculos, מִנֶּגֶד Ct 6 5, faciem 1 R 21 4. 2 R 20 2. Is 38 2, ab alqo, metaph. = *aversatur* alqm Ez 7 22, alqd 2 Ch 29 6; ‘non avertit faciem ab eo’ = noluit desistere ab eo aggrediendo 2 Ch 35 22; — d) *transvertit, mutavit* nomen alcs, c. acc° novi nominis 2 R 23 34. 24 17. 2 Ch 36 4. — Ho. ipf. יוּסַב, ptc. f. pl. מו(ּ)סַבּ(וֹ)ת: 1) *circumagitur* rota Is 28 27; ptc. *circumversabiles* valvae Ez 41 24. — 2) ptc. *circumdatus, inclusus* (eingefasst) c. gen. rei circumdantis Ex 28 11. 39 6. 13. — 3) ptc. *transmutatus* quoad nomen (μετονομασθείς, umbenannt) Nu 32 38 (an 'שׁ 'מ = ‘metathesis nominis’ monet lgd. מְעוֹן בַּעַל?). [nh. aram. Q. circumire] Deriv. מֵסַב, מוּסָב, סָבִיב.

?² סבב Q. pf. 1 סַבֹּתִי *causa seu occasio fui*, c. בְּ rei 1 S 22 22 (caedis...); an lgd. חַבְתִּי c. GS? [ar. *sabba* 2, 5 id.] Deriv. סִבָּה, נְסִבָּה.

סִבָּה eventus qui est *causa seu occasio* rei [nh.; Mittel, moyen] 1 R 12 15.¹

סָבִיב: I) forma sing.: 1) subst.: *circuitus, murus circumdans, vallum* (?) 1 Ch 11 8 b. (2 R 8 21 lgd. q). — 2) adverbialiter: a) סָבִיב *circum, in circuitu, omni ex parte* (pro vario contextu = circa rem, aram, montem, regionem etc.) Ex 19 12. 25 11. 24 s. 28 32. Lv 1 5. 25 31. Nu 3 37. Jdc 20 29. 1 S 14 47. Ps 3 7. 12 9 al. passim; duplicatur סָבִיב סָבִיב Ez 8 10. 37 2 et saepe in 40-43: 2 Ch 4 3; additur passim substantivis (fere = *circumdans, circumiectus, circumhabitantes* ets.) בְּכָל־גְּבֻלוֹ ס' Gn 23 17: Nu 3 37. 4 32. 32 33. 1 R 3 1. 5 11 al.; in contextu *quoquoversus* 1 S 31 9. Is 49 18. 60 4. 1 Ch 10 9 al.; — b) סָבִיב לְ praepositionis instar, *circum...*: ס' לַמַּחֲנֶה ‘circum castra’ Ex 16 13: 40 33. Nu 1 50. 53. 2 2. Jdc 7 21. 1 R 6 5 b. 18 32. Ez 41 10. Ps 34 8. 78 28. 125 2. 128 3 al.; — c) מִסָּבִיב *ab omni circum parte, undique* Nu 16 24. 27. 2 S 7 1. 1 R 5 18. Is 42 25. Jr 4 17. 51 2 al., מָגוֹר מִסָּבִיב ‘terror undique!’ Jr 6 25. 20 3 al. Ps 31 14. — *NB.* Am 3 11 lgd. יְסֹבֵב, 1 S 14 21 סָבְבוּ גַם (G).

II. forma pl., st. c. סְבִיבֵי et c. sfx. סְבִיבֶיךָ etc.: 1) subst. (*die Umgebung*): a) *circumhabitantes, vicini* populi Jr 48 17. 39. Ps 76 12. Thr 1 17; *circumstantes* Dm angeli Ps 89 8; — b) *quae circumiacent*, loca, regiones Jr 21 14. 32 44. 33 13. 46 14. 49 5. — 2) praepositionis vice: *circum* Ps 50 3. 97 2.

III. forma pl., st. c. סְבִיבוֹת, c. sfx. סְבִיבוֹתַי etc.; 1) subst.: a) *circuitus* (pl.), variae vicissitudines venti Ec 1 6; — b) *circumhabitantes* gentes Ez 28 24. 26. Ps 44 14. 79 4. Dn

9 16. Esr 1 6; — c) regio circumsita Nu 22 4. Jr 50 32. Ez 5 2. 16 57. — 2) praepositionis instar, c. sfx.: *circum me*, te etc. Gn 35 5. 41 48. Lv 25 44. Nu 16 34. 35 2. Dt 6 14. 13 8. 17 14. Jos 21 11. Jdc 2 12. Ps 18 12. 27 6. 89 9. Job 22 10. 29 5 al.

ꟷ סָבַךְ* *implexit, implicuit*; ptc. pass. Na 1 10 metaph. *perplexi, intricati* ut spinae. — Pu. ipf. pl. יְסֻבָּכוּ *implicantur* radices silicibus Job 8 17. Deriv. 2 seq. et שְׂבָכָה †

סְבַךְ, pl. st. c. סִבְכֵי: *rami inter se perplexi, dumetum* Gn 22 13. Is 9 17. 10 34. †

סְבֹךְ*, st. c. (בִּ)סְבָךְ־ Ps 74 5, sfx. סֻבְּכוֹ Jr 4 7, *id.* (cf. GK 93 t.) †

▲ סִבְּכַי *Sobochai* et 1 Ch 11 29 *Sobbochai*, bellator sub David, oriundus ex Hosa (v. חוּשָׁה) 2 S 21 18. 1 Ch 11 29. 20 4. 27 11; etiam 2 S 23 27 pro מְבֻנַּי *Mobonnai* lgd. c. G[Mss] סִבְּכַי.

סָבַל* (sfx. סְבָלָם), ipf. יִסְבֹּל etc.: grave onus *sibi imposuit, baiulavit* Gn 49 15. Is 46 7; alqd grave *in se suscepit* Is 53 4, *pertulit* Thr 5 7; Ds Israelitas, ut pater filiolum, *portat* Is 46 4. — Pu. ptc. מְסֻבָּל (denom. a סֵבֶל) Ps 144 14 *oneratus* frugibus messis, mercibus, (vix onere uteri). — Htp. ipf. יִסְתַּבֵּל ut onus grave *se protrahit* locusta, Ec 12 5 trop. de sene, qui olim saltare poterat, nunc aegre incedit (alia ap. Rosenm.). [a/s. סבל baiulavit, ass. *zabâlu*] Deriv. 3 seq. †

סַבָּל, pl. ־לִים *baiulus* 1 R 5 29. Neh 4 4. 2 Ch 2 1. 17. 34 13. †

סֵבֶל, pl. st. c. סִבְלוֹת, sfx. סִבְלֹתָם etc.: *impositus alci durus labor*, praesertim baiulandi onera (*Fronarbeit, corvée*) 1 R 11 28. Ps 81 7. Neh 4 11, pl. de variis generibus laboris Ex 2 11. 5 4 s (sfx. laborantis), 1 11. 6 6 s (sfx. et gen. imperantis). [סָבַל] †

ꟷ סֹבֶל*, sfx. סֻבֳּלוֹ Is 9 3. 10 27. 14 25: secundum veteres *onus*, frt. (J., Bib 7, 291 s) *clitellae (Packsattel, bâṭ)* iumento vel baiulo impositae. [סָבַל] †

סִבֹּלֶת Ephraimitae pronuntiabant pro שִׁבֹּלֶת (q. v.) Jdc 12 6. [1]

▲ סִבְרַיִם *Sabarim* Ez 47 16, locus in limite N Terrae promissae, situs inter fines Damasci et Emath, inter Sedada (v. צְדָד*) et Ḥaṣar 'Ênôn (v. חֲצַר עֵינוֹן); prob. ca 100 km NNE a Damasco. Sec. Elliger PJB 1936, 67 ss = Ḥawwârîn; sec. alios magis versus W (cf. van Kasteren in RB 1895, 30 s: Ḫ. Senbarîje prope fontes Iordanis apud Dan; Furrer in ZDPV 8 [1885] 29: Šômerîje, E a lacu Ḥomṣ; Sarsowsky in ZAW 32 [1912] 149 s: = ass. mât Šubari i. e. terra quam permeat N. el-Lîṭânî, κοίλη Συρία). Cf. etiam זִפְרֹן (quam Elliger l. c. 67 identificat cum סִבְרַיִם) et סְפַרְוַיִם. [1]

▲ סַבְתָּא *Sabatha* 1 Ch 1 9 = סַבְתָּה q. v.

▲ סַבְתָּה *Sabatha*, filius Chus Gn 10 7 = סַבְתָּא 1 Ch 1 9; prob. populus Arabiae meridionalis; cf. Σάβατα (Strab. XVI 4, 2), Σάββαθα (Ptol. VI 7, 38) vel Sabota (Plin. VI 28, 155; XII 14, 63), metropolis Chatramotitarum (Ḥaḍramaut); minus prob. Glaser, Geogr. Arab. 252 Σάφθα (Ptol. VI 7, 30), non longe W a sinu Persico. †

▲ סַבְתְּכָא *Sabatacha* et 1 Ch 1 9 *Sabathacha*, filius Chus Gn 10 7. 1 Ch 1 9; prob. habitatores litoris S vel SE Arabiae; vix = Σαμυδάκη in Carmania (Ptol. VI 8, 7 s. 11; cf. Glaser, Geogr. Arab. 252. 404). †

ꟷ סָגַד*, ipf. יִסְגָּד־ (k יִסְגּוֹד), אֶסְגּוֹד *adorans se prostravit* לְ Is 44 15. 17. 19. 46 6. [ar. *saǧada*, a/s. סגד] †

ꟷ סְגוֹר, st. c. it.: 1) *clausura*; 'cl. cordis' = pectus Os 13 8. — 2) i. q. זָהָב סָגוּר (1 R 6 20 al.) *aurum purissimum* Job 28 15. (V obrizum, S aurum) †

סְגֻלָּה, st. c. סְגֻלַּת, sfx. סְגֻלָּתוֹ: *possessio* et quidem, ut vid., alci exclusive propria, selecta, pretiosa, percara; de populo Israel a Deo sibi electo, 'סְ Ex 19 5. Mal 3 17: Ps

135 4, עַם ס׳ Dt 7 6. 14 2. 26 18; — × *res pretiosae* regum 1 Ch 29 3 ac provinciarum Ec 2 8. [cf. ass. *sakâlu* acquirere, *sugullu* grex boum, ar. *saǧala* 4 magna dona dedit, multum fuit (bonum alcs), dives est, nh. סִגֵּל accumulavit.] †

סָגָן * (nh.), pl. סְגָנִים, sfx. סְגָנֶיהָ: 1) in imperiis orientalibus, *praefecti* urbibus seu provinciis subiectis, *satrapae* ets. (*Vögte, gouverneurs)* Is 41 25. Jr 51 23. 28. 57. Ez 23 6. 12. 23. [Dn 2 48 al.; ass. *šaknu,* a *šakânu* constituere] — 2) apud Israelitas ab exilio reduces: *praefecti,* viri rebus communibus gubernandis praepositi, Esr 9 2. Neh 2 16. 4 8. 13. 5 7. 17. 7 5. 12 40. 13 11. †

סָגַר, ipf. יִסְגֹּר, ipr. סְגֹר, ger. לִסְגֹּר, ptc. סֹגֵר, pass. סָגוּר: 1) *clausit, obseravit* fores, portam Gn 19 6. 10. Jos 2 5. 7. 2 R 6 32 al. (μ Job 3 10): Ez 44 1 s. 46 1; add. בְּעַד c. gen. eius qui includitur vel se includit Gn 7 16. Jdc 3 23. 2 R 4 4 s. Is 26 20; abs., sine accus. = *portam clausit* Jos 6 1. Is 22 22, add. בְּעַד Jdc 9 51, עַל Ex 14 3 (‘desertum eos inclusos tenet’). Job 12 14, cum לִקְרַאת eius cui invadenti ianua praecluditur Ps 35 3 (quidam coniectant סגר esse σάγαριν ‘bipennem’ Scytharum Hdt. 1,215). — 2) aliter: *clausit,* sterilem reddidit, uterum Ds 1 S 1 5 (acc.). 6 (בְּעַד); *inclusit, indidit* carnem pro costa Gn 2 21; *in-, circum-clusit* adeps pugionem Jdc 3 22; *clauserunt* adipem (cor immisericors) suum Ps 17 10; lacunam urbis aedificando *clausit* 1 R 11 27; — זָהָב סָגוּר [ass. *ḫurâṣu sakru*] *aurum optimum* 1 R 6 20 al. — Q. pass. סֻגַּר *clauditur* domus Is 24 10, porta Ec 12 4 μ; *includuntur, in obsidione tenentur* urbes Jr 13 19 (opp. פָּתַח liberare); in carcerem *includitur* alqs Is 24 22. — Ni. נִסְגַּר, ipf. יִסָּגֵר, ipr. הִסָּגֵר: 1) *clauditur* porta Is 45 1. 60 11. Ez 46 2. — 2) alqs *a*) *claudendo arcetur, excluditur,* מִחוּץ לְ Nu 12 14 s; — *b*) *se ipse inclusit* 1 S 23 7: Ez 3 24.

Pi. סִגַּר (סִגְּרַנִי), ipf. c. sfx. יְסַגֶּרְךָ: inclusit = eo misit unde effugi non potest, i. e. *praecluso effugio tradidit* alqm (*ausliefern, livrer*), בְּיַד in potestatem alcs 1 S 17 46. 24 19. 26 8: 2 S 18 28. — Pu. ptc. f. *clausa* urbs Jos 6 1. — Hitpo. *traditur* עַל־יְדֵי Sir 38 15 v. l.

Hi. הִסְגִּיר, ipf. יַסְגִּיר, וַיַּסְגֵּר, תַּסְגֵּר, inf. הַסְגִּיר: 1) *seclusit, a commercio cum aliis arcuit* suspectum de lepra Lv 13 4-54 aliquoties; domum suspectam *occlusit* Lv 14 38. 46; — *in vincula coniecit* Job 11 10. — 2) i. q. Pi., *tradidit* alqm בְּיַד in potestatem alcs Jos 20 5. 1 S 23 11 s. 20. 30 15. Ps 31 9, alicui לְ Sir 4 19, אֶל (adducendo ad) Dt 23 16. Job 16 11, לַחֶרֶב Ps 78 62: Am 1 6. 9. Ps 78 48. 50, c. solo acc° Dt 32 30. Abd 14; Ds urbem *tradit* Am 6 8, muros arcis Thr 2 7. [a/s. סְגַר clausit, ph. tradidit] Deriv. סְגוֹר, סוּגַר, מַסְגֵּר, מִסְגֶּרֶת.

ǂ סַגְרִיר *imber vehemens* Pr 27 15. [sy. *sagrā* id.; ar. *saǧara* aqua implevit][1]

ǂ סַד *nervus, numella,* lignum quo pedes captivorum constringebantur Job 13 27. 33 11. [a/s. סַדָּא; cf. ar. *sadda* clausit, obstruxit.] †

סָדִין, pl. סְדִינִים *sindon,* amictus linteus elegantior Jdc 14 12 s. Is 3 23. Pr 31 24. [cf. ass. *sudinnu,* gr. σινδών, ar. *sidn, sadîn*: vestimenti species.] †

▲ סְדֹם, loc. סְדֹמָה, *Sodoma,* urbs praecipua Pentapoleos in valle Siddim Gn 10 19. 13 10. 12 s. 14 2. 8. 10-12. 17. 21 s. 18 16. 20. 22. 26. 19 1. 24. 28. Is 1 9 s. 3 9. Jr 23 14. Ez 16 46. 48 s. 53. 55 s. So 2 9. Thr 4 6; גֶּפֶן ס׳ Dt 32 32 (*vinea* [vitis] *Sodomorum* = imago corruptionis); מַהְפֵּכַת ס׳ Dt 29 22. Jr 49 18 et מַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־ס׳ (cf. Joü. 124 j). Is 13 19. Jr 50 40. Am 4 11. De situ huius et reliquarum urbium Pentapoleos disputatur: aut demersae supponuntur in parte S (Sebḫa) maris Mortui, cf. Ǧ. Usdum iuxta ripam SW

maris (cf. RB 1931, 388-400. 503-506; Bib 13 [1932] 21-27), aut identificantur cum ruinis Teleilât Ġassûl, NE ab ostio Iordanis (cf. Bib 11 [1930] 49-62), aut demersae censentur ad ripam SE maris a Seil el-Kurâḥî ad eḍ-Ḍrâ'a; Sodoma ad ostium W. Numêra sec. Albright, Arch. of. Pal. 133-137. †

סָדַר *ordinavit* res Sir 50 14; ptc. pass. 10 1. [ass. a/s.] †

פִּנָּה, st. c. פִּנַּת, (pro פִּנָּה Pr 7 8 lege cum GSTV פִּנָּה), pl. פִּנּוֹת, alter pl. פִּנִּים Zch 14 10 (et lgd. Na 2 2 c. sfx. פִּנֶּיךָ, pro פָּנֶיךָ): 1) *angulus* (*Ecke*) ex. gr. rei quadratae, arae Ex 27 2: Ez 43 20. 45 19, domūs Job 1 19. Pr 7 8, viarum Pr 7 12, urbis 2 Ch 28 24, portae Jr 31 40, moenium Neh 3 24; רֹאשׁ פ׳ Ps 118 22 ‘lapis angularis’ domus (sensu proprio et translato), אֶבֶן פ׳ Job 38 6 (mundi), אֶבֶן בֹּחַן פ׳ ‘lapis electus angularis’ Is 28 16 (GK 130 f nota); — *angulus,* ut locus abditus, obscurus (*Winkel*) Pr 21 9. 25 24. — 2) aedificium angulare urbis, arcis ets., *munimentum, turris....* So 1 16. 3 6. 2 Ch 26 15 (Na 2 2).— 3) metaph. פִּנּוֹת הָעָם Jdc 20 2. 1 S 14 38 vocari videntur primores, principes, frt. quia sunt (esse debent) populo id quod פ׳ domui, urbi, *columina* populi, frt. it. Is 19 13 (alii ad hoc פ׳ conferunt ass. *pan,* pl. *panūti* prior, senior, magistratus). [פנן* = פנה se vertit?]

▲ [ה]פִּנָּה: 1) v. שַׁעַר הַפִּנָּה. — 2) *angulus* quidam in muro Ierusalem orientali Neh 3 24. — 3) v. עֲלִיַּת הַפִּנָּה.

▲ פְּנוּאֵל et Gn 32 31 פְּנִיאֵל (sed Sam, Sym, S,V פנואל) *Phanuel*: 1) locus transiordanicus ad Iaboc fluvium Gn 32 31 s. Jdc 8 8 s. 17. 1 R 12 25; prob. S a Iaboc (cf. Gn 32 24 et comm.), frt. Tulûl eḏ Ḏahab ad ripam S Iaboc, ca 11 km E a Iordane. Cf. BASOR 35 (1929) 12 s; ZDPV 53 (1930) 153 s. Aliter Steuernagel (JPOS 8 [1928] 203-13: Ḫ. el-Emrâmeḥ vel el-Emṭawaq ad cursum superiorem Iaboc. Num legatur in catalogo Šošenk I (n. 53: [Pe]nu'aru; cf. Müller AE 168) dubium est (cf. J. Simons, Handboek of... Topogr. Lists [1937] 182).— 2) vir ex posteris Iuda 1 Ch 4 4. — 3) Beniaminita 1 Ch 8 25 (k פְּנִיאֵל, q G^{AL}VT פְּנוּאֵל). †

▲ פִּנְחָס v. פִּינְחָס n. 2.

▲ פְּנִיאֵל v. פְּנוּאֵל n. 1 et 3.

פָּנִים, st. c. פְּנֵי, sfx. פָּנַי, פְּנֵיכֶם etc. (פָּנֵימוֹ Ps 11 7 = פָּנָיו, Kö. II 446), pl. ttm.: plerumque πρόσωπον, *facies*; scilicet: 1) *rei facies,* i. e. rei *latus anterius, pars anterior,* venienti

vel aspicienti opposita, ex. gr. tentorii Ex 26 9, aedis Ez 41 14, vestibuli 25, vasis 2 R 21 13, vestis Ex 28 27, voluminis Ez 2 1 etc.; gladii *acies* Ez 21 21. Ec 10 10; *pars anterior* agminis Joel 2 20, *frons* exercitus pugnantis 2 S 10 9. 11 15 ets.— 2) rei planae extensae *superficies* (*Oberfläche, surface*), ut agri, vineae etc. Gn 2 6. 1 S 14 25. Is 28 25. Pr 24 31, terrae Gn 8 9. Nu 11 31, aquae Gn 7 18, deserti Ex 16 14, vallis Ez 37 2; passim st. c. פְּנֵי nominibus pleonastice praefigitur: עַל־פְּנֵי הַמָּיִם ‘ super aquam ’ Gn 1 2. Ex 32 20; fames erat עַל כָּל־פְּנֵי הָאָרֶץ ‘ in tota terra ’ Gn 41 56: 1 20. 6 1. Is 14 21; אֶל־פְּנֵי הַשָּׂדֶה ‘ in campum ’ Lv 14 53; delebo homines מֵעַל פְּנֵי הָאֲדָמָה ‘ de terra ’ Gn 6 7 et passim; פְּנֵי הַלּוֹט ‘ velum ’ Is 25 7. — 3) *rei externa velut facies, aspectus* (*Aussehen*): terrae Is 24 1; סַבֵּב אֶת־פְּנֵי הַדָּבָר ‘ rei aliam speciem praebere ’ 2 S 14 20; cf. Is 13 8.

II) *animantium facies*: 1) *anterior pars capitis, facies* (*Gesicht, face, visage*), animalium, hominis, simulacri, ets.: ovium Gn 30 40 (דַּלְתֵי פָנָיו ‘ os ’ Job 41 6), cherubim, animantium etc. Ex 25 20. Ez 1 8 ss. 10 14. 22. 2 Ch 3 13; hominis facies: רָחַץ פָּנָיו Gn 43 31; וַיִּפֹּל עַל־פָּנָיו ‘ prostravit se in faciem ’ Gn 17 3. Jos 7 6. 1 R 18 7 al. (sed Gn 50 1 ‘ super faciem eius ’, eum amplectens): Ex 34 29 s. Lv 13 41. 2 S 19 5. 1 R 8 14. Is 6 2. 38 2. 50 6. Os 2 4. Dn 1 10 al.; פָּנִים sensu plurali: שְׁנֵים פָּ׳ Ez 41 18, אַרְבָּעָה פָ׳ 1 6 al.: 10 22. 21 3. 27 35. Jr 51 51. — 2) in specie: *a*) *facies animi motibus varie affecta, vultus* (*Miene*): Gn 31 2. 5; אוֹר־פְּנֵי־מֶלֶךְ ‘ serenitas vultus r. ’ Pr 16 15: 15 13. Ec 8 1 a; עַז פָּ׳ ‘ dura facie ’ Dn 8 23, עֹז פָּ׳ ‘ ruditas faciei ’ Ec 8 1 b, הֵעֵז (בְּפָ׳) ‘ vultum praebet impudentem ’ Pr 7 13, ‘... trucem ’ 21 29: Is 50 7. Ez 2 4. 3 8 a; פָּנֶיךָ רָעִים tristis es Neh 2 2: Pr 25 23. Ec 7 3; וַיִּפְּלוּ פָנָיו (demisso capite incessit?) Gn 4 5 s; בֹּשֶׁת פָּ׳ ‘ confusio, pudor ’ Jr 7 19. Dn 9 7. Ps 44 16 al.; ‘ non iam erat ei פָּנֶיהָ facies eius (prior) ’ 1 S 1 18; ex contextu facies tristis, maesta Job 9 27; — *b*) *facies intuentis, oculi*: faciem, oculos נָשָׂא elevare אֶל 2 R 9 32, הֶעֱמִיד defigere 8 11, הֵרִים Esr 9 6, נָתַן Dn 10 15, שִׂים Ez 25 2, שִׁית Nu 24 1; הֵשִׁיב avertere Ez 14 6, עָלַי שָׂמוּ פְנֵיהֶם לִמְלֹךְ ‘ exspectabant me regnaturum esse ’ 1 R 2 15; דֶּרֶךְ הֵנָּה פְנֵיהֶם ‘ oculis suis huc directis ’ Jr 50 5; — *c*) *facies aliquo ituri, alqd acturi*: פָּנָיו לַמִּלְחָמָה ‘ intendebat bellum gerere ’ 2 Ch 32 2; פָּנָיו לַעֲלוֹת ‘ intendebat ascendere ’ 2 R 12 18: Jr 42 15 al., sim. Ez 4 7. Dn 11 18. 2 Ch 20 3; לֹא הֵסֵב פָּנָיו מִמֶּנּוּ ‘ non avertit faciem suam ab eo (impugnando) ’ 2 Ch 35 22; — *d*) *facies eius quem alqs adit vel convenit*; praesertim principis, viri honorabilis ets.: dicunt (plerumque sine particula אֶת) ex. gr. אַל־תֹּסֶף רְאוֹת פָּנַי ‘ noli amplius ad me venire ’ Ex 10 28, אַחֲרֵי־כֵן אֶרְאֶה פָנָיו ‘ postea ipsum conveniam ’ Gn 32 21, עַל־כֵּן רָאִיתִי פָנֶיךָ ‘ ideo veni ad te ’ 33 10: 43 3. 44 23. 26. 48 11; רֹאֵי פְנֵי־הַמֶּלֶךְ qui cotidie vident regem, familiares regis 2 R 25 19; sensu hostili נִתְרָאֶה פָנִים = pugnam committamus 2 R 14 8. 2 Ch 25 17; — *e*) *facies eius qui magistratum, iudicem, regem supplex adiit*: נָשָׂא פְנֵי פ׳ (faciem supplicantis elevavit; cf. נָשָׂא 1 c et 7) *benigne excepit, rogantem exaudivit*, idque aut pro merito et iuste Gn 19 21. 32 21. 2 R 3 14. Mal 1 8 s, aut inique, immerito, ex avaritia et partium studio Lv 19 15. Dt 10 17. Ps 82 2. Sir 42 1; item de partium studio dicitur הִכִּיר פָ׳ Dt 1 17. Is 3 9, הָדַר פְּ׳ Lv 19 15 (aliter 32); מַשֹּׂא פָ׳ 2 Ch 19 7 ‘ acceptio personarum ’; נְשׂוּא פָ׳ ‘ is qui (potentis, divitis) favore fruitur ’ Is 3 3. 9 14. Job 22 8; — *f*) ut iam in d, e, quandoque פ׳ ponitur pro *ipsa alcs persona, ipse*: וּפָנֶיךָ הֹלְכִים בַּקְּרָב ‘ et *tu ipse* proficiscéris in bellum ’ 2 S 17 11; Ds te eduxit בְּפָנָיו ‘ per

sese' = ipse (G) Dt 4 37: Ex 33 14 s. Dt 7 10 (אֶל־פָּנָיו ipsi delinquenti, non differens ad posteros, cf. V).

III) *de facie Dei* auctores sacri ferme eodem modo loquuntur quo de facie hominis, regis etc.: אוֹר פָּנִים 'serenitas faciei', benevolentia Ps 4 7. 44 4. 89 16 al., הָאִירָה פָנֶיךָ 'benigne aspice' עַל Ps 31 17: 67 2 al.; iratus homini, Ds faciem suam abscondit, avertit הִסְתִּיר Dt 31 17. Is 54 8, הֵסֵב Ez 7 22, הֵסִיר 2 Ch 30 9, faciem contra (בְּ) peccatores puniendos vertit שָׂם Jr 21 10, נָתַן Ez 14 8, הִפִּיל 'severam praebet' Jr 3 12, opp. 'serenam' נָשָׂא Nu 6 26. Ps 4 7; פ׳ 'facies irata' Dei Ps 21 10. 34 17. 80 17; חִלָּה אֶת־פְּנֵי יהוה 'placavit faciem Dni' Ex 32 11: 1 S 13 12 al.; לֶחֶם הַפָּנִים panis quem Ds prae facie habet, 'panes propositionis' Ex 35 13 al., positi in שֻׁלְחַן הַפָּ׳ Nu 4 7; — ubi nunc in TM legitur 'apparere coram Dno': יֵרָאֶה אֶת־פְּנֵי יהוה Ex 34 23. Dt 16 16, וְנִרְאָה··· 1 S 1 22, לֵרָאוֹת··· Ex 34 24. Dt 31 11 (sine אֶת: Ex 23 15 יֵרָאוּ, Is 1 12 לֵרָאוֹת, Ps 42 3 וְאֵרָאֶה), lgd. videtur qal לִרְאוֹת, וְרָאָה, יִרְאֶה etc. 'videre faciem Dni', i. e. eum invisere in sanctuario (cf. supra, II 2 d; v. hac de re Geiger, Urschrift p. 337 s); faciem Dei בִּקֵּשׁ quaerere Os 5 15. Ps 27 8, קִדֵּם 'venire coram...' Ps 95 2.

IV) Dictiones adverbiales: 1) פָּנִים וְאָחוֹר loc. *ante et a tergo* Ez 2 10. 1 Ch 19 10. 2 Ch 13 14, מִפָּ׳ וּמֵאָחוֹר 2 S 10 9; לְפָנִים *prorsum* (*vorwärts*; opp. לְאָחוֹר) Jr 7 24. — 2) לְפָנִים de tempore: *antea, olim* Dt 2 10. Jos 11 10. 14 15. Jdc 1 10. 3 2. 1 S 9 9. Ps 102 26. Sir 11 7 al.; מִלְּפָנִים *antiquitus* (|| מֵרֹאשׁ) Is 41 26. — 3) "in faciem alcs" = *palam, absque pudore vel metu* ets., alci maledicere, obloqui, exprobrare etc. עַל־פְּנֵי פ׳ Is 65 3. Job 1 11. 21 31, בִּפְנֵי פ׳ Os 7 10. Job 16 8; אֶל־פְּנֵי Job 2 5.

V) *Dictiones praepositionales* (praepositio cum פְּנֵי et gen° vel sfx°), deductae potissimum ex idea 'locus vel spatium ante' alqm vel alqd, alcs persona, praesentia, facies, superficies rei (פְּנֵי saepe superfluum videtur: עַל־[פְּנֵי] הָאָרֶץ, fugere מִ[פְּנֵי] פ׳ ab alqo ets.).

1) אֶל־פְּנֵי *ad locum ante* tabernaculum Lv 9 5: 16 2. Nu 17 8, *in conspectum* Dni Ex 23 17 (Sam, codd.: אֶת־פְּנֵי), regis 2 Ch 19 2; *abusive* = עַל־פְּנֵי *ante* Ez 41 25, *e regione* 42 3.

2) A. אֶת־פְּנֵי *cum facie seu praesentia* alcs: *apud* regem 1 S 22 4 (lgd. וַיַּנִּיחֵם eos habitare fecit). Est 1 10, apud Dm Ps 140 14; *ante, apud* urbem Gn 33 18; scelus est magnum *coram* Dno 1 S 2 17, cf. Gn 19 13; de יֵרָאֶה אֶת־פְּנֵי יה׳ ets. cf. supra, III; — B. מֵאֵת־פְּנֵי cum verbis abeundi, removendi etc. (cf. gall. *de chez, de devant*): *a praesentia* alcs, *ab* alqo Gn 27 30. Ex 10 11. Job 2 7, *ab loco ante...* Lv 10 4. 2 R 16 14; מֵאֵת פָּנָיו 'de propositis sibi (cibis)' Gn 43 34.

3) בִּפְנֵי *contra* alqm: c. verbis עָמַד et הִתְיַצֵּב 'obsistere posse alci' Dt 7 24. Jos 10 8. 21 44 al.; *contra* alqm exspuere Nu 12 14. Dt 25 9, testari Os 5 5. Job 16 8 al. (Dt 4 37 בְּפָנָיו v. II 2 f).

4) A. לִפְנֵי (c. sfx. לְפָנַי, לִפְנֵיכֶם etc.) *a*) *ante, coram, in conspectu(m)...*: α) c. verbis motūs: *ad praesentiam* alcs: alqs venit לִ׳ הַמֶּלֶךְ 1 R 1 28. 3 24: Pr 18 16 al.; c. verbis ponendi, standi ets.: statuit eos 'coram Pharaone' Gn 47 2, Abraham stabat 'coram Dno' 18 22: 43 15. Ex 9 11 al.; cibus ponitur *ante* alqm 1 S 9 24. Ps 23 5. 69 23. Neh 2 1; terra mea est 'coram te', tibi eligenda permittitur Gn 13 9. 20 15, item Rebecca 24 51; 'stare coram rege, domino, hera' est i. q. ei famulari, ministrare 1 R 1 2. 10 8. Pr 22 29 al., הָיָה לִפְנֵי 1 S 19 7. 29 8. 2 R 5 2; — *ante aliquem venientem, sequentem* Mal 3 1. Ps 57 7. 85 14. 105 17 al.; *ante alqm* = *eum praecedens, ducens* Gn 24 7. Dt 9 3. Jos 1 14. Jr 50 8. Mi 2 13 al., ante persequentem Thr 1 5 s; ut palea ets. ante ventum Ps 35 5. Job

21 18 al.; in bello, pugna etc. milites exeunt לִפְנֵי *obviam* hosti, *contra* hostem 1 Ch 14 8. 2 Ch 14 9, rebelles surgunt *contra* alqm Nu 16 2; *in pugna, certamine cum* alqo alqs נָפַל cadit, succumbit 2 S 3 34. Est 6 13, נִגַּף Lv 26 17. Dt 1 42; Ds alqm נִגַּף vinci sinit 1 S 4 3; Ds ponit (נָתַן), i. e. victum prosternit, alqm coram (לִפְנֵי) alqo Dt 2 33. Jos 10 12. Jdc 11 9; *in lite, certamine cum* (לִפְנֵי) alqo firmus seu invictus stetit (הִתְיַצֵּב, עָמַד) Dt 9 2. Jos 1 5. Na 1 6. Ps 76 8. Job 41 2. Esr 9 15 al.; β) *ante rem, locum* etc.: ‘ante tabernaculum’ Ex 29 10: 30 6. 40 6. Jr 24 1. Ez 8 11. 9 6. Est 4 6. Dn 8 3 al.; — *b*) *ante alqm, coram alqo*, vario sensu: α) *vidente, spectante alqo*: ‘ludum faciant coram nobis’ 2 S 2 14: Ex 4 21. 2 Ch 26 19 ets.; β) *invigilante, curante alqo*: ‘Samuel ministrabat Dno coram Eli’ 1 S 3 1: Nu 8 22. 1 Ch 24 6; γ) *in oculis, secundum iudicium* alcs: ‘coram Dno’ terra erat corrupta Gn 6 11, Noe iustus 7 1: Ez 36 17. Ps 143 2; טוֹב לְפָנָיו ‘qui Ei placet’ Ec 2 26. 7 26; ‘sermo placuit Amano’ Est 5 14: 2 Ch 31 20; — *c*) *coram Iahve* vel *Deo* ets. fieri dicuntur actus religiosi, sive peraguntur coram arca foederis Lv 4 6. 16 13. Dt 12 18. 14 23. 1 S 1 12 al., sive ante sanctuarium, foris tamen Lv 1 5. 11. 3 1. 1 S 7 6 al., et actus orationis et cultus qui ubique peragi possunt, ut ‘coram Deo’ precari 1 R 8 28. Dn 9 18. Neh 1 4. 2 Ch 6 19 al., genu flectere Ps 95 6, adorare Dt 26 10 etc.; aliquoties loco dativi dicitur ‘loqui, respondere coram Dno’ Ex 6 12. 30; ‘finis omnis carnis venit coram me’, decretus est a me Gn 6 13 (cf. nostrum lexicon NT^i sub ἔμπροσθεν 2 c); — *d*) ex idea ‘facies-species-similitudo’ derivari potest לִפְנֵי *ad speciem* alcs = *similis alci, similiter ac*: ‘noli me (facere *similem* =) aequiparare mulieri nequam’ 1 S 1 16; ‘faciam eos... *similes* illi vitulo...’ = ‘in frusta concīdam eos’ Jr 34 18 (Driver); ‘panis (cotidiani) *instar* mihi obtingit gemitus’ Job 3 24; ‘*sicut* tinea’ 4 19; ‘sicut luna’ Ps 72 5, ‘sicut sol’ 17 = tamdiu quamdiu haec astra lucebunt; — *e*) de tempore: *ante, prius quam*: ‘ante’ colles parta sum Ps 8 25; ‘ante messem’ Is 18 5: Nu 13 22. Am 1 1. Job 8 12. Pr 16 18. 18 12. Ec 1 16. Neh 13 19; ‘ante me’, antequam huc venirem Gn 30 30. Jr 28 8; c. inf. c. et subi° = πρὸ τοῦ c. inf., *priusquam*: לִפְנֵי שַׁחֵת יה׳ אֶת־סְדֹם Gn 13 10: 27 7. 36 31. 1 S 9 15. 2 S 3 13 (lgd. הֲבִיאֲךָ). 35. Ez 33 22. Joel 3 4 al. (Ez 40 15 lgd. עַל־פְּנֵי pro עַל־לִפְנֵי).

B. *a*) מִלִּפְנֵי (sfx. מִלְּפָנַי etc.) *a* positione *coram alqo* usuvenit de remotione alcs a conspectu seu praesentia alcs: abiit Cain מִלִּפְנֵי יהוה Gn 4 16, Joseph ex conspectu Pharaonis 41 46: 23 4. Ex 35 20. 2 R 5 27. Jr 33 18 al.; ita passim cum verbis removendi, auferendi, occultandi, aufugiendi etc., ut גֵּרֵשׁ Ex 23 28, הֵסִיר 2 S 7 15, הִשְׁלִיךְ Ps 51 13, הוֹרִישׁ Dt 11 23, נִסְתַּר Jr 16 17; cum verbis refugiendi, timendi, verendi, זָעַק 1 S 8 18 (fugere cupientes ab), חִיל 1 Ch 16 30, יָרֵא Ec 3 14, נִכְנַע 1 R 21 29 etc.; sumere rem מִלִּ׳ יהוה ex sanctuario, ab ara Lv 16 12. Nu 17 24 (cf. 22). 20 9. 1 S 21 7; surrexit מִלִּ׳ מִזְבַּח יהוה 1 R 8 54; — *b*) quod a rege, a Deo venit, mandatur etc. dic. venire מִלִּפְנֵי: a Dno ignis exiit Lv 9 24. 10 2, ira Nu 17 11. 2 Ch 19 2, iudicium Ps 17 2, legatus Ez 30 9; petere alqd *ab* eo Est 4 8; — de tempore: מִלְּפָנֵינוּ *ante* nos Ec 1 10.

5) מִפְּנֵי (sfx. מִפָּנַי) *a facie* alcs; *a*) *a* loco *ante* alqm: angelus Dni abiit ‘a loco ante eos’ מִפְּנֵיהֶם et se collocavit post eos Ex 14 19: Jos 2 10. Is 63 12; surgere *ante* alqm Gn 31 35. Lv 19 32; — *b*) *a conspectu, a praesentia alcs* usuvenit cum verbis abeundi, removendi, occultandi etc., אָבַד Ps 9 4, הָלַךְ Os 11 2 (lgd. מִפָּנַי הֵם, G), סָבַב 1 S 18 11, הֵסִיר

Jr 4 1, הִתְחַבֵּא Gn 3 8, גֵּרֵשׁ Ps 78 55, etc.; item cum verbis timendi, refugiendi, abhorrendi, חַת Jr 1 17, יָגֹר Dt 28 60, יָרֵא 7 19, קוּץ Ex 1 12, נִבְהַל Gn 45 3, נָמוֹג Jos 2 9, נִשָּׁמֵר Ez 23 21 etc.; מִפְּנֵי = fugiens ab, sibi cavens ab Gn 7 7. Nu 20 6; — c) indicat causam vel rationem, praesertim timoris, afflictionis, aerumnae, poenae = *propter*: plebis clamor מִפְּנֵי נֹגְשָׂיו 'propter exactores suos' Ex 3 7: Jos 2 11. 6 1. Neh 4 3; stare non poterant 'propter ulcus' (= prae, impediti ab) Ex 9 11: 1 R 5 17. 8 11. Ez 16 63. Job 35 12. 37 19; 'ita non egi propter timorem Dei' Neh 5 15; Ds mittit poenas 'propter' malitiam Dt 28 20. Jr 7 12. 26 3: 51 64 (infolge von). Ps 38 4. 6. 44 17. 55 4; מִפְּנֵי אֲשֶׁר *quia* Ex 19 18. Jr 44 23.— *NB*. Nu 33 8 lgd. מִפִּי (loco מִפְּנֵי).

6) נֶגֶד פְּנֵי *ante faciem* alcs, *coram* alqo Os 7 2. Thr 3 35; 'prudentes coram se', ut ipsi opinantur Is 5 21; מִנֶּגֶד פְּנֵי remotus a facie alcs 1 S 26 20.

7) נֹכַח פְּנֵי *coram* Deo Jr 17 16. Thr 2 19; נ׳ פָּנָיו, נ׳ פְּנֵיהֶם 'coram se' Ez 14 3 s; אֶל־נ׳ פְּנֵי 'ad locum ante' tabernaculum Nu 19 4.

8) אֶל־עֵבֶר פָּנָיו ad locum suae faciei e regione positum = *prorsum, in rectum* (*gerade aus*) ire Ez 1 9. 12. 10 22, sim. עַל־... Ex 25 37.

9) A. *a*) c. gen. personae עַל־פְּנֵי *iuxta conspectum* alcs, *prope, sub oculis* alcs praeterire Ex 34 6. 2 S 15 18, flere 2 R 13 14; E. et I. sacerdotio fungebantur *iuxta, una cum* patre suo Nu 3 4; Haran mortuus est 'sub oculis patris sui', vivente adhuc patre Gn 11 28; 'alqs habitat *iuxta* (*inter*) alios', scil. eos molestans Gn 16 12 (25 18 b); עַל־פְּנֵי *cum detrimento* alcs Dt 21 16; non habebis deos alios עַל־פָּנַי Ex 20 3 || Dt 5 7 iuxta (praeter) me, πλὴν ἐμοῦ G, coram me V, una mecum (?); *contra* alqm Na 2 2. Ps 21 13; *vidente* alqo Ez 32 10; *coram* iudice Ps 9 20; *ante* alqm sequentem Gn 32 22; — *b*) c. gen. rei vel loci: עַל פְּנֵי־פָרֶץ 'vulnus *iuxta* vulnus' Job 16 14; '*iuxta*, prope Mambre' Gn 23 19: 25 18. Jos 13 3. 25. Jdc 16 3. 1 S 15 7 al. — B. מֵעַל־פְּנֵי *a* loco *iuxta vel prope* alqm: Abraham (qui fleverat iuxta cadaver) surrexit מֵעַל פְּנֵי מֵתוֹ (et abiit) a cadavere Gn 23 3; saepe Ds dic. proicere, expellere populum etc. מֵעַל־פָּנָיו 'a se' 1 R 9 7. 2 R 13 23. Jr 15 1 al. [ass. *pānu*, st. c. *pān*, pl. *pânū*, *pânī* facies, latus anterius ets.]

× פְּנִים *interna* (τὰ ἔνδον, *das Innere*), *pars interior* domus ets. [nh. בִּפְנִים intra, לִפְנִים intro, מִבִּפְנִים ab intus]; מִלִּפְנִים 'ab intra, intus' 1 R 6 29; — פְּנִימָה *intro* ire, inferre ets. Lv 10 18. 2 R 7 11. Ps 45 14 (ubi supple 'intrat'). 2 Chr 29 18, fere = *intus* 1 R 6 18; cum praefixis: לִפְנִימָה *introrsum* Ez 41 3. 2 Ch 29 16, 'ad latus int. versus' Ez 40 16, *intus* 1 R 6 30; מִפְּנִימָה 'ex parte interiore, intus' 1 R 6 19. 21. 2 Ch 3 4; — de etymo et forma v. Bö. I p. 627 (n. 155); Kö. II 260. 268. 449; BL pp. 234. 588. †

▲ פְּנִים v. שַׁעַר הַפְּנִים.

× פְּנִימִי, pl. ׳מִים, f. ׳מִית, pl. ׳מִיּוֹת adi.: *interior, internus*; praeter Ez 40-44, ubi saepe, 1 R 6 27. 36. 7 12. 50. Est 4 11. 5 1. 1 Ch 28 11. 2 Ch 4 22; הַבַּיִת הַפְּנִימִי voc. Sanctum sanctorum 1 R 6 27. 7 50. Ez 42 15 al.; abbrev. בַּפְּנִימִי 'in parte interiore' Ez 41 17, אֶל־הַפְּנִימִית 'ad (spatium, atrium?) interius' 42 4. [פְּנִים]

‡ פְּנִינִים pl. ttm. res quaedam quarum pretium inaestimabile effertur Job 28 18. Pr 3 15. 8 11. 20 15. 31 10. Sir 7 19. 30 15, sec. versiones vet. (GST) *lapides pretiosi*, sec. posteriores *margaritae* vel, sec. Thr 4 7, ubi rubere dicuntur, *corallia*. †

▲ פְּנִנָּה *Phenenna*, uxor Elcana 1 S 1 2. 4. †

‡ פנק Pi. ptc. מְפַנֵּק: *molliter, delicate educavit, tractavit* alqm Pr 29 21. (*oblectavit* Sir 14 16). [פנק ar. a/s. nh. id.] †

פַּס *, pl. פַּסִּים: prob. *vola* manūs et *talus* pedis; כְּתֹנֶת פ׳ tunica usque ad volas et talos corpus tegens = ‘tunica manicata talaris’ Gn 37 3. 23. 32. 2 S 13 18 s [a/s. פַּסָּא, *pess^{e}tā,* pl. *pesse* id.]; de aliis sententiis cf. Rosenmüller in ll. cit. †

▲ פַּס דַּמִּים 1 Ch 11 13 v. אֶפֶס דַּמִּים.

‖ פסג Pi. ipr. פַּסְּגוּ Ps 48 14 prob. *permeate, per media ambulate* palatia (G dividite, Sym permetimini, H separate). [nh. Pi. et aram. Pa. divisit, perrupit (intrans.); cf. Jastrow 1191 s.] [1]

▲ פִּסְגָּה *Phasga,* tractus septentrionalis montium Abarim Nu 21 20. 23 14. Dt 3 27. 34 1 (his ll. רֹאשׁ הַפִּסְגָּה); אַשְׁדֹּת הַפִּסְגָּה Dt 3 17. 4 49. Jos 12 3. 13 20 (declivia [montis] Pisgah; sed cf. Noth, Das B. Josua [1938] 38 ad 10 40) *Asedoth Phasga,* prob. ascensus quasi per gradus ex valle Iordanis (Wṭât en-Naʿam). Cf. Musil, Ar. Petr. I 272. 274. 347; Abel I 379-84. †

‖ פִּסָּה*: st. c. in פִּסַּת־בַּר Ps 72 16, prob. *magna copia, abundantia* frumenti (G στηριγμός, S multitudo); Duhm cj. מַסַּת (= nh. a/s. מַסַּת, *messat* st. c.) ‘copia rei quanta requiritur et sufficit’. [1]

[1] פָּסַח, inf. a. פָּסוֹחַ: *protexit, salvavit,* abs. Is 31 5 (G περιποιεῖσθαι, S adiuvare) cum synonymis; prob. eodem sensu Ex 12 13 (G σκεπάζειν, T חוּס). 23. 27, cum עַל obi^{i}. [cf. ar. *fasaḥa* amplus est locus, (it. ass. *pisû*), c. dat. amplum locum tribuit alci (cf. הִרְחִיב לְ, הוֹשִׁיעַ לְ = salvavit), fidem publicam (*fasḥ*) iter facturo dedit]. — Vetus Iudaeorum traditio tribuit verbo ideam *transeundi, transsiliendi,* Hier. in Ex 12 et Is 31, et subst^{o} פֶּסַח Ex 12 11 Aq ὑπέρβασις, H transitus; Philo de leg. spec. II 2, 42; 18, 145. 147 festum vocat διαβατήρια; IFl., Ant. 2, 14, 6 § 313 ὑπερβάσια. Deriv. פֶּסַח.

[2] פָּסַח *, Q. ptc. pl. פֹּסְחִים: *claudicavit,* metaphorice 1 R 18 21. — Ni. ipf. יִפָּסֵחַ *claudus factus est* 2 S 4 4. — Pi. ipf. יְפַסְּחוּ 1 R 18 26 varie vertitur: G διέτρεχον (discurrebant) super vel circa aram, H *transsiliebant* aram, T *insaniebant,* S *pugnaverunt,* recentes ‘claudicabant’ ironice, ‘*saltabant*’ ets. [ad Ni. cf. ar. *fasaḥa* debilis fuit, disiunxit, dissolvit, membrum luxavit.] Deriv. פִּסֵּחַ. †

▲ פָּסֵחַ *Phasea* et 1 Ch 4 12 *Phesse*: 1) Nathinaeus Esr 2 49. Neh 7 51. — 2) Hierosolymitanus Neh 3 6. — 3) vir ex posteris Iuda 1 Ch 4 12.

פֶּסַח (פָּ), pl. פְּסָחִים: *pascha,* memoriale illius protectionis vel transitūs Dei (Ex 12 13 al. פָּסַח) tempore exodi ex Aegypto; hinc 1) *festum paschae*: *ritus paschalis, cena p.* Ez 45 21; פֶּסַח לַיהוה ‘celebratio paschae in honorem Dni’ Ex 12 11. 27. Lv 23 5. Nu 28 16, obi. vb^{i} עָשָׂה Ex 12 48. Nu 9 10 al., עָשָׂה (אֶת־)הַפֶּסַח Nu 9 2. 4. Jos 5 10 al.; חַג הַפּ׳ Ex 34 25: Nu 9 12. 14. — 2) *victima paschalis, agnus* (*vel haedus caprinus* Ex 12 5): obi. vb^{i} זָבַח Dt 16 2. 5, שָׁחַט Ex 12 21. Esr 6 20, בִּשֵּׁל 2 Ch 35 13, אָכַל 30 18; שְׁחִיטַת הַפּ׳ 30 17; pl. *sacrificia paschalia* 35 7-9. [[1]פָּסַח, q. v.]

פִּסֵּחַ, pl. פִּסְחִים (J. 88 Hb; cf. 18 m): *claudus,* adi. Lv 21 18. 2 S 19 27, c. acc. determinativo (J. 127 b) פִּ׳ שְׁתֵּי רַגְלָיו 2 S 9 13; de animali Dt 15 21; — subst. 2 S 5 6. 8. Is 33 23. 35 6. Jr 31 8. Job 29 15. Pr 26 7; animal cl. Mal 1 8. 13. [ass. *pissu*] †

פָּסִיל *, pl. פְּסִי(ו)לִים, פְּסִילֵי etc.: *effigies sculptae dei, sculptilia, idola* Dt 7 5. Is 10 10 (מִן = erant plura quam in...). Jr 8 19. Ps 78 58 al.; אֶרֶץ פְּ׳ Jr 50 38; c. gen. materiae Is 30 22, c. gen. deorum Dt 7 25. 12 3. Is 21 9, fere = dii in sculptilibus culti 2 R 17 41. Is 42 8 al.; הַפּ׳ idola loci cuiusdam, an n. pr. loci? Jdc 3 19. 26. [פָּסַל]

▲ [ה]פְּסִילִים *idola, locus idolorum,* prob. n. pr. alicuius loci prope גִּלְגָּל n. 1 (apud Iericho) Jdc 3 19. 26 (v. comm.); T. מַחְצְבַיָּא = lapicidinae (sine fundamento). †

▲ פָּסַךְ *Phosech,* Aserita 1 Ch 7 33. [1]

פָּסַל (sfx. פְּסָלוֹ), ipf. יִפְסֹל, ipr. פְּסָל: *dolavit* lapides 1 R 5 32, *dolando sculpendoque formavit, sculpsit* tabulas Ex 34 1. 4. Dt 10 1. 3, idolum Hab 2 18. [a/s. nh.] Deriv. פֶּסֶל, פָּסִיל. †

פֶּסֶל (פֶּ), sfx. פִּסְלִי etc.: *simulacrum sculptum, sculptile, idolum* Ex 20 4. Lv 26 1. Dt 4 16. 2 R 21 7 al. (Jdc 18 18 corrigendum sec. 17, cf. GSV); passim sg. collective: עֹבְדֵי פ' Ps 97 7: Is 44 9 al., simulacrum ligneum Is 40 20. 44 15. 17. 45 20, metalleum, fusile 40 19. 44 10; פֶּסֶל תְּמוּנַת... 'sculptile, quod sit imago (talis rei)' Dt 4 16. 23. 25: Ex 20 4. Dt 5 8; iunguntur פ' וּמַסֵּכָה Dt 27 15. Jdc 17 3 s. 18 14. Na 1 14.

‡ פסס Q. pf. pl. פַּסּוּ: *desiit;* Ps 12 2 *defecerunt, exsistere desierunt.* [cf. אָפֵס; ass. *pasâsu* delere] [1]

▲ פִּסְפָּא *Phaspha,* Aserita 1 Ch 7 38. [1]

‡ פָּעָה ut parturiens *vociferatus est* vel sim. Is 42 14. [nh., a/s. פְּעָא, ar. *baǵâ* (Dozy) balavit, clamavit] [1]

▲ פָּעוּ et 1 Ch 1 50 פָּעִי (mlt. mss. פָּעוּ) *Phau,* urbs Adad, regis Edom Gn 36 39 (G Φογωρ). 1 Ch 1 50 (G^{BA} Φογωρ, G^{L} Φαουα); sec. On. 168 7 in regione Gebalitica; sec. Musil, Ar. Petr. II 2, 21. 47 W. Fâʿi (Qôz Fâʿi), W ab infimo mari Mortuo et regione palustri es-Sebḫa. †

▲ פְּעוֹר *Phogor*: 1) mons in montanis Phasga (v. פִּסְגָּה) Nu 23 28, respiciens supra planitiem (v. יְשִׁימוֹן n. 2); sec. On. 12 24 s inter Liviadem (v. בֵּית הָרָם) et Hesebon (cf. n. 2). — 2) deus qui ibi colebatur בַּעַל פְּעוֹר = Baal montis Peʿor; v. s. v. בַּעַל n. 1 c. — 3) urbs (et sanctuarium) in tribu Ruben בֵּית פְּעוֹר (loco 'בֵּית בַּעַל פ) Dt 3 29. 4 46. 34 6. Jos 13 20 = בַּעַל פְּעוֹר Os 9 10; sec. On. 48 3 ss sex milibus passuum super Liviadem (Tell er-Râme), i. e., sec. Musil, Ar. Petr. I 344. 348, Ḫ. eš-Šêḫ Ǧâjil; sec. Mallon (Bib 10 [1929] 227-30 el-Maṭâbeʿ (in W. Ḥesbân). — 4) Jos 15 49 G Φαγωρ = פְּעוֹר, i. e. Ḫ. Fâǵûr ca 6 km SW a Bethlehem. Cf. Guérin, Jud. III 313-5. †

▲ פָּעִי v. פָּעוּ.

‡ פָּעַל, ipf. יִפְעַל (sfx. יִפְעָלֵהוּ), semel תִּפְעָל־ Job 35 6, inf. c. sfx. פָּעֳלָם, ptc. פֹּעֵל: *fecit* = עָשָׂה prosae orationis); Ds *facit, fecit*: omnia Pr 16 4, locum habitationis Ex 15 17, opus Hab 1 5. Ps 44 2, victorias 74 12: 68 29. Nu 23 23 (מה 'quanta!'). Dt 32 27. Is 26 12. 41 4. Job 22 17. 33 29; פֹּעֲלִי 'qui me fecit' Job 36 3; 'sagittas facit ardentes' Ps 7 14; bonitatem suam 'opere *exhibuit*' alci לְ Ps 31 20; — homo *facit* foveam Ps 7 16, *elaborat* metallum Is 44 12: Ps 11 3. Job 11 8; לְפָעֳלָם כֹּל אֲשֶׁר 'ut faciant omnia quae' Job 37 12; — ethice: alqs *agit, exercet,* in bonam partem צֶדֶק Ps 15 2: So 2 3; in malam partem עָוֶל Job 34 32, עַוְלָה 36 23. Ps 119 3, עוֹלֹת 58 3, רַע Mi 2 1, אָוֶן Pr 30 20; פֹּעֲלֵי־אָוֶן 'malefactores' Is 31 2. Os 6 8. Ps 5 6 al. (21ies); 'quid facio (= noceo) tibi?' Job 7 20: 35 6; ptc. *operarius* Sir 37 11. [ar. *faʿala* fecit, tigrè *faʿle* texere] Deriv. מִפְעָל, פְּעֻלָּה, פֹּעַל.

‡' פֹּעַל, sfx. פָּעֳלוֹ, פָּעָלְךָ, פָּעָלֶךָ, פָּעֳלִי (irreg. פָּעֲלוֹ Is 1 31. Jr 22 13), פָּעָלְכֶם etc., pl. פְּעָלִים (bis): *opus*; 1) *opus* Dei = ea quae Ds pro hominibus egit, agit, aget: Dt 32 4. Is 5 12. Hab 1 5. 3 2. Ps 44 2. 64 10. 77 13. 90 16. 92 5. 95 9. 111 3. 143 5. Job 36 24, *id quod = is quem fecit* Deus Is 45 11.— 2) *opus hominis*: *a*) τὸ *operari, laborare, labor* Ps 104 23, sim. Job 24 5 (SymTV lg. 'לפ); meton.: *actus labore acquirendi* alqd, c. gen. obi. Pr 21 6 (frt. lgd. פֹּעֵל); — *b*) *id quod alqs fecit* Is

45 9; praesertim ethice *bene aut male factum ab alqo* Ru 2 12. Is 1 31. 41 24. Job 36 9. Pr 20 11. 21 8, plenius פֹּעַל יָדָיו Dt 33 11, פֹּעַל כַּפָּיו Ps 9 17; פֹּעַל חָמָס 'opera scelesta' Is 59 6; retribuere alci, alqbs כְּפָעֳלָם 'consentanea operi(bus) eorum, poenam quam meruerunt' Jr 25 14. Ps 28 4: Jr 50 29. Pr 24 12. 29; plur. *famosa facinora* 2 S 23 20. 1 Ch 11 22; — *c*) meton. *labore acquisitum vel meritum, merces* Jr 22 13 (cf. GSV). Job 7 2. 34 11. (GS lg. 'כְּפ).

פְּעֻלָּה, st. c. פְּעֻלַּת, pl. פְּעֻלּוֹת: 1) *opus, labor* Jr 31 16. 2 Ch 15 7; פְּעֻלֹּת יי (acta Dei) Ps 28 5; *actus, modus agendi* hominum, pl. Ps 17 4 (109 20?). — 2) *id quod labore acquisitum est* Is 40 10 || 62 11 (|| שָׂכָר). 65 7; *id quod pro opere retribuitur, merces*: פ׳ שָׂכִיר Lv 19 13, פְּעֻלָּתוֹ אֲשֶׁר עָבַד בָּהּ 'ut stipendium pro quo servivit...' Ez 29 20: Is 49 4 (|| ius). 61 8. Ps 109 20 (sec. plerosque). Pr 10 16 (|| תְּבוּאָה); פ׳ שָׁקֶר 'mercedem fallacem' (|| שֶׂכֶר אֱמֶת m. stabilem) Pr 11 18. †

▲ **פְּעֻלְּתַי** *Phollati,* ianitor de stirpe Core 1 Ch 26 5. [1]

פעם*, inf. (Q. an Pi.?) c. sfx. פַּעֲמוֹ: *commovit* alqm Spiritus Dni Jdc 13 25. — Ni. נִפְעַם, narr. וַתִּפָּעֶם: *motus, incitatus est* animus desiderio, c. לְ et inf. Dn 2 3; *commotus, perturbatus est* alqs Ps 77 5, animus Gn 41 8. — Htp. narr. 3 f. וַתִּתְפָּעֶם *perturbatus est* animus alcs Dn 2 1. [aram. פְּעַם impulit, turbavit] Deriv. פַּעַם. †

פַּעַם (f.), du. פַּעֲמַיִם, pl. פְּעָמִים: 1) proprie *tunsio, motus*; usu venit ad circumscribenda adverbia iterativa 'semel, bis, ter etc.', ut in linguis nostris '*mal, fois, volta, time,* etc.': פַּעַם אַחַת 'semel' Jos 6 3, פַּעֲמַיִם 'bis' Gn 41 32. 1 S 18 11. Na 1 9; שָׁלֹשׁ פְּעָמִים 'ter' Ex 23 17 etc.: cf. Lv 4 6. Dt 1 11. 2 S 24 3. 2 R 13 19. Ez 41 6. Ps 106 43, עַד־כַּמֶּה פ׳ 'quotiens?' 1 R 22 16; פַּעַם וּשְׁתַּיִם 'semel et iterum' Neh 13 20, פַּעֲמַיִם שָׁלֹשׁ 'bis terve', identidem Job 33 29; '*bis* millenos annos' Ec 6 6: Lv 25 8; זֶה עֶשֶׂר פ׳ 'iam decies' Nu 14 22: Gn 27 36 al.; — פַּעַם־אַחַת 'uno impetu' Jos 10 42: 2 S 23 8, 'semel' 1 S 26 8, 'ex tempore' Is 66 8; פַּעַם ··· פַּעַם 'modo - modo' Pr 7 12; פ׳ חֲמִישִׁית 'une 5ième fois' Neh 6 5; בַּפַּ׳ הַשְּׁבִיעִית 'la 7ième fois' Jos 6 16; בַּפַּעַם הַזֹּאת 'hac vice, cette fois' Ex 8 28. 9 14. 2 S 17 7. Jr 10 18: Dt 9 19. 10 10; הַפַּעַם 'hac vice, nunc' Gn 2 23. 18 32. 29 34; כְּפַעַם בְּפַעַם 'ut prius' Nu 24 1. Jdc 16 20. 20 30 s. 1 S 3 10. 20 25. — 2) motus euntis, i. e. *passus, gressus*: plur. Ps 119 133. 140 5 (GSV); motus currūs venientis Jdc 5 28. — 3) metonym. *a*) pl. פְּעָמִים (nonne lgd. du. פַּעֲמַיִם?), פַּעֲמֵי etc.: *pedes* hominis Is 26 6. Ps 17 5. 57 7. 58 11 (GS lg. כַּפָּיו). 85 14. Pr 29 5. Ct 7 2; כַּף פְּעָמַי 2 R 19 24 || Is 37 25 (melius G in 2 R et V in Is פְּעָמַי); — *b*) pl. c. sfx. פַּעֲמֹתָיו: *pedes* rerum stantium: Ex 25 12 || 37 3. 1 R 7 30; — *c*) a tundendo: *incus* (*Amboss, enclume, anvil*) prob. Is 41 7.

פַּעֲמֹן, pl. ״נִים, ״נֵי: *tintinnabulum* Ex 28 33 s. 39 25 s. Sir 45 8. [nh. פעם Pi. tutudit; de forma cf. Barth, Nb. § 212 c.] †

▲ **פַּעְנֵחַ** v. צָפְנַת פַּעְנֵחַ.

✝ **פָּעַר**, c. obi. פֶּה *avide aperuit* os, alqd appetens, Ps 119 131, ut fera Is 5 14; c. לְ rei desideratae Job 29 23; בְּפֶה (J. 125 m), seq. עַל contra alqm Job 16 10. [ar. *faġara*, sy. *peʿar* id.] †

▲ **פַּעֲרַי** 2 S 23 35 v. נַעֲרַי.

✝ [1]**פָּצָה***, ipr. c. sfx. פְּצֵנִי, ptc. פֹּצֶה: *eripuit, liberavit* Ps 144 7. 10 s. Sir 51 2. [ar. *faṣâ(j)* avulsit, a/s. 'פצי liberavit] †

[2]**פָּצָה**, ipf. יִפְצֶה, ipr. פְּצֵה, ptc. פֹּצֶה: 1) *dilatavit,* i. e. *late aperuit* os, alqd comesturus Ez 2 8; hostis, alqm voraturus Ps 22 14.

Thr 2 16. 3 46, terra Gn 4 11. Nu 16 30. Dt 11 6. — 2) ᚼ *aperuit* os, ad loquendum Job 35 16, avis ad pipiendum Is 10 14; ad alqd vovendum, seq. אֶל־יי Jdc 11 35 s, sic intrans. פָּצוּ שְׂפָתָי ‘se aperuerunt labia m.’ Ps 66 14. [cf. ar. *faḍâ(w)* lata, ampla est res.] †

ᚼ ¹פָּצַח, ipf. pl. יִפְצְחוּ, ipr. פִּצְחִי, פִּצְחוּ: *prae laetitia vociferatus est* (cum הָרִיעַ, רִנֵּן) Is 52 9. Ps 98 4; c. acc. obi. רִנָּה Is 14 7. 44 23. 49 13. 54 1. 55 12. [ar. *faṣaḥa* serene illuxit; aeth. *tafaššḥa,* sy. *pᵉṣaḥ* hilaris fuit] †

ᚼ ² פצח **Pi.** pf. פִּצֵּחוּ: *diffregit* ossa, medullam dempturus Mi 3 3. [ar. *faḍaḥa* diffregit fructum, aeth. *faṣḥa* malleo fregit lapides ets.] ¹

פְּצִירָה 1 S 13 21 explicari solet *hebetudo* securium ets. (textus corruptus); cf. פָּצַר Hi.¹

פצל Pi. פִּצֵּל, ipf. יְפַצֵּל: *decorticavit* (ex parte) virgas, ita ut circulis alternantibus partim corticatae partim decorticatae apparerent Gn 30 37 s. [cf. ar. *baṣṣala* decorticavit; *faṣala* resecuit; alternavit margaritas in torque, פצל nh. a/s. fidit] †

פְּצָלוֹת pl. *decorticationes,* striae albae decorticando factae in virga Gn 30 37. ¹

ᚼ **פָּצַם** *fidit* terram, ita ut magnas fissuras habeat (metaphor.) Ps 60 4. [ar. *faṣama* secuit, fidit, aram. פְּצַם frangendo foramen (fenestram) fecit] ¹

פָּצַע*, pf. c. sfx. פְּצָעוּנִי, ptc. pass. פָּצוּעַ: *percutiendo vulneravit* 1 R 20 37. Ct 5 7; פְּצוּעַ־דַּכָּה *contritione* (membri) *laesus* Dt 23 2. [aram. nh. fidit, ar. *faḍaǵa* fregit] Deriv. פֶּצַע. †

פֶּצַע (פָּ), sfx. פִּצְעִי, pl. פְּצָעִים, פִּצְעֵי: *vulnus* Ex 21 25. Is 1 6. Job 9 17. Pr 20 30. 23 29. 27 6 (gen. caus.). Sir 31 30; לְפִצְעִי ‘propter (ad ulciscendum) vulnus mihi inflictum’ Gn 4 23. †

ᚼ **פצץ Po.** ipf. יְפֹצֵץ: *confregit* malleus petram Jr 23 29. — **Htpo.** narr. וַיִּתְפֹּצְצוּ *diffracti corruunt* montes Hab 3 6. — **Pilpel** narr. c. sfx. וַיְפַצְפְּצֵנִי *confregit* me Job 16 12. [ar. sab. *faḍḍa* rupit, fregit, a/s. פָּעַע, *paʿ* id.] †

▲ **פַּצֵּץ** v. בֵּית פַּצֵּץ.

▲ **[הַ]פִּצֵּץ** *Aphes,* familia sacerdotalis 1 Ch 24 15. ¹

פָּצַר*, narr. וַיִּפְצַר etc.: alci (nolenti alqd facere, dare, accipere) *institit* rogando, בְּ, eum *ursit, sollicitavit* Gn 19 3. 9 (prob. non solum verbis). 33 11. Jdc 19 7. 2 R 2 17. 5 16 (add. לָקַחַת ‘ut acceptaret’) [cf. פָּרַץ II 3 et 4] — **Hi.** inf. abs. הַפְצַר actus obnitendi vetanti, *contumacia* 1 S 15 23. — Deriv. פְּצִירָה?, q. v. †

ᚼ **פֵּק** *titubatio* genuum Na 2 11. [¹פוק]¹

פָּקַד, ipf. יִפְקֹד, ipr. פְּקֹד: continet in se varias ideas spectandi, visendi, inspiciendi, con- et de-siderandi, necnon constituendi, praeficiendi; subiectum vbⁱ plerumque est Deus, princeps, dux, itaque 1) *attente, sollicite vidit, spectavit* Ds suos, eorum sortem Ex 3 16. 4 31: 1 S 15 2. — 2) *invisit, visitavit* alqm Jdc 15 1; quia principis visitatio occasio esse solet favorum et beneficiorum, “*visitavit* Ds alqm” valet i. q. *benigne respexit, favit, prospexit ei* ets.: Saram Gn 21 1, populum 50 24 s: Ex 13 19. 1 S 2 21. Is 23 17. Jr 32 5. So 2 7. Zch 10 3 b. Ps 8 5. 65 10. Ru 1 6; vasa templi abrepta *respiciet* ac requiret Jr 27 22. — 3) alqm, alqd a) *curans intuetur* עַל Job 34 13; *quaerens, desiderans inspexit* (*nachsehen*), visurus quis absit 1 S 14 17, quomodo se habeat לְשָׁלוֹם 17 18: Job 5 24, pastor gregem Jr 23 2 a. Zch 11 16, alqm quaerens 2 R 9 34; — b) *desiderat* rem absentem (*vermissen, to miss*) 1 S 25 15. Jr 3 16, alqm 1 S 20 6: Is 34 16; Dm *requisivit* Is 26 16. — 4) in alqo (עַל) alqd (acc.) vituperabile, scelus etc. *animadvertit* = a) *vituperavit* 2 S 3 8. Job 36 23; — b) *punivit*: פֹּקֵד עֲוֹן אָבֹת עַל־בָּנִים ‘castigans pro culpa patrum filios’ Ex

20 5 al.: Is 13 11. 26 21. Jr 23 2 b. 25 12. Os 1 4. 2 15. 4 9. Am 3 2 al.; c. solo acc. rei Jr 14 10. Os 8 13. 9 9. Ps 89 33 (cum בְּ instrum.); pro acc° criminis כִּי c. verbo Os 4 14; cum solo עַל personae: *punivit* alqm Is 24 21. 27 1. Jr 9 24 (בְּ criminis). 21 14 al. So 1 8 s. 12. Zch 10 3 a; rarius cum solo עַל criminis Is 10 12, cum acc° personae Jr 6 15. 49 8. 50 31; abs. Is 26 14. Job 31 14. 35 15 (lgd. אֵין פֹּקֵד); *nocuit* עַל Is 27 3. — 5) *lustravit, recensuit, numeravit* milites, populum etc. passim in Nu 1 3-49. 4 23-49, porro Nu 3 15 s. 42. 1 S 11 8. 13 15. 15 4. 2 S 18 1. 24 2. 4. 1 R 20 15. 26. 2 R 3 6. 1 Ch 21 6. 2 Ch 25 5, res Nu 4 32; ptc. pass. פְּקֻדִים *ii qui recensentur, legi censūs obnoxii,* utpote *iuvenes militandi* vel servitii levitici *capaces* Nu 1 21-45. 24-32. 4 36-49. 14 29. 26 7-64. 1 Ch 23 24; פְּקוּדֵי מֹשֶׁה ‘ a Moyse recensiti ’ Nu 26 63 s; part. c. gen. vel sfx° פְּקוּדֵי בְּנֵי גֵרְשׁוֹן ‘ qui ex Gersonitis recensiti sunt ’ Nu 4 38: 42. 1 21 ss. — 6) *providit = providens mandavit*: a) *mandavit, praecepit* alqd alci (עַל־פּ׳) Nu 4 27: פָּקַד עָלַי לִבְנוֹת ‘ mihi mandavit ut aedificem ’ Esr 1 2; — *b*) *posuit, constituit alqm* alicubi: וַיִּפְקֹד אֶת־יוֹסֵף אִתָּם Gn 40 4; alqm super alqos = *praefecit* alqm: עַל Nu 27 16 (אֶל Jr 49 19. 50 44), עָלֶיךָ אֲלָפִים לְרֹאשׁ Jr 13 21, alqos בְּרֹאשׁ הָעָם Dt 20 9; פְּקוּדֵי הַחַיִל ‘ praefecti militibus ’ Nu 31 14. 2 R 11 15: Nu 31 48; seq. וְ et perf. (cf. J. 119 k m): ‘Aaronem etc. תִּפְקֹד וְשָׁמְרוּ constitues ad hoc ut servent... ’ Nu 3 10; — *c*) *misit* alqm, alqd, contra alqos (עַל) Jr 15 3. 51 27 (cf. Hi. 1); — *d*) *provide in tuto posuit* rem domi 2 R 5 24. — Q. *pass.* pf. פֻּקַּד *revisio facta est* Ex 38 21.

Ni. נִפְקַד, inf. הִפָּקֵד, ipf. יִפָּקֵד: 1) ad Q. 2: *benigne visitatus est* Is 24 22 (?). 29 6. (מֵעִם יי).— 2) ad Q. 3 b: *desideratus est* (*vermisst w., mancare*), *defuit*: alqs Nu 31 49. Jdc 21 3. 1 S 20 18 a. 2 S 2 30. 1 R 20 39. 2 R 10 19. Jr 23 4 (ovis), alqd 1 S 25 7. 21; sella absentis (*in vanum*) *aspicitur* = *vacua est* 1 S 20 18 b. 25. 27. — 3) ad Q. 4 b: *animadvertitur* in (עַל) alqm = alqs *punitur* Is 24 22 (?); cum acc° poenae (cf. J 128 a) Nu 16 29; alqs *punitus experitur* malum Pr 19 23. — 4) ad Q. 6: alqs *praeficitur* Ez 38 8, sec. plerosque; in munere *constitutus est* Neh 7 1. 12 44; corpus mortui *depositum est* Sir 49 16.

Pi. *lustravit, recensuit* rex (Ds) exercitum (cf. Q. 5) Is 13 4. — **Pu.**: ⫲ *desiderare coactus sum, privatus sum, amisi,* c. acc. rei Is 38 10.

Hi. הִפְקִיד, ipf. יַפְקִיד, ipr. הַפְקֵד: 1) ad Q. 4: *iussit punire* = *puniens immisit* pestem etc. עַל alci Lv 26 16. — 2) ad Q. 5: *iussit inspicere* = *praefecit* alqm alci: seq. עַל Gn 39 4 s. 41 34. 2 R 25 22 s. Jr 1 10. 40 11. Ps 109 6 (ut iudicem), בְּ Gn 39 5. Jr 40 5. 7 a. 41 2, לְ 1 R 11 28.— 3) ad Q. 6: *inspiciendam, curandam, servandam tradidit* rem, alci עַל־יַד 1 R 14 27, בְּיָדְךָ Ps 31 6, alqm alci (אִתּוֹ apud, penes eum) Jr 40 7 b. 41 10; rem in loco tuto *asservandam deposuit* Is 10 28 (לְ). Jr 36 20 (בְּ); *stare seu manere iussit* alqm alicubi Jos 10 18. 1 S 29 4. Is 62 6. Jr 37 21; *constituit alqm* in munere, cum וְ et iuss. rei mandatae Est 2 3. — **Ho.** הָפְקַד, ptc. מֻפְקָד: 1) *visitatur, punitur* urbs Jr 6 6 (text. dub.). — 2) apud alqm *deposita est* res custodienda Lv 5 23. — 3) ptc. *inspector constitutus* alicubi בְּ 2 R 12 12 q. 22 5. 9. 2 Ch 34 10; *praefectus* alcs עַל 12, abs. 17.

Hitpāʿēl pf. pl. הִתְפַּקְּדוּ Jdc 20 15. 17, narr. וַיִּתְפָּקֵד 21 9, וַיִּתְפַּקְּדוּ 20 15, cum vocalibus passivis **Hotpāʿal** pf. pl. הָתְפָּקְדוּ Nu 1 47. 2 33. 26 62. 1 R 20 27 (de his formis v. GK 54 l; J. 53 g) *lustrati, recensiti, numerati sunt.* [vb. פקד in omnibus linguis sem. exstat, eaedemque significationes, non omnes, at aliquae in singulis.] Deriv. פְּקֻדָּה, פִּקָּדוֹן, פְּקֻדֹּת, מִפְקָד, פָּקִיד, פִּקּוּדִים, פְּקוּדִים.

פְּקֻדָּה, st. c. ־דַּת', pl. ־ד(וֹ)ת: 1) ut nomen actionis: a) *inspectio, cura*: cum gen. obi[i] Nu 4 16 b. 1 Ch 26 30; *munus, officium* Ps 109 8. 1 Ch 24 3; — b) *census, recensio* militiae 2 Ch 17 14. 26 11; — c) *providentia* Dei Job 10 12, *visitatio iustitiae, punitio* Nu 16 29. Is 10 3. Jr 8 12 al. Os 9 7. Mi 7 4. – 2) meton. a) *obiectum inspectionis, curae* Nu 3 36. 4 16 a; *res (bene) conservandae* Is 15 7; — b) *ii qui inspiciunt, curant* etc.: sg. collect. *magistratus* Is 60 17 (|| נֹגְשִׂים), *custodia = custodes* templi 2 R 11 18. Ez 44 11. 1 Ch 23 11 (פְּ' אֶחָת 'una custodum classis'). 2 Ch 23 18, aerarii 24 11, 'domus *custodiae*', carcer Jr 52 11; — c) *castigatio, poena*, pl. Ez 9 1.

פִּקָּדוֹן *depositum*, res alcs fidei commissa Lv 5 21. 23; res deposita ut in futurum asservetur הָיָה לְפִ' Gn 41 36 (פָּקַד Hi. 3). †

פְּקִדֻת *munus praefecti, custodis* etc. (פָּקִיד); בַּעַל פְּ' 'is qui obit hoc munus' Jr 37 13.[1]

▲ פְּקוֹד regio Babyloniis foederata Jr 50 21 (V *visita*). Ez 23 23 (V *nobiles*), ass. Puqudu, nomen regionis et gentis Aramaeorum in Babylonia (cf. Streck in MVaG 11 [1906/3] 234-7); in scriptis talmud., ut in contractibus neobabylonicis nomen urbis et canalis (נהר פקוד); cf. Neubauer, Géogr. du Talm. 363-5. Jr 50 21 nomen videtur allegorice poni (cf. פָּקַד "visitare", punire). †

פְּקוּדִים (BL § 61 z α) *census, recensio*, computatio expensarum Ex 30 12. 38 21. 25. [פָּקַד Q. 5]

⁑ פִּקּ(וּ)דִים etc. pl. ttm.: *praecepta* (GV ἐντολαί, mandata, δικαιώματα, iustificationes) Ps 19 9. 103 18. 111 7. 119 (21 locis) 4. 15. 27 al. [פָּקַד Q. 6 a]

פָּקַח, ipf. יִפְקַח, ipr. פְּקַח (פְּקָחָה Dn 9 18 k), inf. a. פָּקוֹחַ, ptc. פֹּקֵחַ. פָּקוּחַ: *aperuit* oculos, 1) oculos suos, nempe evigilans 2 R 4 35. Job 27 19; spectans, attendens Pr 20 13, Deus 2 R 19 16 || Is 37 17. Dn 9 18, c. עַל obi[i] aspecti Zch 12 4. Job 14 3; עֵינֶיךָ פְּקֻחוֹת 'oc. t. sunt aperti', attenti עַל Jr 32 19; semel 'aures aperuit' Is 42 20. — 2) oculos alicuius aperit Deus: a) caeco visum restituit Is 42 7, (sine עֵינַיִם) *videntes facit* caecos Ps 146 8; — b) facit alqm videre abscondita Gn 21 19. 2 R 6 17. 20. — Ni. pf. נִפְקְחוּ, ipf. תִּפָּקַחְנָה: *aperiuntur* oculi alcs = incipit videre eousque occulta Gn 3 5. 7. Is 35 5. [sab. *pqḥ* aperuit (quidvis), ar. *faqaḥa* aperuit oculos, ass. *paqû* attendit; ar. *faqaḥa*, sy. *p^e^qaḥ* flos apertus est] Deriv. 2 seq. †

▲ פֶּקַח *Phacee*, dux militum sub Phaceia rege, postea rex Israel 2 R 15 25. 27. 29-32. 37. 16 1. 5. Is 7 1. 2 Ch 28 6; ass. Paqaḫa (K. B. II 32). †

פִּקֵּחַ, pl. פִּקְחִים (J. 88 H b; 18 m 3) *videns*, opp. caecus Ex 4 11. 23 8. (epist. Lakiš 3, 14).

▲ פְּקַחְיָה *Phaceia*, rex Israel 2 R 15 22 s. 26. †

⁑ פְּקַח־קוֹחַ (scribendum פְּקַחְקוֹחַ; forma *q^e^ṭalṭâl* BL 483 o δ): *apertio* sc. carceris, vel vinculorum *solutio* (S) Is 61 1.[1]

פָּקִיד, st. c. פְּקִיד, sfx. פְּקִידוֹ, pl. פְּקִ(י)דִים: *inspector, revisor, visitator* etc., nomen variorum officialium in templo 2 Ch 24 11. 31 13 (מִיַּד 'ad latus', adiutor). Jr 20 1 (add. נָגִיד primarius). 29 26 (lgd. sg., GSV), inter reduces ab exsilio Neh 11 9. 14. 22. 12 42, in militia 2 R 25 19. Jr 52 25, in Aegypto Gn 41 34; ducis administer Jdc 9 28; exsecutor mandati regii Est 2 3. [פָּקַד] †

× פֶּקַע *sonitus* tonitrui Sir 46 17. [vb. פקע ar. a/s. crepuit][1]

פְּקָעִים pl. ttm. 1 R 6 18. 7 24, ornamentum architectonicum in templo, quod, ut nomen suadet, frt. foliorum fructuumque plantae פַּקֻּעָה formam imitabatur. †

פַּקֻּעֹת pl. ttm. (st. c.) 2 R 4 39 fructus amarissimi plantae quae 'vitis agrestis' vocatur, V *colocynthides*, prob. Cucumis

Colocynthis L., quae prope mare Mortuum et in oris maris Mediterranei crescit; folia viti, fructus cucumeri rotundo similes sunt.— Cf. Fonck, Streifzüge, BSt V 140 ss; Löw, Aram. Pfl. 332 s, Flora I 537 ss; LB I 958 ss; Dalman, AS VI 87; in AJSL 33, 63 ss de fungo venenoso explicatur. [1]

פַּר (פָּר, הַפָּר, פָּר וְ), st. c. פַּר, pl. פָּרִים: *taurus iuvencus*, V *vitulus* (triennis 1 S 1 24 GS, septennis Jdc 6 25); in grege Gn 32 16; 'vituli' metaph. = homines feroces Ps 22 13, inimici occidendi Is 34 7. Jr 50 27. Ez 39 18; — omnibus in aliis locis commemoratur ut hostia in sacrificio: Ex 24 5. 29 1-14. Lv 4 3-21. 8 2. 14. 17. 23 18. Nu 7 15-88 passim, al. 1 S 1 24 (GS lg. בְּפַר מְשֻׁלָּשׁ). 1 R 18 23-33. Is 1 11. Ez 43 19-25. 45 18-24. 46 6 s. 11. Ps 50 9. 51 21. 69 32; פַּר (הַ)חַטָּאת 'vitulus piacularis' Ex 29 36. Lv 4 8 al.; פַּר בֶּן־בָּקָר Ex 29 1. Lv 4 3. Nu 7 15 al., פַּר־הַשּׁוֹר Jdc 6 25 (וּפַר 'et quidem...'; הַשֵּׁנִי dld.); — pro 'offeramus (ceu) vitulos labia (i. e. vota) nostra' Os 14 3 GS lg. פְּרִי שְׂפָתֵינוּ 'fructum labiorum n.' (vota, preces), cf. Hebr 13 15. [cf. sy. *parrā* agnus, ar. *furâr, farîr* pullus ovis vel caprae.]

‡ פרא: Hi. ipf. יַפְרִיא *fructificabit, gloriose crescet* Os 13 15 (lectio incerta; GSV 'dividet' etc.), allusio ad nomen אֶפְרַיִם. [cf. פרה.] [1]

פֶּרֶא, Jr 2 24 פֶּרֶה, pl. פְּרָאִים: *onager* Is 32 14. Jr 2 24 (hîc de animali femina). 14 6. Os 8 9. Ps 104 11. Job 6 5. 24 5. 39 5 (de eius indole 6-8). Sir 13 18: cf. עָרוֹד; tropice homo ferox, indomitus, libertatis amans dic. פֶּרֶא אָדָם (J. 129 f 3) Gn 16 12, עַיִר פּ' 'pullus onager' Job 11 12; sec. quosdam (apud Gunkel, Psalmen, ad Ps 104) 'פּ est zebra, עָרוֹד onager; v. Keller, Die antike Tierwelt I (1909) 271-4. †

▲ פִּרְאָם *Pharam,* rex Ierimoth urbis Jos 10 3. [1]

פֹּרֹאת: v. פֻּארָה.

▲ פַּרְבָּר 1 Ch 26 18 (bis; V *cellulae*) et פַּרְוָרִים *Pharurim* 2 R 23 11 vocantur aedificia quaedam sita ad latus occidentale templi salomonici vel, sec. alios, suburbium Ierusalem prope illam partem templi; in script. targum. פַּרְוָרָא = atrium, suburbium (cf. Levy, Wb. über Trgg. II 288[a]); sec. alios derivatur a pers. *parwâr* (*parbâr*) = ambulacrum apertum altum ("loggia"), cf. Herzfeld, Altpers. Inschriften (1938) 75; sec. alios a sum. *ê-bar-bar* = "domus splendida". V. comm. †

× פרג Hi. *dissipavit* cura somnum Sir 31 2. [ar. *farağa* id.]

פָּרַד* *disiunxit*; ptc. pass. pennae פְּרֻדוֹת 'disiunctae, extensae' Ez 1 11. — Ni. pf. נִפְרְדוּ, ipf. יִפָּרֵד, ipr. הִפָּרֵד, ptc. נִפְרָד: *disiungitur*: fluvius in plures *dividitur* Gn 2 10, qui unā fuerant, *dispersi sunt* 10 5. 32; alqs *se separavit, discessit* מֵעַל Gn 13 9. 11, מֵעִם 14, מִן Jdc 4 11; invitus *separatur* מִן Pr 19 4; abs. 2 S 1 23; *disiuncti stant* Neh 4 13; ptc. *qui se separatum tenet, alios vitans* Pr 18 1; fetus ab utero *prodit* Gn 25 23. — Pi. ipf. יְפָרֵדוּ *se separant,* c. עִם cum alqo *soli seorsum conversantur* (certe lgd. Ni. 'יִפּ) Os 4 14. — Pu. ptc. מְפֹרָד *huc illuc dispersus* Est 3 8.— Hi. הִפְרִיד, ipf. יַפְרִיד, ptc. מַפְרִיד: *disiunxit*; agnos *seorsim posuit et tenuit* Gn 30 40; Ds homines *per orbem distribuit* Dt 32 8; *separavit* duos simul euntes seq. בֵּין 2 R 2 11: Ru 1 17; c. acc.: hucusque amicos Pr 16 28. 17 9, litigantes 18 18.— Htp. pf. pl. הִתְפָּרְדוּ, ipf. 'יִתְ: *disiuncta, distorta sunt* ossa alcs Ps 22 15, 'לֹא יִתְ 'inseparabiles' Job 41 9; inimici *disperguntur* Ps 92 10; *dispersi errant* leunculi Job 4 11. [ar. *farada* solus degit; aram. divisit; sy. discessit, fugit] †

פֶּרֶד, sfx. פִּרְדּוֹ, pl. פְּרָדִים, פִּרְדֵיהֶם: *mulus* ad equitandum 2 S 13 29. 18 9 (in bello), ad

onera ferenda Is 66 20. 1 Ch 12 41; cum equis memoratur 1 R 10 25. 18 5. Ps 32 9. 2 Ch 9 24, cum equis, camelis, asinis Zch 14 15. Esr 2 66 s. (Neh 7 68), ex Thogorma Tyrum importatus Ez 27 14; v. Bochart, Hz. I 209 ss. †

פִּרְדָּה *mula*, ad equitandum, ut vid., regi reservata 1 R 1 33. 38. 44. †

⫲ פְּרֻדוֹת pl. ttm.: *semina sparsa* in agris Joel 1 17 (veteres lg. פְּרָדוֹת, vel aliud; v. comment.). [sy. *pardā*, *p^{e}redtā* granum, bacca; פרד][1]

× פַּרְדֵּס, pl. פַּרְדֵּסִים: παράδεισος, *viridarium, nemus*, i. e. arboretum elegantius, saeptum Neh 2 8: Ct 4 13. Ec 2 5. [vox indoeurop.: zend. *pairi-daeza* circum-saeptum, arm. pardēs] †

פָּרָה* Q. pf. פָּרוּ, פָּרִינוּ, פְּרִיתֶם, ipf. יִפְרֶה, תִּפְרֶה, יִפְרוּ, ipr. פְּרֵה, פְּרוּ, ptc. פֹּרֶה, f. ⫲ פֹּרִיָּה Is 17 6 al. (J. 79 p) et פֹּרָת (sec. Lagarde, Üb. p. 81 ex *pôrajat*) Gn 49 22: *germinavit, produxit* planta germina Dt 29 17; sine acc^{o} obi^{i}: *fructum fert*, *a*) *frugifera est* planta: ptc. *frugifer* Is 32 12. Ez 19 10. Ps 128 3, subst. *arbor frugifera* Is 17 6 (lgd. בִּסְעִפֵּי הַפּ׳) et Gn 49 22; *b*) *fructum ferunt, pariendo multiplicantur* animalia Gn 1 22. 8 17. Jr 23 3 μ, homines Gn 1 28. 9 1. 7. 26 22. 35 11. Ex 1 7 al. — *NB.* Is 11 1 et 45 8, ubi requiritur idea *producitur, efflorescit* (flos 11 1, salus 45 8) scribendum est יִפְרַח, יִפְרַח־; cf. comment.). – Hi. pf. הִפְרֵ(י)תִי, c. sfx. הִפְרַנִי, ipf. c. sfx. יַפְרְךָ, narr. וַיֶּפֶר, ptc. c. sfx. מַפְרְךָ: *frugiferum fecit*, patrem numerosae posteritatis fecit alqm Gn 17 6. 20. 28 3. 41 52. 48 4. Lv 26 9. Ps 105 24 [aeth. *farja*, sy. *p^{e}rî* floruit, fructum tulit] Deriv. פְּרִי.

פָּרָה (**parra^{h}*), pl. st. a. et c. פָּרוֹת: *bos iuvenca, vacca* Gn 32 16 (c. פַּר). 41 2 ss. Is 11 7; ‘vacca rufa’ Nu 19 2-10; פ׳ עָלוֹת 1 S 6 7. 10; פ׳ סֹרֵרָה Os 4 16; פ׳ הַבָּשָׁן μ “iuvencae Basan” vocantur mulieres lascivae urbis Samariae Am 4 1.

▲ [הַ]פָּרָה *Aphara*, urbs in Beniamin Jos 18 23; hodie Tell Fâra et ʿAin Fâra ca 9 km NE a Ierusalem. Cf. Guérin, Jud. III 71-3; PJB 1914, 22 s; 1928, 22. Frt. etiam Jr 13 4. 6. 7 lgd. פָּרָתָה (“in urbem Pārâ[h]”) loco פְּרָתָה (“ad Euphratem”) et 13 5 בְּפָרָה (vel בַּפָּרָה) loco בִּפְרָת (cf. comm.).[1]

פֶּ֫רֶה: v. פֶּרֶא.

▲ פֻּרָה *Phara*, satelles Gedeonis Jdc 7 10 s. †

▲ פְּרוּדָא *Pharuda*, vir ex progenie servorum Salomonis Esr 2 55 = פְּרִידָא *Pharida* Neh 7 57. †

× פְּרוֹזִים Est 9 19 k: v. פְּרָזִים q. [nh. פָּרוּז][1]

▲ פָּרוּחַ *Pharue*, pater Iosaphat praefecti in regno Salomonis 1 R 4 17.[1]

▲ פַּרְוַיִם*, i. p. פַּרְוָיִם (זְהַב aurum) *probatissimum* 2 Ch 3 6, prob. (aurum) ex regione Parwajim quam Glaser, Geogr. Arab. II (1890) 347 comparat cum Sâq el-Farwain sita in Arabia.[1]

פָּרוּר *olla* in qua cibi coquuntur Nu 11 8. Jdc 6 19. 1 S 2 14. Sir 13 2. [cf. ar. *fâra* (*û*) ferbuit, ebullivit.] †

▲ פַּרְוָרִים v. פַּרְבָּר.

פֵּרוֹת Is 2 20: v. חֲפַרְפָּרוֹת.

⫲ פרז (vocales ?), pl. c. sfx. פְּרָזָו Hab 3 14, vox obscura: GS *dynastae*, V *bellatores*. [cf. ar. *faraza* decernere ets.][1]

⫲ פְּרָזוֹן Jdc 5 7, sfx. פִּרְזוֹנוֹ 11 (Lagarde, Üb. 199), varie explicatur: *auctoritas decernentis*, hinc metonym. *qui decernunt* [cf. finem art^{i} superioris], *duces* ets.; alii: *rus, ruricolae, agricolae* ets., *pagi*. (cf. articulos seq.] †

× פְּרָזוֹת pl. ttm. *loca* (i. e. *regio*) aperta, scilicet muro non inclusa; Ierusalem iacebit פ׳ ‘absque muris’ Zch 2 8; ut g. qual.

עָרֵי הַפְּ' Est 9 19, אֶרֶץ פְּ' ‘terra quae (tantum) habet loca moenibus non defensa’ Ez 38 11.†

פְּרָזִי 1) *apertus, moenibus non munitus* Dt 3 5. 1 S 6 18 (J. 141 f). — 2) *incola oppidi vel pagi aperti, agricola,* pl.ᵏ פְּרָזִים Est 9 19 q; cf. Mél. 5, 417 s. †

▲ [הַ]פְּרִזִּי n. gent. coll. *Pherezaeus, Pherezaei,* gens praeisraelitica in Palaestina cisiordanica iuxta gentes cananaeas enumerata Gn 15 20. Ex 3 8. 17. 23 23. 33 2. 34 11. Dt 7 1. 20 17. Jos 3 10. 9 1. 11 3. 12 8. 24 11. Jdc 3 5. 1 R 9 20. Esr 9 1. Neh 9 8. 2 Ch 8 7; iuxta solos Cananaeos Gn 13 7. 34 30. Jdc 1 4 s; iuxta Raphaim Jos 17 15; vix significat eos qui in “campis apertis” (פְּרָזוֹת) habitant, sed videtur esse n. pr. (cf. *Pirizzi* in AmKn 27 89. 93. 28 12). Cf. Heidet ap. Vigouroux, D.B. V 251 s; Böhl, Kanaanäer u. Hebräer (1911) 66. †

¹ פָּרַח, ipf. יִפְרַח, inff. פָּרוֹחַ, פְּרֹחַ, ptc. פֹּרֵחַ, f. פֹּרַחַת: 1) *floruit, effloruit, flores produxit* vitis Gn 40 10. Ct 6 11. 7 13, ficulnea Hab 3 17, virga Aaron Nu 17 20. 23, desertum Is 35 1 s; *in florido felici statu est* Israel Is 27 6: Os 14 8. Ps 92 13. Pr 11 28, ossa alcs Is 66 14, iustitia Ps 72 7; item *florere (crebrescere)* dicuntur impii Ps 92 8, superbia Ez 7 10, ius ut lolium (nempe ius corruptum, adulteratum) Os 10 4; — adde duos locos corrigendos: lege יִפְרַח Is 11 1 *efflorescet* flos (pro יִפְרֶה), 45 8 וְיִפְרַח יֶשַׁע ‘et efflorescat salus’ (pro וְיִפְרוּ־).— 2) ex cute *erupit* ulcus Ex 9 9 s, lepra Lv 13 12. 20 etc., de lepra domūs 14 43. — Hi. pf. הִפְרַחְתִּי, ipf. יַפְרִיחַ etc., יַפְרִחַ: 1) causative: *florere fecit* arborem aridam Ez 17 24, vix seminatam Is 17 11.— 2) intransitive (cf. J. 54 f): *efflorescit, floret* μ domus iusti Pr 14 11, iustus Ps 92 14; *refloruit* planta iam fere mortua Job 14 9. [ass. *parâḫu,* ar. *faraḫa* 2, aram. פְּרַח floruit ets.; ass. *pirḫu,* ar. *farḫ* germen plantae, pullus avis] Deriv. פֶּרַח, prob. פִּרְחָח, אֶפְרֹחַ.

² פָּרַח* *volavit* [nb.; a/s. פָּרַח id.]; Ez 13 20 ptc. f. bis in textu dubio: ‘venamini animas’ לְפֹרְח(ו)ת ‘velut aviculas’? ‘ut volitantes eas videatis’? cf. comment. †

פֶּרַח, sfx. פִּרְחָהּ etc., pl. c. sfx. פְּרָחֶיהָ: *gemma plantae* (*Knospe, bouton, bud*) Nu 17 23; sg. collect. Is 5 24 μ. 18 5. Na 1 4; de artefactis in forma florum Ex 25 31. 33 s. 37 17. 19 s. Nu 8 4. 1 R 7 26. 49. 2 Ch 4 5. 21. [¹ פָּרַח] †

‡ פִּרְחָח vel פִּרְחָה (v. l. mss.) *pullities,* proles avium aliorumque animalium (*Brut*), collective; contemptim, *caterva* hominum vilium Job 30 12; est forma *qatlal,* cf. Barth, Nb. § 143 α. [cf. ar. *farḫ* pullus avis, homo vilis.] ¹

‡ פָּרַט*, ptc. פֹּרְטִים Am 6 5: ex contextu prob. de inepto aliquo modo *canendi* ‘ad sonum nablii’: *cantilavit* (V cano, Sym ἐξάρχω; non agitur de pulsatione instrumentorum: G ἐπικροτέω, S *nᵉqaš*). [cf. ar. *faraṭa* praevertit, modum excessit, sed item neglexit: unde de cantu praeceleri aut nimis lento cogitari posset.] ¹

צָמִיד, pl. צְמִידִים: 1) *armilla*, ornatus brachii muliebris Nu 31 50, pl. Gn 24 22. 30. 47. Ez 16 11. 23 42. — 2) *ligatura, clausura* vasis Nu 19 15. [צָמַד] †

ǂ צַמִּים (*qaṭṭîl*) *laqueus* circumplectens, constringens Job 18 9 (|| פַּח), metaph. *perniciea* 5 5. [cf. etymol. ad צָמָה; porro cf. ar. *ṣimâm* calamitas magna.] †

צְמִ(י)תֻת *silentium* *; res venditur 'לַצְּ Lv 25 23, 'לַצְּ 30, ita ut de ea (redimenda) non amplius sermo fiat, i. e. 'irretractabiliter'. [צמת] †

ǂ צָמַק *, ptc. צֹמֵק *aridus*, lacte carens Os 9 14. [nh. corrugatur, arescit; cf. ar. *ṣâmiq* esuriens vel sitiens.] [1]

צֶמֶר (צֶ), sfx. צַמְרִי: *lana* ovium detonsa Jdc 6 37. 2 R 3 4 (aries = lana unius arietis est unitas qua computatur copia lanae; hinc appositive: 'tot arietes lanae' Driver, Tenses § 194). Os 2 7. 11. Pr 31 13; *pannus laneus* Lv 13 47 s. 52. 59. Dt 22 11. Is 51 8. Ez 27 18. 34 3. 44 17; cum oves plerumque sint albae, כַּצֶּמֶר 'valde albus' Is 1 18. Ps 147 16. [aeth. *ḍamr*, a/s. *'amrā*] †

▲ [הַ]צְּמָרִי *Samaraeus*, ramus familiae Canaan Gn 10 18. 1 Ch 1 16; cf. graec. Σίμυρα vel Σίμυρος, aeg. Zamâra (Gauthier, Dict. des noms géogr. VI, 105), ass. Ṣi-mi-ra, bab. Ṣu-mu-ra, in epp. Amarn. Ṣumur (cf. AmKn n. 60 23. 27 et pp. 1138-41). Nomen hodie conservatur in vico Sumra ca 1 km N ab ostio N. el-Kebîr (Eleutheri); situs antiquus urbis videtur esse Ḥaman prope Manṭar, ca 8 km N ab Eleuthero (cf. Dussaud, Topogr. de la Syrie 117 s). †

▲ צְמָרַיִם: 1) *Samaraim*, urbs in Beniamin Jos 18 22; vix Ḫ. es-Sumra ca 8 km NNE a Ioericho (SWP, Mem. III 174. 212 s), sed prope montem צְמָרַיִם (v. n. 2). — 2) 2 Ch 13 4 mons quidam situs in finibus Ephraim, sec. contextum non longe a Bethel, frt. Râs ez-Zêmara inter eṭ-Ṭajjibe et Rammûn. Cf. Cl.-Ganneau, Arch. Res. II 289; Abel II 454. †

צַמֶּרֶת, sfx. צַמַּרְתּוֹ: arboris *summi et tenuissimi surculi, cacumen* Ez 17 3. 22. 31 33. 10. 14. [ar. *ḍamara* gracilis, tenuis fuit] †

ǂ צמת Q. Pi. Hi. *perdidit, delevit, oppressit* ets.: Q. pf. צָמְתוּ: *perdiderunt* vitam meam Thr 3 53. — Ni. pf. נִצְמַתִּי, נִצְמְתוּ: *perditus sum, oppressus sum* Job 23 17; rivi calore aestivo *evanuerunt*, sc. exsiccati 6 17. — Pi. pf. (3. sg. f.) c. sfx. צִמְּתַתְנִי, (3. pl.) צִמְּתוּתֻנִי (תֻ videtur dld. ut dittographia): *oppresserunt* me terrores tui Ps 88 17: '*consumit, opprimit* me zelus meus' (G tuus, = zelus pro te, cf. 69 10) 119 139. — Hi. pf. הִצְמַתָּה, ipf. יַצְמִית, c. sfx. יַצְמִיתֵם, 'אַ, ipr. c. sfx. הַצְמִיתֵם, ptc. pl. c. sfx. מַצְמִיתַי Ps 69 5 (ubi tamen lgd. videtur מֵעַצְמוֹתַי '[plures] quam ossa mea'): *perdidit, repressit*, rex criminum reos Ps 101 8, detractorem (*silere fecit?*) 101 5, inimicos suos Ps 18 (2 S 22) 41, Ds inimicos alcs 54 7. 143 12, impios 73 27. 94 23. [etymologi comparant vel sy. ar. *ṣamata* tacuit, 2, 4 tacere fecit, vel nh. צָמַת pressit, compressit (unde facile oritur idea op-, re-, sup- pressit), vel (ita Barth, Et. St. p. 8) ar. *ṣatama* 2 perfecit, complevit, cui (c. metathesi) congruit צמת (= כִּלָּה) 'perfecit', et 'delevit'.] Deriv. צְמִיתֻת. †

▲ צִן [מִדְבַּר־] *Sin* desertum in termino australi Canaan iuxta Edom Nu 13 21. 34 3. Jos 15 1; in quo erat קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ Nu 20 1. 27 14. 33 36. Dt 32 51; pars NE deserti Pharan (v. פָּארָן n. 2); loc. צִנָּה (var. צִנָּה) Nu 34 4 *Senna*, Jos 15 3 *Sina*, ignotus quidam locus, a quo desertum denominatur. Sec. Jos 15 3 situm E a Qādēš; ergo vix cohaeret cum W. eṣ-Ṣini et Arḍ eṣ-Ṣini inter Ġazze et el-Ḫalaṣa (Musil, Ar. Petr. II 1, 211 s). †

ǂ צֵן *, pl. 1) צִנִּים Pr 22 5 G τρίβολοι (Fussangeln, chausse-trappes), V arma, S retia (i. e. צַמִּים); verti solet *spinae*; אֶל־מִצִּנִּים Job 5 5 vertunt 'etiam ex spinis' (cj. מִצֵּן 'hor-

reum ', vel מָצָן, pl. מְצָנִים [ar. *ṣâna* (*u*) asservavit] ets.; cf. comment.). — 2) צִנּוֹת *hami* piscatorum Am 4 2. †

צֹנֶא*, sfx. צֹנַאֲכֶם Nu 32 24: lege צֹאנְכֶם.

צֹנֶה Ps 8 8 = צֹאן.

¹ צִנָּה, pl. ־וֹת: *scutum, clipeus* maior, qui pectus viri circumtegit (Ps 5 13), Goliatho a servo praefertur 1 S 17 7: 1 R 10 16; c. מָגֵן Jr 46 3. Ez 23 24. Ps 35 2 al., c. רֹמַח 1 Ch 12 8. 2 Ch 11 12 al., חֲנִית 1 Ch 12 34, סֹחֵרָה Ps 91 4; — magna machina bellica, ut *testudo* Ez 26 8. (cf. adhuc צֵן 2.)

² צִנָּה*, st. c. צִנַּת: *frigus* Sir 43 20 (צינה) [item in targ.]; *frigus modicum* grate refrigerans (*Kühle, fraîcheur*) Pr 25 13. [nh. צנן frigidus fuit] †

צָנוּם*, pl. צְנֻמוֹת Gn 41 23 (a verss. vet. omissum) prob. = *velut in saxum* [nh. aram. צְנַם] *mutatus, durus, exsuccus* [nh. durus].[1]

צָנוּעַ v. צָנַע.

צָנוּף*: v. צָנִיף.

צִנּוֹר 2 S 5 8, pl. c. sfx. צִנּוֹרֶיךָ Ps 42 8: vox ab interpretibus vet. et rec. multifariam coniectando explicata. [Ex linguis cognatis hae significationes afferri possunt: (*a*) nh. 'צ tubus aquae; aqua profluens (jet d'eau); ferrum uncatum, uncus; (*b*) aram. 'צ eadem, et טְנָר rupes; (*c*) sy. *ṣennârâ* hamus piscatoris, aculeus vespae; (*d*) ar. *ṣinnâr* et *ṣinnâra*ʰ vertex fusi, hamus, longa acus uncata.] — 1) In Ps prob.: regionis montosae *catarractae, torrentes,* aut *imbrium caelitus* (ךָ) *ruentium* defluxus; ita G (τῶν καταῤῥακτῶν), Sym (τῶν κρουνῶν) et recentiores fere omnes. — 2) de 2 S auctores in tres abeunt sententias; alii enim putant agi (*a*) de parte quadam corporis humani: *collum, gula* (Wellhausen, Der Text der BB. Samuelis 163 s; Joüon in Mél. 4, 14; Fernández, Problemas 192); *membrum virile* (Dalman in PJB 11 [1915] 39 ss); *articulus, commissura* (Albright in JPOS 2 [1922] 286 ss); (*b*) Sukenik (JPOS 8 [1928] 12 ss) suspicatur *telum* alqd tridentis formā; (*c*) alii complures denique (post W. F. Birch [QSt 1878, 184 s et alias], imprimis autem H. Vincent in variis scriptis et tandem in RB 1924, 357-370), autumant 'צ fuisse *cuniculum verticalem* seu *puteum,* per quem Iebusaei arce ab hostibus obsessa ad hauriendam e subiacente fonte aquam descenderint; qui cuniculus nostra aetate primum a. 1867 a Warren ac dein accuratius a. 1909-1911 a Parker exploratus est. Unde וְיִגַּע בַּצִּנּוֹר vertunt: ' et penetrabit (-et, -averit) per cuniculum... '. — Cf. Bressan in Bib 25 (1944) 346-381. †

צָנַח, ipf. וַתִּצְנַח, ex contextu = *se demisit, descendit* מֵעַל ex asino Jos 15 18. Jdc 1 14; paxillus *deorsum intravit* in terram Jdc 4 21. †

צְנִ(י)נִים in proverbio: *spinae, stimuli* ets. infixi lateri Nu 33 55, oculis Jos 23 13. [cf. צֵן] †

צָנִיף, pl. ־וֹת: *fascia elegans fronti circumvoluta, vitta* (*Turban*) viri Job 29 14, regis Is 62 3 (k צנוף). Sir 11 5. 40 4. 47 7, pontificis Zch 3 5, mulieris Is 3 23. [צָנַף] †

▲ צְנָן *Sanan* Jos 15 37, urbs in Šephela Iuda in regione urbis Lachis; prob. = צַאֲנָן q. v. Cf. ZDPV 57 (1934) 127.[1]

צנע: Q. ptc. pass. צָנוּעַ *modestus* Pr 11 2 (opp. זָדוֹן); *prudens, cautus* Sir 31 22. 42 8. — Hi. inf. a. הַצְנֵעַ *humiliter agere*: *humiliter, submisse* ambulare cum Deo Mi 6 8, *modeste* Sir 16 25. 32 3. [צָנוּעַ = עָנִי Lag., Mitteilungen I 80 s; ar. *ḍana'a* (latuit, 8 eum puduit) = a/s. צְנַע = hebr. ² עָנָה] †

צָנַף, ipf. יִצְנֹף: 1) *convolvit* alqm, c. acc. effectus Is 22 18. — 2) *se* (frontem) *fasciā circumvolvit* Lv 16 4. Deriv. צְנֵפָה, צָנִיף. †

צְנֵפָה *res convoluta, glomus* (*Knäuel, pelote*) Is 22 18. [1]

צִנְצֶנֶת στάμνος (G), *cadus, urna* pro manna Ex 16 33. [1]

× צַנְתֵּר* (an תָּ ?), st. c. pl. צַנְתְּרוֹת: "*suffusorium*", *infundibulum*, fistula oleum ad lampadem deducens Zch 4 12. [1]

צָעַד, ipf. יִצְעַד, inf. c. sfx. צַעְדְּךָ: *processit, incessit*: מִן Jdc 5 4, בְּ per Ps 68 8, דֶּרֶךְ 'versus' Pr 7 8; c. acc. *permeavit* terram Hab 3 12, 'sex passus' 2 S 6 13; abs. לֹא יִצְעָדוּ 'incedere non valent' Jr 10 5; *ascenderunt* propagines vitis super murum Gn 49 22. — Hi. ipf. תַּצְעִדֵהוּ: *ire coegit* alqm ad alqm Job 18 14. [ar. *ṣa'ida*, nh. Pi. ascendit] †

צַעַד, sfx. צַעֲדִי, pl. צְעָדִים, צַעֲדֵי: *gressus, passus* incedentis 2 S 6 13. Pr 30 29 (pro inf. Q. צְעֹד). Thr 4 18; gressūs lati 2 S 22 (Ps 18) 37 praeclarum, gressūs arcti Job 18 7. Pr 4 12 impeditum incessum indicant; *gressūs* alcs passim metaph. = *actus* Jr 10 23. Job 14 16. 31 4. 37. 34 21. Pr 5 5. 16 9. †

צְעָדָה, pl. צְעָדוֹת: 1) *incessus* 2 S 5 24. 1 Ch 14 15 (T צעקה). — 2) pl. *gradualia*, "*periscelides*", catenulae cruribus alligatae, quibus gressus breves et elegantes efficiuntur, Is 3 20. †

צָעָה*, ptc. צֹעֶה: 1) intrans. *se incurvavit* ad actus cultus illiciti Jr 2 20; *incurvatus iacet* in carcere (prob.) Is 51 14; in Is 63 1 lgd. צֹעֵד 'incedens' (V). — 2) trans., *inclinavit* alqm Jr 48 12. — Pi. pf. c. sfx. צֵעֻהוּ = Q. 2 Jr 48 12. [ar. *ṣaġija, ṣaġâ(j)* se inclinavit (versus alqm), 4 inclinavit (vas)] †

צָעִיף, c. sfx. צְעִיפָהּ: *velum* aliquod muliebre Gn 24 65. 38 14. 19. [ar. *ḍa'afa* 2, sy. *'âf* (pro *'e'af*) duplicavit, plicavit] †

צָעִיר: 1) *parvus*: מִצְּעִירָה Dn 8 9 'magis quam (= valde) parvum' (cf. Kö. III 352 z). — hinc 2) *aetate parvus* Ps 119 141 (cf. 99 s). Job 30 1. 32 6; comparative *minor natu* Gn 25 23. 48 14, fem. 19 31-38. 29 26; הַצָּעִיר *natu minimus* Gn 43 33. Jos 6 26. Jdc 6 15. 1 R 16 34: Ps 68 28; pl. *parvuli* Jr 48 4. — 3) *exiguus, vilis* 1 S 9 21. Is 60 22. Mi 5 1; צְעִירֵיהֶם 'inferiores se, servos' Jr 14 3; צְעִירֵי הַצֹּאן 'viles oves' Jr 49 20. 50 45. *NB.* Jr 14 3 et 48 4 k 'צעור; 48 4 G εἰς Ζόγορα. [צער] †

▲ צָעִיר*, loc. צָעִירָה *Seira*, regio vel urbs in Edom (?) 2 R 8 21; frt. Râs ez-Zuwêra ca 12 km ESE a Tell Arâd (sed cf. Šanda II 73); sec. alios (propter G^{BL} Σ[ε]ιωρ) = צִיעֹר (q. v.). Cf. Abel II 464. [1]

צְעִירָה*, c. sfx. צְעִרָתוֹ: *locus* (*mensae*) *conveniens filio natu minimo* (opp. בְּכֹרָה) Gn 43 33; — de Dn 8 9 v. צָעִיר. [1]

‡ צָעַן, ipf. יִצְעַן: *transmigravit* Is 33 20, et lgd. צָעֲנוּ pro יענו (T גְּלוֹ) Zch 10 2 (Perles, Anal. N.F. 33). [ar. *ẓa'ana* id.] [1]

▲ צֹעַן *Tanis* et Ez 30 14 [*in*] *Taphnis* (G [ἐπὶ] Τάνιν), urbs perantiqua Aegypti inferioris Nu 13 22. Is 19 11. 13. 30 4. Ez 30 14; שְׂדֵה צֹעַן Ps 78 12. 43; ap. Str. XVII 1, 20 πόλις μεγάλη Τάνις in Delta (NE) iuxta partem Nili Taniticam, ass. Ṣi'nu vel Ṣa'nu, aeg. Ṣa'n(ĕ)t, copt. Čaane, Čanê, hodie Tell eṣ-Ṣân, prope Ṣân el-Ḥagar, S a lacu Menzale. Cf. Fl. Petrie, Tanis I (1885); II (1888); RB 39 (1930) 1-28; 43 (1934) 153 ss; P. Montet, Les nouvelles fouilles de Tanis... (1933); Id., Tanis. Douze années de fouilles... (1942); A. H. Gardiner, Ancient Egyptian Onomastica II (1947) n. 417. V. רַעְמְסֵס. †

▲ צְעַנִּים (an בְּ[צְעַנִּים] ?) k Jdc 4 11 v. s. v. צַעֲנַנִּים.

▲ צַעֲנַנִּים Jos 19 33: אֵלוֹן בְּ' (BH[3] אֵילוֹן) *Elon in Saananim* et Jdc 4 11 [בְּ]צַעֲנַנִּים q, sed k [בְּ]צְעַנִּים (vel [בְּ]צְעַנִּים ?) אֵלוֹן *vallis quae vocatur Sennim* = quercus (quercetum) apud צַעֲנַנִּים prope Cedes (v. קֶדֶשׁ n. 2) in Nephthali. Sec. G (A Βεσεναναιμ, B Βεσεμιιν) et recentiores בּ non est particula, sed pars nominis. De

situ cf. comm. et Noth in ZDPV 58 (1935) 225; Abel II 312; Fern., Probl. 77-80. †

× צַעֲצֻעִים 2 Ch 3 10 prob. *ars plastica*: מַעֲשֵׂה צ׳ 'opus artificiose sculptum'. [cf. ar. *ṣâġa* (*û*) formavit, finxit.] [1]

צָעַק, ipf. יִצְעַק, ipr. f. צַעֲקִי (וּצְעָקִי Jr 22 20): *clamavit, vociferatus est*: de clamore superbo, tumultuoso Is 42 2; secus de clamore miserorum, vexatorum, auxilium implorantium Ex 5 8. Dt 22 24. 2 R 4 40 b. 6 5. Is 33 7. 65 14 (מִן causae). Jr 22 20. Job 19 7 (חָמָס 'vis' sc. mihi infertur!). Ps 34 18 al.; c. אֶל personae invocatae: *invocavit* Deum Gn 4 10. Ex 8 8. 14 10. Jos 24 7. Is 19 20 (מִפְּנֵי causae). Ps 107 6 al., regem Ex 5 15. 1 R 20 39 al., Moysen Nu 11 2, ליהוה 2 Ch 13 14; c. אֶל personae et לְ rei petitae Gn 41 55. — Ni. ipf. יִצָּעֵק: *evocatus est, convenit* populus, militia Jdc 7 23 s. 10 17. 12 1. 2 R 3 21; אַחֲרֵי שָׁאוּל הַגִּלְגָּל 'Galgala, ad sequendum Saulem' 1 S 13 4.— Pi.[1] ptc. מְצַעֵק: *clamavit* 2 R 2 12.— Hi.[1] narr. וַיַּצְעֵק: *con–, e–vocavit* populum 1 S 10 17. [ar. *ṣa'iqa* tonuit, *ṣa'aq* clamor; aram. צְעַק clamavit; cf. זָעַק] Deriv. seq.

צְעָקָה, st. c. צַעֲקַת: *clamor* vehementer plorantis Gn 27 34. Ex 11 6. 12 30. 1 S 4 14. Ps 9 13. Jr 25 36 al., (c. gen. obi. צ׳ שֶׁבֶר 'de ruina' Jr 48 5); clamor querentis Is 5 7. Neh 5 1 (אֶל de, adversus), צַעֲקָתָהּ 'querela de ea' Gn 18 21: 19 13; clamor auxilium implorantis Ex 3 7 (c. מִפְּנֵי propter). 22 22. 1 S 9 16. Job 27 9. 34 28. [צעק]

‡ צָעַר*, ipf. יִצְעַר: *parvus est*; metaph., *in humili, vili, despecta condicione est* (opp. כָּבֵד) Jr 30 19. Job 14 21; הַצֹּעֲרִים *parvuli* gregis, humiles, misericordia digni Zch 13 7. [ar. *ṣaġura* id., sy. *ṣe'ar* despectus fuit, aram. Pa. despexit] Deriv. מִצְעָר, צְעִירָה, צָעִיר. †

× צַעַר *cruciatus* Sir 31 19. [nh. aram., Pi. cruciavit] [1]

▲ צֹעַר et Gn 19 22. 30 צוֹעַר, 19 23 loc. צֹעֲרָה, *Segor*, urbs Pentapoleos prope mare Mortuum sita in valle Siddim Gn 13 10 (S falso צען). 14 2. 8. 19 22 (explicatio nominis a צער = parvus fuit). 23. 30. Dt 34 3. Is 15 5. Jr 48 34 et etiam 48 4 (k צְעוֹרֶיהָ, q צְעִירֶיהָ, lgd. צֹעֲרָה cum G εἰς Ζογορα; cf. Is 15 5); antiquitus vocata בֶּלַע *Bala* Gn 14 2. 8. Urbs biblica Ṣō'ar (Segor) sita fuisse videtur in angulo SE maris Mortui. In Ḫ. Šêḫ 'Îsa (ad Sêl el-Qerâḥi), quae probabiliter fuit Ζοαρα, (Ζογορα, Ζωορα) romano-byzantina (cf. IFl XIII 15, 4; XIV 1, 4; Bell. IV 8, 4; On. 42 1. 100 5 etc.; Muqaddasi, ed. Guy le Strange 62.69), vestigia occupationis aetate romana prioris inventa non sunt. Cf. Musil, Ar. Petr. I, 70. 74 s; Bib 5 (1924) 436-39; BASOR 14 (1924) 4; RB 38 (1929) 252-5; 40 (1931) 397 ss. *Zu-uḫ-ri* (AmKn 145 22, p. 604. 1244 s) vix idem est ac Ṣō'ar. †

‡ צָפַד *adstricta est, adhaesit* cutis ossibus Thr 4 8. [ar. *ṣafada* ligavit] [1]

[1] צָפָה, ipf. יִצְפֶּה, iuss. יִצֶף, ptc. צוֹפֶה, f. Pr 31 27 צוֹפִיָּה, ptc. pass. צָפוּי (k צָפוּ); *speculatus est*; 1) abs. *stat prospectans et observans quid agatur*, Ds inter me et te Gn 31 49; ptc. *speculator*, sensu proprio et metaph. 1 S 14 16. 2 S 13 34. 18 24-27. 2 R 9 17 s. 20. Is 52 8. 56 10. Jr 6 17. Ez 3 17. 33 2. 6 s. Sir 37 14, 'speculator Ephraimi', vates Osee, Os 9 8; *malevole speculatur* alci insidians לְ Ps 37 32; turris *spectat* versus (פְּנֵי) Damascum Ct 7 5. — 2) transit.: *observavit, attente aspexit* alqm Ds Ps 66 7. Pr 15 3. Sir 11 12, alqd Pr 31 27. — ptc. pass. *provisus et destinatus* ad gladium Job 15 22. — Pi. pf. צִפִּינוּ, ipf. 1 אֲצַפֶּה, ipr. צַפֵּה . צַפִּי, ptc. מְצַפֶּה: 1) abs. *avide prospectavit* 1 S 4 13. Jr 48 19, לִרְאוֹת Hab 2 1; sc. exspectans auxilium Ps 5 4. Thr 4 17, בְּ fretus alqo Mi 7 7; ptc. *speculator* Is 21 6. Mi 7 4 (dies a speculatoribus tuis annuntiatus). — 2) trans. *attente ob-*

servavit viam Na 2 2. [cf. ass. *ṣapû*, aeth. *taṣaffawa* exspectavit.] Deriv. צְפִיָּה, מִצְפֶּה. †

[2] צָפָה, inf. abs. צָפֹה: *expandit, stravit* tapetem in mensa Is 21 5. — Pi. צִפָּה, ipf. יְצַפֶּה, וַיְצַף: *obtexit, restivit, ornavit* rem auro, aere ets.: plerumque c. 2 acc. (obi[1] et metalli) Ex 26 29, et passim in Ex 25-27. 36-38. 1 R 6. 2 Ch 3.4, ut Ex 25 11 a. 13. 1 R 6 20-22 al.; suppresso alterutro acc°, metalli Ex 38 28. 2 R 18 16 vel obi[i] 1 R 6 15 a. 32. 35; c. acc. obi. et בְּ instr. 1 R 6 15 b. — Pu. ptc. מְצֻפֶּה: c. acc. metalli: *obtectus* auro Ex 26 32; argentum *superinductum* (עַל) testae Pr 26 23. [nh.] Deriv. צִפּוּי, צֶפֶת.

צָפָה, sfx. צָפָתְךָ Ez 32 6 'irrigabo terram *copioso profluvio tuō*, sanguine tuo' aut 'irrigabo terram *copiosae inundationis tuae* (terram tuam alias Nilo copiose inundatam) sanguine tuo'. [צוף]

▲ צְפוֹ *Sepho*, dux (stirps) Edomitarum Gn 36 11. 15 = צְפִי (mss. G[mss] S צפו) *Sephi* 1 Ch 1 36; G Σωφαρ (cf. Job 2 11). †

צִפּוּי *id* (metallum) *quo res ornatus causa obducitur s. obtegitur, tegmen* Ex 38 17. 19. Nu 17 3 s. Is 30 22. [[2] צפה] †

צָפוּן (ptc. pass. substantive) 1) *res sollerter abdita vel custodita*, fere *thesaurus, cimelium*: viri opes Job 20 26, Dei 'cimelium' = templum Ez 7 22, Ds 'optima dona' sua dat vel malis Ps 17 14 (k צפין). — 2) alqs *eximio modo custoditus* a Deo (*Schützling*) Ps 83 4. †

צָפוֹן f. I) *septentrio, plaga borealis* (caeli vel terrae), *pars loci borealis*: 1) forma צָפוֹן: Ps 89 13. Job 26 7, cum ceteris plagis memoratur Ps 107 3. 1 Ch 9 24 al.; ut genitivus = *septentrionalis*: לִפְאַת צָפוֹן 'versus latus sept.' Ex 26 20. 27 11 al.; שַׁעַר הַצָּ' 'porta sept.' Ez 40 35: 42 2. 13. 17. Zch 2 10 al.; — 'ad septentrionem versus' אֶל־צָ' Ec 1 6, אֶל־הַצָּ' Ez 42 1, דֶּרֶךְ הַצָּ' 40 20. 42 1 al., לַצָּפוֹן 40 23. 42 4, הַצָּפוֹן 40 19, (מִנֶּגֶב) צָפוֹן 21 9 (or. נֶגְבָּה'); 'in septentrione' בַּצָּפוֹן Ec 11 3; 'a septentrione' (unde?) מִן־הַצָּ' Ez 1 4, מִצָּפוֹן Am 8 12. Ps 107 3. Job 37 22; etiam ad quaestionem 'ubi?' dic. מִצָּפוֹן (cf. 'a dextris') Jos 16 6. 18 5. Jdc 7 1. 1 S 14 5 al. (Jos 11 2 falso 'מִצְ); 'a septentrione alcs loci vel rei' מִצָּפוֹן c. g. Jos 19 14, מִצָּפוֹן לְ Ez 8 5, abusive מִצְּפוֹן לְ (cf. J. 129 1 n, GK 130 a) Jos 8 11. 13 al. Jdc 2 9. — 2) forma localis צָפוֹנָה, in Pentateucho ubique (8ies) צָפֹנָה: *a*) sensu proprio: *ad septentrionem versus* Gn 13 14. 28 14. Dt 2 3 al.; item ad quaestionem 'ubi?' = in parte ad boream versus sita: Nu 2 25. 3 35. Jos 17 10. 18 16. Ez 48 10. 17 al.; interdum nominibus appositive additur (vice adiectivi 'septentrionalis'): עַל־יֶרֶךְ הַמִּשְׁכָּן צָפֹנָה 'in latere tabernaculi septentrionali' Ex 40 22; sim. Lv 1 11. Jos 13 3. 15 8. 18 19 b (maris Salis sinus borealis). 2 R 16 14. — *b*) usurpatur pro st. abs. צָפוֹן (cf. לַיְלָה) tamquam genetivus, מִקְצֵה צָפוֹנָה 'a termino septentrionali' Ez 48 1: 46 9. Jos 15 5. 18 12. Jr 1 15. 23 8; porro מִפְּנֵי צ'ה Jr 1 13, דֶּרֶךְ צ'ה Ez 8 5, לַצָּפוֹנָה 1 Ch 26 17, מִצָּפוֹנָה Jos 15 10 (מִצְּפוֹנָה לְ Jdc 21 19). — II) sensu speciali: *a*) *regio borealis aliqua* pro contextu varia: hostes Israel plerumque (etsi frt. magis ad orientem habitantes) 'ex septentrione' irrumpebant, illinc venturi praedicebantur מִצָּפוֹן Is 14 31. Jr 1 14. 4 6. 6 1. 46 20. 50 9 al. (cf. Is 41 25), מֵאֶרֶץ צ' Jr 6 22. 10 22; נְסִיכֵי צ' Ez 32 30: Jr 25 26, מִשְׁפְּחוֹת צ' (gentes) Jr 25 9: Ez 26 7. So 2 13 al.; ideo 'צ est etiam terra exsilii, quo Israelitae abducti sunt et unde redibunt Jr 3 18. 13 20. 16 15. 31 8 al.; in Dn 11 6-45 הַצָּפוֹן, cuius rex commemoratur, est neo-aramaicum regnum Seleucidarum; — יַרְכְּתֵי צ' ignotae regiones populorum borealium Ez 38 6. 15. 39 2, item fabulosa regio montis deorum Is 14 13, cui opponitur regio

veri montis Dei Sion Ps 48 3; in illa fabulosa regione boreali צָפוֹן poetice collocatur patria auri Job 37 22 optimique ferri Jr 15 12; — *b*) metonym. 'צ (generis fem.!): *ventus septentrionalis* Is 43 6. Ct 4 16. [צָפַן. ²צפה? regio abscondita, obtecta, obscura?]

▲ צָפוֹן *Saphon,* urbs in Gad prope Iordanem Jos 13 27; loc. צָפוֹנָה Jdc 12 1 (V *contra aquilonem,* G^B εἰς βορρᾶν, G^A εἰς Κεφεινα), IFl XIII 12, 5 ᾿Ασωφών. Sec. Talm. hier. (Šebiith 9, 2) = עמתו (᾿Αμαθοῦς, On. 22 24 s Αμμαθοῦς, hodie ʿAmmâta iuxta W. Râğib N a Iaboc); sed צפין et עמתו simul exsistebant (cf. IFl XIII 12, 5; XIII 13, 3). Sec. AASOR 6 (1926) 46 s = Tell es-Saʿîdîje ad ripam SW Kefringî. †

▲ צְפוֹן: 1) v. בַּעַל צְפוֹן. — 2) v. צְפִיּוֹן.

צְפוֹנִי *septentrionalis, scil. exercitus* locustarum, quo frt. hostes septentrionales (cf. צָפוֹן II a) portenduntur, Joel 2 20. ¹

▲ צְפוֹנִי n. patr. a צְפוֹן = צִפְיוֹן q. v.

צִפּוֹר, צִפֹּר (*ṣippur), pl. צִפֳּרִים (de forma GK § 84^b 24; BL p. 478 f γ) f. (masc. Ps 102 8. 104 17. Pr 7 23) *avis*; 1) de singulis avibus sg. Lv 14 5-7. 50-53. Dt 22 6. Ps 11 1 (μ). 84 4 al., pl. Lv 14 4. 49. Is 31 5. Ps 104 17. Ec 9 12; ' vox avis ' Ec 12 4 de voce debili pipiente senis (?). — 2) sg. collect., *aves* Gn 15 10. Dt 14 11. Ps 148 10; צ' שָׁמַיִם 8 9, צ'(כָּל־)כָּנָף (Gn 7 14. Ez 17 23. 39 4) Dt 4 17. [a/s. צִפַּר, ar. ʿuṣfûr, ass. iṣṣûru, ar. ṣafara pipivit]

▲ צִפּוֹר et Nu 22 10. 23 18 צִפֹּר, *Sephor,* pater Balac regis Moab Nu 22 2. 10. 16. 23 18. Jos 24 9. Jdc 11 25. †

צַפַּחַת, i. p. פַּ, f. (ad 1 R 17 16 v. J. 150 n) *urceus, ampulla* pro aqua 1 S 26 11 s. 16. 1 R 19 6 et oleo 1 R 17 12. 14. 16. †

▲ צְפִי v. צְפוֹ.

†† צְפִיָּה*, c. sfx. צְפִיָּתֵנוּ Thr 4 17 *pro-, exspectatio,* sec. recentes *specula.* [de forma cf. Bö. § 297 g; Kö. II p. 191 c; a ¹צפה]¹

▲ צִפְיוֹן *Sephion,* filius Gad Gn 46 16 = צְפוֹן Sam G Nu 26 15 *Sephon*; n. patr. צְפוֹנִי *Sephonitae* Nu 26 15. †

צַפִּיחִת Ex 16 31 *placenta* (G ἐγκρίς, Aq Sym ἄμυλος, -λιον, V simila). [cf. ar. *ṣafaḥa* extendit.] ¹

צְפִין Ps 17 14 k = צָפוּן, q. v.

צְפִיעַ*, pl. st. c. צְפִיעֵי (k צפועי): *excrementa* Ez 4 15 q. [ar. *ḍaf*ʿ id.] ¹

צְפִיעָה*, pl. צְפִעוֹת: *surculus*; metaph. *nepotes* ets. Is 22 24. ¹

× צָפִיר *hircus,* τράγος Dn 8 5 b. 21; צְפִירֵי (ה)עִזִּים Dn 8 5 a. 8. 2 Ch 29 21; צְפִיר חַטָּאת hircus piacularis Esr 8 35. [aram. צְפִיר id., ar. *ḍafara* saliit] †

צְפִ(י)רָה πλοκή, πλέγμα, *alqd plexum*: 1) *sertum, corona* Is 28 5, frt. Ez 7 10 (|| sceptrum). — 2) *sors adversa, fatum exitiale* alci velut plexum Ez 7 7. 10; cf. GB s. v.; Hastings II 176 a. [ar. aeth. *ḍafara* plexit] †

צָפִית f. (cf. 88 M i) *stragulum* super mensam, *tapes* Is 21 5. [²צפה Q.] ¹

צָפַן, ipf. יִצְפֹּן, ptc. צֹפֵן, צְפוּן: 1) *absconditum servavit* alqm, tutandum Ex 2 2. Jos 2 4 (lgd. 'נֵם). Ps 27 5. 31 21; צְפוּנֶיךָ ' qui sub tutela tua sunt ' Ps 83 4. — 2) sibi aliive alqd *servavit, asservavit*: *a*) aliquid *secretum servavit* in corde suo Job 10 13. Pr 10 14; — *b*) rem caram, non neglegendam, *in mente et memoria recondidit,* mandata Dei Ps 119 11. Job 23 12 (c. GV lgd. בְּחֵקִי) vel magistri Pr 2 1. 7 1; — *c*) alqd alci (prae ceteris) *reservavit* ac destinavit Deus: טוּבְךָ לִירֵאֶיךָ Ps 31 20: Pr 2 7. 13 22 (ptc. pass.); ad tempus opportunum *reservavit* alqd alci: munuscula Ct 7 14, poenam Job 21 19: Os 13 12. — 3) *retinuit, cohibuit*: mulierem rixantem, ventum flantem Pr 27 16; mentem alcs ab intellegentia Job 17 4. — 4) intrans.: *se abdidit* Ps 56 7 q, c. dat. incomm. = *insidiatus est* Ps 10 8. Pr 1 11. 18. — Ni. נִצְפַּן:

1) *abscondita est* res מִנֶּגֶד ab... Jr 16 17.— 2) *reservati et praedestinati sunt* anni alci Job 15 20: 24 1.— Hi. ipf. יַצְפִּין, inf. c. sfx. הַצְּפִינוֹ Ex 3 (mendum pro צָפ׳): 1) *abscondit* alqm tutandum Ex 2 3. Job 14 13; intrans. = Q. 4 Ps 56 7 k. — 2) *secretum tenuit, tacendo occultavit* Sir 4 23. 41 15. Deriv. צָפוּן, מַצְפֻּנִים.

▲ צְפֹן v. s. v. בַּעַל צְפֹן.

▲ צְפַנְיָה *Sophonias*: 1) sacerdos sub Sedecia rege Jr 21 1. 29 25. 29. 52 24 = צְפַנְיָהוּ 2 R 25 18. Jr 37 3. — 2) propheta So 1 1. — 3) pater Iosiae (v. יֹאשִׁיָּה) Zch 6 10. 14. — 4) levita de stirpe Caath 1 Ch 6 21: cf. אוּרִיאֵל n. 1. †

▲ צְפַנְיָהוּ v. s. v. צְפַנְיָה n. 1.

▲ צָפְנַת פַּעְנֵחַ (ms. bab. צ׳ פַּעְנָה) Gn 41 45 nomen aeg. a Pharaone Iosepho inditum; sec. Steindorff (ZÄgSp 27 [1889] 41 s; 30 [1892] 50 ss = *dd pꜣ ntr iwf ꜥnḫ*: "loquitur deus: vivat"; Yahuda, Sprache des Pentat. (1929) 31 ss: "cibus terrae hic vivens"; Dhorme in RB 38 (1929) 444: "hic est qui nutrit viventes". Cf. Heyes, Bibel u. Äg. I 258-261. [1]

צֶפַע Is 14 29 et צִפְעֹנִי, pl. צִפְעֹנִים: Is 11 8. 59 5. Jr 8 17. Pr 23 32 ἀσπίς, *regulus, basiliscus*, serpens venenosus. †

צפצף*, ipf. אֲצַפְצֵף, ptc. מְצַפְצֵף: *pipivit* avis Is 10 14. 38 14; trop. *susurravit* alqs, incantatoris instar, voce exsili ac vix intellegibili 8 19. 29 4. [nh. aram. id.; ar. *ṣufṣuf* passer] †

צַפְצָפָה prob. = ar. ṣafṣâf(aʰ) i. e. *salix* Ez 17 5; cf. Realia 425; Post, Flora of Syria (1896) 743; Löw, Flora 3, 325 s. [1]

צפר* ipf. יִצְפֹּר Jdc 7 3 ex contextu: *abiit, recessit* (GSV). [ar. (c. metathesi) *ṣarafa* 1 avertit, dimisit, 7 discessit (Urlaub nehmen)] [1]

▲ צִפֹּר v. צִפּוֹר.

צְפַרְדֵּעַ, f. sg. coll. Ex 8 2. Ps 78 45, pl. צְפַרְדְּעִים Ex 7 27-29. 8 1. 3-9. Ps 105 30 *ranae*; nomen primitus genericum ranarum et bufonum (ut ar. *ḍofdaʿ*); cf. Delitzsch, Psalmen[5] 527; de plagis ranarum referunt etiam Athen. (8, 6, 333), D. Sic. (3, 30), Aelian. (Nat. anim. 17, 41), App. (Illyr. 4), Iustin. (15, 2, 1), Plin. (8, 29, 104). †

▲ צִפֹּרָה *Sephora*, uxor Moysis Ex 2 21. 4 25. 18 2. †

צִפֹּרֶן, pl. sfx. צִפָּרְנֶיהָ: 1) *unguis* digitorum Dt 21 12 (עָשָׂה 9 b). — 2) *cuspis* acuta stili scriptorii Jr 17 1. [ar. *ẓifr, ẓufr*, a/s. טְפַרָא unguis] †

צֶפֶת 2 Ch 3 15 suprema pars columnae, *capitellum*. [[2] צָפָה, tegmen] [1]

▲ צְפַת *Sephaath* Jdc 1 17 = חָרְמָה q. v. Cf. Abel II 456.

▲ צְפָתָה (var. צְפַתָה cf. BH[3]) *Sephata*, vallis prope Maresa 2 Ch 14 9; sed G κατὰ βορρᾶν = צָפוֹנָה (N versus), prob. recte (cf. ZDPV 56 [1933] 255). [1]

▲ צִקְלַג, 1 Ch 4 30. 12 1. 21 צִיקְלַג, i. p. et 2 S 1 1 צִקְלָג, *Siceleg*, urbs in Negeb Jos 15 31, Simeonitis attributa Jos 19 5. 1 Ch 4 30, Philisthaeis subiecta 1 S 27 6, deinde regibus Iuda 1 S 30 1. 14. 26. 2 S 1 1. 4 10. 1 Ch 12 1. 21, post exsilium a Iudaeis habitata Neh 11 28; sec. aliquos Ḫ. Zuḥeilîqa, ca 18 km ESE a Ġazze (cf. QSt 1878, 12 s; JPOS 4 [1924] 157); sec. recentiores: Tell el-Ḫuwêlfe, 19 km NNE a Bersabee (cf. JPOS 15 [1935] 318 s). †

צִקְלוֹן* (an ק?), sfx. צִקְלֹנוֹ 2 R 4 42 *pera*. [cf. ar. *ṣaqal* latus ventris; ergone 'pera a latere pendens'?] [1]

[1] צַר, צָר (*sarr), f. צָרָה: 1) adi. *angustus*: locus etc. Nu 22 26. 2 R 6 1 (מִן nimis ang. pro...). Is 49 20 (לְ). Job 41 7 (sigillum 'arcte stringens'). Pr 23 27; 'ut fluvius coangu-

status' (eoque impetuose fluens) Is 59 19 (v. comment.); *angustum, exiguum* est robur alcs Pr 24 10. — 2) subst. *angustia,* praesertim *status eius qui coangustatur seu angitur* ab hostibus, variis periculis, infortuniis: צַר וּמְצוּקָה Job 15 24 : Ps 119 143; לְעֶת־צָר Job 38 23; מִפִּי־צָר 36 16 = מִיַּד־צָר Ps 107 2 = מִצַּר 32 7; בַּצַּר Is 26 16. Ps 4 2; בְּצַר רוּחִי Job 7 11: 1 S 2 32. Is 5 30 (iunge חֹשֶׁךְ צַר). 30 20 (gen. epexeg.); masoretae legi iubent בַּצַּר־לִי (לְךָ, לָהֶם, לוֹ) 'in angustia mea (ets.)' = quando in periculo sum, fui, ero (הַצַּר־לִי = צָרִי) Dt 4 30. Is 25 4. Ps 18 7. 66 14. 107 6, item בְּיוֹם צַר־לִי Ps 59 17. 102 3, (probabilius e mente auctorum legendus est [a verbo צרר] inf. בְּצֹר לִי ἐν τῷ θλίβεσθαί με et בְּיוֹם צֹר לִי); cum הָ rhytmico (cf. J. 93 i) מְצָרָה לִי 'ex periculo meo' Jon 2 3. [[1]צרר]

[2]צַר, c. art. הַצָּר (Nu 10 9 צָ), pl. צָרִים, צָרַי: *adversarius, hostis*: in bello Gn 14 20. Jos 5 13. Ps 3 2. 44 6 al. 1 Ch 12 17, vel alias 2 S 24 13. Job 6 23. 16 9. Esr 4 1. Neh 4 5 al.; sg. collect. Ps 44 11. 60 13. 74 10 al.; Dei adversarii Is 26 11. 59 18. 64 1. Jr 46 10. Na 1 2. Ps 78 66. 97 3. [ar. *ḍarra* nocuit alci, aeth. *taḍarrara* infenso animo fuit]

[3]צַר Is 5 28 = צֹר *silex.* [1]

צֹר, צוּר, pl. צֻרִים: *silex acutus,* pro cultro usurpatus Ex 4 25. Jos 5 2 s, durissimus Ez 3 9; metaph. *acies* gladii Ps 89 44. [ar. *ẓirr* id.] †

▲ צֹר et rarius צוֹר, *Tyrus* (G Τύρος), urbs Phoenicum maritima 2 S 5 11. 1 R 5 15. 7 13. 9 11 s. Is 23 1. 5. 15. 17. Jr 27 3. 47 4. Ez 26 2-4. 7. 15. 27 2 s. 8 (?). 32. 28 2. 12. 29 18. Os 9 13 (sed frt. lgd. c. G Θήρα = צַיִד). Joel 4 4. Am 1 9 s. Zch 9 2 s. Ps 45 13. 83 8. 87 4. 1 Ch 14 1. 2 Ch 2 2. 10; מִבְצַר צֹר *moenia Tyri* 2 S 24 7 et עִיר מִבְצַר־צֹר *civitas munitissima Tyrus* Jos 19 29 (pro עִיר G^B πηγή = עַיִן); n. gent. צֹרִי *Tyrius* 1 R 7 14. 2 Ch 2 13, pl. צֹרִים Esr 3 7. Neh 13 16 (cf. s. v. צִדֹנִים). 1 Ch 22 4; aeg. Ḏar(a) (Müller, AE 185), acc. Ṣurru (K. B. I 108; II 42. 148. 238; AmKn 77 15. 89 11 al. (p. 384. 422 al. 1164); ap. Str. XVI 2, 23 s, Plin. V 19, 76 et al. distinguuntur Tyrus insula et Palaetyrus sita in terra (cui respondet in K. B. II 90 Ušû); hodie Ṣûr in angulo N urbis olim insulae, et Tell Rašidîje prope Râs el-ʿAin (= Palaetyrus; cf. Jos 19 29 G^B) ca 6 km S a Ṣûr. Cf. ZDPV 30 (1907) 52-4; Döller Stud. z. III. IV. Kön. (1904) 113-5; Reallex. d. Vorgesch. XIII, 516-519; Galling, BRL 526 ss; Abel II 488 s. †

▲ צֵר *Ser,* urbs in Nephthali Jos 19 35; sec. Talm. hier. (Megilla 1, 1) urbs prope Kaphar Ḥaṭṭija, frt. Madon prope Qarn Ḥaṭṭîn, 19 km NNW a Tiberiade (cf. Neubauer, Géogr. du Talm. 207; Abel II 457. 372); sed G^{AB}: τῶν Τυρίων Τύρος vid. legisse צֹר (cf. On. 164 17; Am Kn 201 4 [p. 732. 1294] Ziri-Bašani). Sec. Alt (ZAW 45 [1927] 72 n. 2 repetitio corrupta vv. 29 a β. 28 b. [1]

צרב Ni. pf. נִצְרְבוּ: *ictus, (ad)ustus est* ets.: facies igne 'adurentur' Ez 21 3. [ar. 'icere' (*ḍaraba*) dicitur homo caedens, frigus vel calor nocens, scorpio pungens, etc.] Deriv. צָרָב, צָרֶבֶת. [1]

צָרָב* (forma *qaṭṭal,* J. 88 H a), f. צָרֶבֶת, adi.: *urens* Pr 16 27. [1]

צָרֶבֶת (*qaṭṭal-t,* J. 88 H a) subst., st. c.: *ictus, ustura* ets.; *residuum seu cicatrix* ulceris Lv 13 23, usturae 28. †

▲ [הַ]צְּרֵדָה *Sareda,* patria regis Ieroboam I 1 R 11 26 (G^B [ἐκ τῆς] Σαρειρα, G^A Σαριδα, et 12 24 G Σαρειρα ἐν ὄρει Εφραϊμ); prob. = Dêr Ġassâne (ca 4 km NE ab ʿAbûd), prope quam exstat fons ʿAin Ṣerêda et W. Ṣerêda; cf. BASOR 11 (1923) 5 s; 35 (1929) 6 s; 49 (1933) 26 ss; ZDPV 53 (1930) 140 s; PJB 24 (1928) 69; Abel II 457. [1]

▲ צְרֵדָתָה v. s. v. צָרְתָן.

¹צָרָה, צָרַת, sfx. צָרָתִי, pl. צָרוֹת (fem. adii ¹צַר, substantive): *angustia, afflictio, res adversae, periculum* ets., sg. Gn 42 21 b. 1 S 26 24. 2 S 4 9. Ps 22 12 al., pl. Dt 31 17. 1 S 10 19. Ps 25 22 al.; saepe בְּיוֹם צָרָה Na 1 7. Ps 20 2. 50 15 al., בְּיוֹם צָרָתִי ets. Gn 35 3. Ps 77 3, בְּעֵת צָרַתְכֶם Jdc 10 14: Is 33 2. Ps 37 39 al., בַּצָּרָה Ps 81 8, בְּצָרוֹת 31 8. 46 2 (ad 9 10. 10 1 cf. subst. בַּצָּרָה); בַּצָּרָתָה לִּי Ps 120 1 (cf. J. 93 i j); ad Zch 10 11 v. comment.

²צָרָה *adversaria, rivalis* 1 S 1 6. Sir 37 11. [²צַר] †

‡ ³צָרָה *clamor, gemitus* G (|| קוֹל) Jr 4 31 (JBL 55, 105) [ar. *ṣarra* vociferatus est], an. lgd. צָרָה [צָרַח]? ¹

▲ צְרוּיָה et 2 S 14 1. 16 10 צְרֻיָה, *Sarvia*, soror David, mater Ioab 1 S 26 6. 2 S 2 13. 18. 3 39. 8 16. 14 1. 16 9 s. 17 25. 18 2. 19 22 s. 21 17. 23 18. 37. 1 R 1 7. 2 5. 22. 1 Ch 2 16. 11 6. 39. 18 12 (?). 15. 26 28. 27 24. †

▲ צְרוּעָה *Sarva*, mater Ieroboam I regis 1 R 11 26 (cf. G Σαριρα. G^B 12 24 b Σαρεισα); v. comm. ¹

¹צְרוֹר, pl. ־וֹת: alqd ligatum; *sacculus, folliculus, crumena, marsupium* [ar. *ṣurra*ʰ] Gn 42 35 bis. Ag 1 6. Pr 7 20. 26 8; *folliculus* plenus resinae myrrhinae Ct 1 13; idea sacculi, in quo res tuto servatur, etiam subest metaphoris 1 S 25 29. Job 14 17. ¹צרר] †

²צְרוֹר *lapillus* 2 S 17 13, item Am 9 9 (alii *granum frumenti*), cf. Mél. 5, 281 s. [cf. צֹר.] †

▲ צְרוֹר *Seror*, unus ex maioribus Saul 1 S 9 1 (v. comm.). ¹

‡ צרח *, ptc. צֹרֵחַ: *clamavit* desperabundus So 1 14.— Hi. ipf. יַצְרִיחַ: *clamorem edidit* bellator pugnax Is 42 13. [ass. *ṣarâḫu*, ar. aeth. *ṣaraḫa*, a/s. צָרַח] †

▲ צֳרִי v. s. v. צֹר.

צֳרִי (וּצְרִי Gn 37 25, וָצֳרִי Ez 27 17) ῥητίνη, *resīna*, aroma palaestinense ac galaadense ad curanda vulnera utile Jr 8 22. 46 11. 51 8, quod exportabatur in Aegyptum Gn 37 25. 43 11 et Tyrum Ez 27 17; indicari videtur mastix quam praebet Pistacia lentiscus Linné (ar. *ḍirw*), et sucus arboris cognatae Pistacia terebinthus Linné. Cf. LB III 754-7; ZAW 58 (1941) 232-4: צרי = resina pistaciae muticae. †

▲ צְרִי v. יִצְרִי n. 1.

▲ צְרִיָה v. צְרוּיָה.

צְרִיחַ, pl. ־ִים, Jdc 9 46. 49. 1 S 13 6: ex contextu *locus qui tempore belli suffugio est*, 1 S aliquid ab antris, rupibus, cisternis diversum, Jdc locus tutus in templo vel iuxta ex materia combustibili; ergo prob. *conclave secretum*. [cf. ar. *ḍaraḥa* excavavit, *ḍarîḥ* fossa, sepulcrum, aeth. *ṣerḥ* cubiculum abditum interius.] Cf. ZAW 50 (1932] 306; JBL 55 (1936) 104. †

× צָרִיךְ *egenus* Sir 31 4, *indigens*, לְ alcs 13 6 (v. l.). 42 21; צ' אַתָּה 'indiges, tibi necessarium est' 32 7. †

× צֹרֶךְ, צוֹרֶךְ: *necessitas, indigentia* 2 Ch 2 15: Sir 8 9. 13 6. 38 1. 42 21 (v. l.); *egestas* 10 26. 12 5; *id quod alci est necessarium* 32 2. 37 8; (אֵין) צ' בְּ (non) *est opus aliquo* 15 12. 38 12. [ar. *ḍaruka* pauper, miser est, a/s. צָרַךְ]

צרע Q. ptc. pass. צָרוּעַ *leprā affectus, leprosus* Lv 13 44 s. 14 3. 22 4. Nu 5 2.— Pu. ptc. מְצֹרָע, f. מְצֹרַעַת, id. Lv 14 2. Nu 12 10. 2 S 3 29. 2 R 5 1 al., add. כַּשָּׁלֶג Ex 4 6 (manus). Nu 12 10 a (Maria). 2 R 5 27; subst^e הַמְּצֹרָע τὸ λεπρόν 2 R 5 11. [vb. deriv. a צָרַעַת]

צִרְעָה σφηκία, *crabro* (*frelon, Hornisse, hornet*), sg. coll. Ex 23 28. Dt 7 20. Jos 24 12 (cf. Sap 12 8): Vespa crabro Linné, Vespa vulgaris Linné, etc. Cf. Keller, Die antike Tierwelt II (1913) 431-5. †

▲ צָרְעָה *Saraa* et Jos 15 33. 19 41 *Sarea*, urbs in Šephela Iuda Danitis attributa, patria Samson Jos 15 33. 19 41. Jdc 13 2. 25.

16 31. 18 2. 8. 11. Neh 11 29. 2 Ch 11 10; n. gent. צָרְעִי *Sarai* 1 Ch 2 54, צָרְעָתִי *Saraitae* 2 53, *Sarathi* 4 2; sec. On. 156 15 ss Σαραά 10 mil. pass. N ab Eleutheropoli Nicopolim versus; hodie Ṣarʿa 7·8 km a Nicopoli; Am Kn 273 21 (p. 840. 1328): Ṣarḫa. Cf. Guérin, Jud. II 15-7; ZDPV 30 (1907) 50 s; RB 17 (1908) 516. †

▲ צָרְעִי, צָרְעָתִי v. s. v. צָרְעָה.

צָרַ֫עַת (cf. J. 88 H a), sfx. צָרַעְתּוֹ: 1) *lepra* Lv 13 2-59. 14 3-57 (28ies). Dt 24 8 2 R 5 3 6 s. 27; נֶגַע (הַ)צ׳ ‘plaga leprae’ Lv 13 2 s. 9 al., c. gen. partis leprā affectae צָ׳ הָרֹאשׁ 13 30 : 43; de ortu leprae dic. זָרַח 2 Ch 26 19, פָּרַח Lv 13 12. 42. — 2) metonym. *a*) *lepra* vestium, i. e. maculae foedae ortae ex putrefactione vel ex lana animalium aegrotorum Lv 13 47. 49. 51 s. 59. 14 55; — *b*) *lepra* domuum, maculae apparentes quando nitrum e muris efflorescit, Lv 14 34. 44. 55; v. Realia 572. [cf. ar. *ṣuriʿa* prostratus est (epilepticus).]

צרף: Q. pf. צָרַף etc., ipf. אֶצְרֹף etc., ipr. ener. צָרְפָה Ps 26 2 q, ptc. צֹרֵף (sfx. צוֹרְפָם), pass. צָרוּף: 1) *liquavit* metallum, *igne liquatum purgavit* metallum a scoriis: c. acc. metalli Zch 13 9 b. Ps 66 10 b, c. acc. scoriarum Is 1 25; כֶּסֶף צָרוּף ‘argentum purgatum’, purum Ps 12 7; de ptcº act. vide art. prox.— 2) metaph.: *a*) *experimento probavit,* ut optimos seligeret, milites Jdc 7 4; — *b*) *explorativ, probavit, purgavit* alqm Deus Is 48 10. Jr 6 29. 9 6. Zch 13 19 a. Ps 66 10 a. 105 19 (probavit, rectum invenit). Dn 11 35; Ds *probat, explorat* alqm ut appareat qualis sit Ps 17 3. 26 2; — צָרוּף ab omni scoria (imperfectione sermonis humani) *purum, verum, sanctum, fide dignum* est verbum Dei Ps 18 (2 S 22) 31. 119 140. Pr 30 5. — **Pi.** ptc. מְצָרֵף *liquator, aurifex* Mal 3 2 (G lg. מַצְרֵף); = Q. 2 *mundavit* Mal 3 3.— **Ni.** ipf. יִצָּרְפוּ *mundabuntur* μ Dn 12 10.

[ass. *ṣurrupu* purgare, *ṣarpu* argentum, ar. *ṣirf* merum (vinum)] Deriv. צֹרֵף, מַצְרֵף.

צֹרֵף, צוֹ׳: *conflator, argentarius* Jdc 17 4. Is 40 19. 41 7. 46 6. Jr 10 9. 14. 51 17. Pr 25 4, pl. Neh 3 8 (lgd. c. S בֶּן־הַ״). 32 ‘argentariorum societas’ (Perles, Anal. 78 *collybistae, Geldwechsler,* ex nh. צָרַף ‘commutavit’ pecuniam, v. Levy IV 221 a); ad הַצֹּרְפִי Neh 3 31 adde ם (ita plerique).

(הַ)צֹּרְפִי Neh 3 31: cf. art. praeced., in fine.

▲ צָרְפַת, loc. צָרְפָ֫תָה 1 R 17 9 s (var. צָרְפָתָה, צָרְפַ֫תָה), *Sarephta* et Abd 20 *Sarepta,* urbs Phoenicum in finibus Sidonis 1 R 17 9 s. Abd 20; aeg. *Ḏrpt* (Müller, AE 184), ass. Ṣariptu (K. B. II 90), hodie Ṣarafand, ca 13 km SSW a Sidone in promontorio Râs Ṣarafand. Cf. Guérin, Gal. II 478-82; Döller, Stud. z. III. IV. Kön. (1904) 226-8; Dussaud, Top. de la Syrie 42. †

[1] צרר Q. 1) ut vb. transit.: pf. צָרַר, ipr. צוֹר Is 8 16, inf. c. (כִּ)צְרוֹר (cf. J. 82 k), ptc. צֹרֵר, pass. צָרוּר: *a*) *constrinxit, in–, convolvit* rem asservandam, c. בְּ (in, ad) Ex 12 34. 1 S 25 29. Job 26 8. Pr 30 4; *constringit, implicat* eos ventus alis suis Os 4 19; — hinc *b*) *velut involutum, bene servatum est* alqd, ne oblivioni detur Os 13 12; ‘bene conserva’ rem revelatam Is 8 16; — *c*) *inclusum servavit* alqm 2 S 20 3. — 2) ut vb. intrans.: pf. צַר, f. צָרָה, ipf. יֵצַר, יֵצֶר, וַיֵּצֶר, וַתֵּצֶר, 2 sg. f. תֵּצְרִי, pl. יֵצְרוּ (ex analogia יֵדַע, יֵדְעוּ): *a*) constructio dir.: (*nimis*) *arcta seu angusta est* res: stragulum lecti Is 28 20 (proverb.); gressus alcs *sunt nimis breves, impediti,* unde cursus lentior Job 18 7 (cf. opp., gressus lati = cursus velox Ps 18 37). Pr 4 12; תֵּצְרִי מִיּוֹשֵׁב ‘angustior eris propter (multos) incolas’, urbs Is 49 19; — *b*) constructio indirecta צַר־לִי, ipf. יֵצֶר לוֹ, וַיֵּצֶר לוֹ, וַתֵּצֶר לְ: *angustum est mihi* (*ei*...) = *timore angor, coarctor, in periculo sum* ets. Gn 32 8. Jdc 2 15. 10 9. 11 7. 1 S 13 6. 28 15. 30 6. 2 S 13 2

(amore deperibat, לְ adeo ut). 24 14. Ps 31 10. 69 18. Job 20 22. Thr 1 20, *contristor* עַל 2 S 1 26; huc referendi videntur loci בצר־לי (TM בַּצַּר־לִי), ביום צר לי (TM בְּיוֹם צַר־לִי), legendi c. inf. constr. בְּיוֹם צֹר לִי, בְּצֹר לִי (quos v. in ¹צַר fin.). — Pu. ptc. מְצֹרָר: *constrictus*, i. e. *sarcitus et refectus* uter vinarius Jos 9 4. — Hi. pf. הֵצַר, וְהֵצַרֹתִי, ipf. יָצֵר (1 R 8 37), narr. וַיָּצֶר, וַיָּצַר, inf. c. הָצֵר, ptc. f. מְצֵרָה: *fecit ut angustia esset* alicui (לְ), *angustiavit, pressit* alqm hostis bello, obsidione ets. Dt 28 52. 1 R 8 37. Neh 9 27. 2 Ch 6 28. 28 20 (in 28 22. 33 12 prob. lgd. Ho. הֻצַר־לוֹ); *in angustias redegit* alqm Deus Jr 10 18. So 1 17; — ptc. f. מְצֵרָה Jr 48 41. 49 22 melius pro vb. denom. habetur = *quae dolores* צִירִים *experitur.* [ass. *ṣarâru* opprimere, ar. *ṣarra* constrinxit et ligavit (crumenam), 3 coegit, 8 angustus fuit, sy. *ṣarr* colligavit, vinxit, inclusit] Deriv. ¹צַר, ¹צָרָה, צְרוֹר, מֵצַר. †

²צרר Q. pf. צָ־ר, צָרְרוּ, (וְצַרֹתִי frt. lgd. Ex 23 22), c. sfx. צְרָרוּנִי, ipf. יָצֹר, inf. (לִ)צְרֹר Lv 18 18, inf. a. צָרוֹר, ptc. צֹרֵר, צוֹ(ו)רֵר: 1) *adversatus est, afflixit, vexavit* alqm, c. acc. Nu 10 9. 25 17. 33 55. Am 5 12. Ps 7 5. 143 12, c. dat. Nu 25 18; saepe ptc. c. sfx° obi° *adversarius, hostis* Ex 23 22. Ps 6 8. 7 7. 10 5 al., c. acc. Est 3 10. 8 1 al., Dei adversarii Ps 8 3. 74 4. 23. — 2) *malignā zelotypiā aemulatus (-ata) est* rivalem Lv 18 18 (לְ ita ut). Is 11 13 a (an צֹרְרִים* || קִנְאָה hîc ‘ aemulatio ’? cf. עֲנוּשִׁים Mél. 4, 9). [ar. *ḍarra* nocuit, aeth. *ḍarara* II 1, III 3 hostili animo fuit] Deriv. ²צַר, ²צָרָה.

▲ צְרֵרָתָה Jdc 7 22 v. s. v. צָרְתָן.

▲ צֶרֶת *Sereth*, unus ex posteris Iuda 1 Ch 4 7. [1]

▲ צֶרֶת הַשַּׁחַר *Sarathasar*, urbs in Ruben Jos 13 19; frt. ez-Zâra fere 7 km S ab ostio W. Zerqâ Ma'în; ibidem thermae Ḥammâm ez-Zâra (cf. Abel II 457 s, qui comparat *Ṣir Šaḥar* inscriptionis Ramses III); aliter Noth, B. Josua (1938) 51 s: Ḥ. Libb ca 12 km S a Madaba (cf. Musil, Ar. Petr. I [1907] 126). [1]

▲ צָרְתָן *Sarthan* urbs vel regio N a Iericho ad Iordanem e regione אָדָם (q. v.) Jos 3 16. 1 R 4 12 (v. comm.). 7 46 (|| 2 Ch 4 17 ubi legitur צְרֵדָתָה); prob. etiam Jdc 7 22 loco צְרֵרָתָה (ca 20 mss צְרֵדָתָה) lgd. צָרְתָנָה. De situ disputatur (cf. Döller, Stud. zu III. IV. Kön. 65 s); sec. plerosque = Qarn Ṣarṭabe ca 27 km N a Iericho (cf. Abel II 450 s); sec. Guthe = Tell el-Mezâr ad W. Fâr'a (= byz. Κορέαι); cf. BhZAW 41 (1925) 96-108; sec. Albright = Tell Slêḥât, N a W. Kefrinǧî (cf. RB 20 [1911] 416); cf. AASOR 6 (1926) 47; JPOS 5 (1925) 26. 32 s. †

ק

קֵא*, sfx. קֵאוֹ: *id quod evomitum est* Pr 26 11. [קיא] [1]

קָאַת Is 34 11. So 2 14, c. art. הַקָּאַת Lv 11 18. Dt 14 17, st. c. קְאַת Ps 102 7: avis immunda, in locis desertis degens; *pelecanus* (ut verti solet) huic descriptioni satis convenit (Post in Hastings III 738); de eo v. Realia 401; JThSt 22, 382 s; AJSL 33, 62. †

קַב *cabus*, mensura aridorum, sec. IFl Ant. 9, 4, 4 = sextarius, 2·18 litra, sec. rabbinos continet 24 ova gallinacea, 2 R 6 25; cf. LB III 164. [1]

קבב (= ²נקב): Q. pf. c. sfx. קַבֹּה (= קַבּוֹ) Nu 23 8, קַבֹּתוֹ 27, ipr. c. sfx. irreg. קָבְנוֹ (= קָבְנוּ?) 23 13, ipr. en. קָבָה־לִּי (= קָבָה לִי) 22 11. 17, inf. c. קֹב 23 11. 24 10 et (pro inf. a.) 23 25; for-

mae aramaizantes vel ad ²נָקַב referendae (J. 82 h): ipf. c. sfx. יִקְּבֻהוּ Job 3 8. Pr 11 26. 24 24, narr. וַיִּקֹּב Lv 24 11, וָאֶקּוֹב Job 5 3: *maledixit, exsecratus est* alqm Pr 11 26. 24 24 et in locis supra ex Pentateucho citatis, exceptis his duobus: Nu 23 8 *maledixit* alqm Deus, Lv 24 11 *maledixit* (= in ira litigans et alicui maledicens pronuntiavit) nomen Iahve; alqs *maledicit* nocti infaustae Job 3 8; in Job 5 3 verte ‘ sed mox dicere debui sub maledicto esse domum eius ’ vel lege וַיִּרְקַב (= misere periit). [cf. ar. *qabba* litigans vociferatus est, tigrè *qababa* despexit.]

קֵבָה G ἔνυστρον, i. e. ultima, quarta, pars stomachi pecudum ruminantium Dt 18 3. ¹

קֹבָה*, sfx. קֳבָתָהּ Nu 25 8, prob. *venter inferior* mulieris, G μήτρα, V *loca genitalia.* ¹

קֻבָּה Nu 25 8 prob. *camera, cella* (G κάμινος fornax, S cella, V lupanar). [ar. *qubbaʰ* camera arcuata, tabernaculum, etc.] ¹

קִבּוּץ*, pl. c. sfx. קִבּוּצַיִךְ Is 57 13 *ii quos,* vel *ea quae tibi congregasti,* dii vel idola; cf. ZSem 10, 316. [קבץ] ¹

קְבוּרָה, st. c. קְבֻ(ו)רַת: 1) *sepultura*; קְ׳ חֲמוֹר ‘ sep., qualem asinus sortiri solet ’ Jr 22 19.— 2) *locus sepulturae* Gn 35 20. 47 30. Dt 34 6 al.; בִּשְׂדֵה הַקְּ׳ ‘ in campo sito iuxta locum sepulturae ’ 2 Ch 26 23. [קבר]

קבל ×Pi. קִבֵּל, ipf. יְקַבֵּל, ipr. קַבֵּל: id quod coram est vel datur vel offertur *accepit, acceptavit*: 1) rem traditam seu oblatam *accepit, sumpsit* Esr 8 30. 2 Ch 29 16. 22: Sir 31 3, alqd ex pluribus ad optionem oblatis 1 Ch 21 11; alqm qui se offert, *admisit* 1 Ch 12 19.— 2) alqd oblatum *acceptavit* Job 2 10. Pr 19 20; ‘ non acceptavit ’ (= recusavit) Est 4 4. — 3) alqd *in se suscepit in perpetuum observandum* Est 9 23. 27. — Hi. ptc. מַקְבִּיל: *ex adverso stat* res rei (אֶל) Ex 26 5. 36 12, adversatur alci (אֶל) Sir 12 5. [ar. *qubl* latus anterius, *qabala* ex adverso stat; ar. *qabila,* a/s. קַבֵּל accepit] Deriv. seq. †

קֹבֶל*, sfx. קָבְלוֹ (v. l. קֳבָלוֹ, קֻבְּלוֹ etc. *qobol*[*l*]*ô,* v. BL p. 582, Kö. II 68 c): *aliquid ante seu ex adverso positum, machina bellica* ad moenia destruenda Ez 26 9.— קָבָל־עָם (qobol-ʿām) 2 R 15 10 alii vertunt *coram* populo (SV ‘ palam ’), alii cum G pro n. pr. loci habent, v. infra. [קבל] †

▲ קִבְלְעָם, BH³ קָבָל־עָם, al. קָבָל־עָם, 2 R 15 10 Gᴮ Κεβλααμ, Gᴸ ἐν Ιεβλααμ, prb. recte; v. יִבְלְעָם et comm. ¹

קָבַע, pf. c. sfx. קְבַעֲנוּךָ, ipf. יִקְבַּע, ptc. pl. קֹבְעִים, c. sfx. קֹבְעֵיהֶם: *dolo defraudavit, privavit* alqm (acc.) Mal 3 8 s. Pr 22 23 b, add. acc. rei alteri subtractae Mal 3 8 (decimas et donarium). Pr 22 23 a (‘ privabit defraudatores eorum vitā ’). [cf. ar. *qabaʿa* subtrahit et abscondit caput suum avis sub plumas colli, ericius sub spinas suas, homo sub collare vestis suae.] †

קֻבַּעַת st. c. Is 51 17. 22: vel *calix* (GT; כּוֹס glossa?) [cf. ar. *qubʿaʰ* calix floris, *qaʿb* poculum ligneum; v. ap. GB], vel *fundus* (V), i. e. residuum vini in fundo calicis [cf. ar. *qabaʿa* aliis euntibus remansit], vel *haustus* [ar. *qabaʿa* ex utre inclinato bibit]. †

קָבַץ, ipf. יִקְבֹּץ, ipr. קְבֹץ, inf. c. sfx. קָבְצִי etc.: *collegit*: 1) *coacervavit* res: frumentum etc. Gn 41 35. 48. Dt 13 17, opes, divitias Pr 13 11. 28 8; cor malevoli ‘ colligit sibi iniquitatem ’, cogitationes malignas Ps 41 7.— 2) *congregavit*: populum 1 S 7 5. 1 R 18 19 s. 2 R 10 18. Esr 7 28 al., milites Jdc 12 4. 1 S 28 1. 29 1. 2 R 6 24 al., puellas Est 2 3, multos simul puniendos Ez 22 19 s. So 3 8. — Ni. נִקְבְּצוּ, ipf. יִקָּבְצוּ (sg. Ez 29 5), ipr. הִקָּבְצוּ, inf. הִקָּבֵץ, ptc. נִקְבָּצִים: *collecti sunt*; 1) *ad unum locum conductae sunt* victimae immolandae Is 60 7, puellae Est 2 8. 19; sg. de cadavere *condendo* Ez 29 5 (v. l. לֹא תִקָּבֵר). — 2) *ad unum locum convenerunt,* sua sponte

vel vocati: a) bestiae Is 34 15. Ez 39 17; — b) homines Gn 49 2. 1 S 7 6. 25 1. Is 43 9. 45 20 al. Os 2 2. Joel 4 11 (lege ipr. הִקָּבְצוּ). Ps 102 23. Esr 10 1. 7. 9. Neh 4 14; seq. אֶל Jr 40 15. 1 Ch 11 1. 13 2, עַל 'ad' 2 Ch 13 7; sensu hostili 1 S 28 4, אֶל (pro עַל) Jos 10 6. — **Pi.** קִבֵּץ*, f. קִבָּצָה (qameṣ indicat legi posse Pu. קֻבָּצָה) Mi 1 7, ipf. יְקַבֵּץ, inf. קַבֵּץ, ptc. מְקַבֵּץ: 1) *collegit* idola ets. Mi 1 7, animalia Is 34 16, vinum (i. e. uvas) 62 9, aquam 22 9. — 2) *convocavit, congregavit,* praesertim dispersos: Is 11 12. 13 14. 56 8. 66 18. Jr 29 14. Ez 11 17. 20 34 al.; 'te, semen tuum' ets. Dt 30 3 s. Is 43 5. 54 7. Jr 23 3. Ez 28 25 al.; puniendos Os 8 10 (?). Joel 4 2. — 3) notiones secundariae: a) brachio *benigne complexus est* pastor agnellos Is 40 11; redeuntem, venientem *suscepit* Is 54 7. Os 9 6; — b) *minuit, amisit* facies *ruborem, palluit* Joel 2 6. Na 2 11. — **Pu.** ptc. f. מְקֻבֶּצֶת: *collectus est* ex multis populis Ez 38 8: Mi 1 7 VS lg. קֻבְּצוּ *collecta sunt*. — **Htp.** pf., ipr. pl. הִתְקַבְּצוּ, ipf. יִתְ׳: *congregati sunt* ets. Jdc 9 47. 1 S 7 7. 8 4. Is 44 11. Jr 49 14, add. יַחְדָו Jos 9 2; seq. אֶל *se aggregaverunt* alci 1 S 22 2, אַחֲרֵי duce alqo convenerunt 2 S 2 25. [ar. *qabaḍa* manum contraxit, manu prehendit] Deriv. קִבּוּץ, קְבֻצָה.

▲ קַבְצְאֵל et Neh 11 25 יְקַבְצְאֵל, *Cabseel,* urbs in Negeb Iuda Jos 15 21. 2 S 23 20. Neh 11 25. 1 Ch 11 22, sec. Abel II 89 = Ḫ. Ḥôra, ca 16 km NE a Bersabee. †

קְבֻצָה*, st. c. Ez 22 20: *congestio* plurium rerum in uno vase. [1]

▲ קִבְצַיִם Jos 21 22 v. יָקְמְעָם et יָקְנְעָם.

קָבַר, ipf. יִקְבֹּר etc. *sepelivit* Gn 23 4 ss. 25 9 et saepe; c. בְּ loci Gn 47 30. Jos 24 32, שָׁם Gn 48 7. Nu 11 34; c. אֶל (*sepeliendum transtulit ad...*) Gn 49 29. Ez 39 15, שָׁמָּה Gn 23 13. 49 31; in 2 Ch 33 20 lgd. בְּגַן־בֵּיתוֹ (GS, cf. 2 R 21 18). — Q. pass. pf. קֻבַּר Gn 25 10. — Ni. ipf. יִקָּבֵר: *sepultus est* Gn 15 15. 35 8. 19. Nu 20 1. Dt 10 6 al. saepe.

Pi. ipf. c. sfx. תְּקַבְּרֵם, inf. קַבֵּר: *sepelivit* (omn. locis agitur de sepeliendis multis) Nu 33 4. 1 R 11 15. Jr 14 16. Ez 39 14 s. Os 9 6. [ass. a/s. aeth. item] Deriv. קֶבֶר, קְבוּרָה.

קֶבֶר (קָ), sfx. קִבְרִי (Or. קְ׳), pl. קְבָרִים, קִבְרֵי et קְבָרוֹת, קִבְרוֹת: *sepulcrum*, varie, a) locus ubi alqs sepultus iacet Nu 19 16. 18. 2 S 3 32. 4 12. 1 R 13 31 al.; 'in sepulcro patris' sepeliri dicuntur alqi Jdc 8 32. 16 31. 2 S 2 32. 17 23 (19 38 'et matris'). 21 14, 'sep. patrum' 1 R 13 22; plur. = 'sepulcretum, coemeterium' Job 17 1. 21 32. Neh 3 16 (Davidis). 2 Ch 35 24, 'sepulcretum regum' 2 Ch 21 20. 24 25. 28 27: 32 33; קִ׳ (קְ׳) בְּנֵי הָעָם 'sepulcretum plebeiorum' 2 R 23 6. Jr 26 23; — b) locus ad sepeliendum alqm praedestinatus Gn 50 5. Ex 14 11. 1 R 13 30. 2 R 22 20. Is 22 16. 2 Ch 16 14 al.; אֲחֻזַּת קֶבֶר 'possessio sepulcri, sepulcrum hereditarium' Gn 23 4. 9 al.; — בּוֹא אֶל־קֶ׳ 1 R 14 13. Job 5 26, מָצָא קֶ׳ Job 3 22, שֹׁכְבֵי־קֶ׳ Ps 88 6; יָשַׁב בַּקְּבָרִים usus superstitiosus Is 65 4; 'mater mea esset sepulcrum m.', in utero mortuus essem Jr 20 17; קֶ׳ פָּתוּחַ 'sepulcrum apertum', paratum suscipere in dies nova cadavera, est imago rei letiferae, pharetrae sagittarum plenae Jr 5 16, linguae malitiosae Ps 5 10 (cf. 140 4. Jac 3 8).

▲ קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה et Nu 33 16 s. Dt 9 22 קִבְרֹת הַ׳, *Sepulcra concupiscentiae,* statio Israelitarum tridui itinere a deserto Sinai Cades versus Nu 11 34 s. 33 16 s. Dt 9 22 (explicatio nominis Nu 11 34); frt. Erwês el-Ebêrig ca 45 km NE a G. Mûsâ in W. Saʿal. Cf. Palmer, Wüstenwanderung (1876) 199-201. 241. 396. 401; Ubach, El Sinaí (1913) 259-61; RB 22 (1913) 432-438. †

▲ קִבְרַת רָחֵל v. s. v. ▲ רָחֵל.

קדד Q. narr. (J. 82 h) וַיִּקֹּד, וָאֶקֹּד, וַיִּקְּדוּ: se prostraturus *in genua procubuit, se pro-*

funde inclinavit (semper sequitur הִשְׁתַּחֲוָה): coram rege 1 S 24 9. 1 R 1 16. 31, Saul viso Samuele 1 S 28 14, Balaam viso angelo Nu 22 31, plebs coram Dno Neh 8 6. 1 Ch 29 20. 2 Ch 29 30; signum grati erga Dm animi, re laeta audita vel nuntiata Gn 24 26. 48. 43 28. Ex 4 31. 12 27. 34 8. 2 Ch 20 18. [ass. *qadâdu*] †

קִדָּה Ex 30 24. Ez 27 19 *casia* (ita V in Ex), cortex aromaticus arboris indicae ex ordine Lauracearum, quam recentiores Cinnamomum Cassia (Nees) Blume vel Laurus Cassia Linné appellant. Aliae versiones veterum ἶρις G (Ex, Ez om.), σπαρτίον Aq in Ez, στακτή Sym V in Ez. †

▲ קְדוּמִים Jdc 5 21: נַחַל ק' *torrens Cadumim,* G^B (χειμάρρους) ἀρχαίων, G^A καδησειμ, Aq καυσώνων (καύσων = קָדִים q. v.), Thdt καδησιμ, Sym ἁγίων (קְדֹשִׁים) φάραγξ. Sec. Lagrange frt. נַחַל קָדֵשׁ (cf. קָדֵשׁ n. 3 = Tell Abû Qudês); sec. al. torrens קִישׁוֹן (q. v.); cf. comm. et Bib 27 (1946) 205.[1]

(אֶל־ראשׁ), רָעָה תַּחַת טוֹבָה 'malum pro bono' 1 S 25 21. Pr 17 13; seq. בְּ 'id quod respondet (operi), pro merito' 2 S 22 (|| Ps 18) 21. 25. Os 12 3. Pr 24 12. 29; seq. accus. operis remunerandi aut puniendi Gn 50 15. Jdc 9 56. 57 (בְּרֹאשָׁם). 1 S 25 39 (בְּרֹאשׁוֹ). 26 23. 2 S 16 8 (עַל). 1 R 2 32. 44. Ps 54 7 q. 79 12. 116 12; — e) effatum, promissum, minas *retractavit, irritavit* Nu 23 20. Am 1 3. 6 ss. Est 8 5. 8; — f) iram *recedere fecit, sedavit, placavit*: iram alcs Pr 15 1. 29 8, suam Ps 78 38. Job 9 13; iram Dei ab alqo *avertit* Nu 25 11. Pr 24 18 (מֵעַל), Jr 18 20. Esr 10 14 (מִן), Ps 106 23 (מֵהַשְׁחִית a delendo); — g) *retraxit, retinuit* manum (eam non extendens) Ez 20 22, c. מִן 18 8. 17; — h) *extendit, vertit, direxit* (oblitterata notione τοῦ "re") manum Is 1 25. Ps 81 15, manum ad rem (occupandam) 2 S 8 3 (בְּ). Ez 38 12 (עַל, אֶל); — i) הֵשִׁיב דָּבָר rettulit sermonem, *reddidit rationem = respondit* Is 41 28. Ez 9 11. Pr 18 13; c. acc. eius cui respondetur seu cui ratio redditur: הֲשִׁיבֵנִי דָּבָר 'renuntia, responde mihi' Gn 37 14. Nu 13 26. 22 8. Dt 1 22. 25. Jos 14 7. 22 32. 1 S 17 30. 2 S 3 11. 1 R 2 30. 12 6. 9. 16. 20 9. 2 R 22 9. 20. Pr 27 11. 2 Ch 10 9. 34 16. 28; מָה־אָשִׁיב (אֶת־)שֹׁלְחִי דָּבָר 'quid respondeam ei qui me misit?' 2 S 24 13. 1 Ch 21 12; c. dat. 2 Ch 10 6; omisso דָּבָר, simpl. הֵשִׁיב c. acc. pers. *respondere alci* Job 13 22. 20 2. 32 14. 33 5. 32 (praemisso מָה quid? 31 14. 40 4); — הֵשִׁיב respondit, c. acc. rei responsae Job 35 4. Pr 22 21. 24 26. 26 16. Hab 2 1 (מָה). Neh 6 4 (talia). — **3)** intransitive (cf. 2 a b): *se retraxit, se avertit, recessit, destitit* a re Ez 14 6 a. 18 30. 32. Ps 85 4 (מִן). Ez 21 35 (אֶל).

Ho. pf. הוּשַׁב, ipf. יוּשַׁב, ptc. מוּשָׁב: 1) *redire iussus est*: constructio impers. c. acc. obi. (J. 128 b) Ex 10 8. — 2) res *reportatur* Jr 27 16 (מִן), *restituitur* Gn 42 28. 43 12. Nu 5 8, Jerusalem *restauratur* (sic est potius pass. Q. ad Q. 5) Is 44 26 (GSV l. תּוּשַׁבִי 'habitaberis'). [ar. *tâba* revenit, 4 retribuit, a/s. תָּב revenit, conversus est] Deriv. שְׁבוּת, שׁוֹבָב, תְּשׁוּבָה, מְשׁוּבָה, שִׁיבָה, שׁוּבָה, שׁוֹבֵב.

▲ שׁוּבָאֵל v. שְׁבוּאֵל n. 1 et 2.

שׁוֹבָב *se avertens, apostata, rebellis* Is 57 17, pl. Jr 3 14. 22. (Cf. דּוּמָם, עוֹלָל, שׁוֹלָל). [שׁוב] †

▲ שׁוֹבָב *Sobab* et 1 Ch 14 4 *Sobad*: 1) filius David 2 S 5 14. 1 Ch 3 5. 14 4. — 2) Iudaeus filius Caleb 1 Ch 2 18. †

שׁוֹבֵב adi. vel ptc. Po. omisso מְ: id. ac שׁוֹבָב, Mi 2 4 sg. coll. 'adversarii' (recentes l. לְשׁוֹבֵינוּ 'iis qui nos capiunt'); fem. שׁוֹבֵבָה *infidelis, perfida* Jr 31 22. 49 4. [שׁוב] †

╫ שׁוּבָה *reversio* ad Deum, *conversio* Is 30 15. [שׁוב] [1]

▲ שׁוֹבַךְ *Sobach,* dux militum sub Adarezer rege Aram-Ṣoba 2 S 10 16. 18 = שׁוֹפַךְ 1 Ch 19 16. 18. †

▲ שׁוֹבָל *Sobal*: 1) filius Seir, dux (stirps) Horraeorum Gn 36 20. 23. 29. 1 Ch 1 38. 40. — 2) Iudaeus de stirpe Caleb 1 Ch 2 50. 52. 4 1 s. †

▲ שׁוֹבֵק *Sobec,* princeps populi Neh 10 25. [1]

שָׁוָה, ipf. אֶשְׁוֶה, יִשְׁוּ, ptc. שֹׁוֶה: *par, aequus fuit* Is 40 25, לוֹ 'ei' Pr 26 4; c. בְּ rei quam alqd (non) *aequat* 3 15. 8 11: Est 7 4 ('non aequivalet'); — *par, aequum est, decet,* c. לְ pers. Est 3 8; totum hoc אֵינֶנּוּ שֹׁוֶה לִי 'mihi non sufficit' 5 13. — Ni. pf. 3 f. (pro נִשְׁתְּוָה) lgd. נִשְׁוְתָה *aequalis est* Pr 27 15. — ╫ **Pi.** 3 שִׁוָּה, 1 שִׁוִּיתִי, ipf. יְשַׁוֶּה, ptc. מְשַׁוֶּה: 1) *aequum fecit, aequavit*: a) *complanavit* superficiem agri Is 28 25; *sedavit* animum Ps 131 2, abs. tranquillus sustinuit Is 38 13 (V קִוִּיתִי, T שִׁוַּעְתִּי); — b) *aequales* (aeque veloces) *fecit* pedes meos cervinis (כְּ) Ps 18 34; *aequum, meritum retribuit* Job 33 27 (lgd. loco Q.). — 2) in aequo situ (in transversum) posuit [sy. stravit], hinc = *posuit* [aram. שַׁוִּי] super alqm alqd: gloriam, diadema Ps 21 6. 89 20;

'ob oculos mihi posui Dnm' 16 8. — 3) vitis fructum יְשַׁוֶּה Os 10 1 'ponit = facit' an 'maturat' [aeth. *šawaja* maturescit]? — Hi. ipf. 1 אַשְׁוֶה, 2 pl. תַּשְׁווּ: *comparavit*, c. acc. et לְ Thr 2 13: Is 46 5. [ar. *sawwâ(j)* solum aequavit; pares fecit res, aram. שְׁוִי aequalis est] Deriv. seq. †

שָׁוֵה *planities* Gn 14 5. [שׁ־ה] ¹

▲ שָׁוֵה Gn 14 17: עֵמֶק שָׁוֵה *vallis Save* seu עֵמֶק הַמֶּלֶךְ *vallis regis* prope שָׁלֵם (Ierusalem), urbem Melchisedech. Cf. עֵמֶק הַמֶּלֶךְ ¹

▲ שָׁוֵה קִרְיָתַיִם v. s. v. קִרְיָתַיִם n. 1.

⫲ שׁוּחַ* Q. pf. שָׁחָה Ps 44 26, ipf. תָּשׁוּחַ Thr 3 20: proprie = *in lutum, arenam ets. proprio pondere demergitur* [ar. *sâḥa*, *ṯâḥa* (*û*)]; metaph. prae miseria et tristitia *deorsum fertur, concĭdit* animus Ps 44 26, add. לֶעָפָר Thr 3 20 q (melius k תָּשִׂיחַ meditatur). — Htpo. ipf. 2 f. תִּשְׁתּוֹחֲחִי *te sinis tristitiā deprimi* Ps 42 6. 12. 43 5. Cf. etiam שָׁחָה, שחח. Deriv. שׁוּחָה, שַׁחַת, שִׁיחָה.

▲ שׁוּחַ *Sue*, filius Abraham ex Cetura Gn 25 2. 1 Ch 1 32; ad gentem שׁוּחַ referri videtur n. gent. שׁוּחִי *Suhites* Job 2 11. 8 1. 42 9 et שֻׁחִי 18 1. 25 1; de situ cf. Dhorme in RB (1911) 106: in parte NW Arabiae; aliter Glaser, Geogr. Arabiens (1890) 446; Schiffer, Aramäer (1911) 100-4. †

⫲ שׁוּחָה *immersio*, 1) *fovea*, frt. caenosa, effossa ut praeda incidat et immergatur Jr 18 20. 22 q; metaph. *occasio ruinae* Pr 22 14. 23 27. — 2) desertum voc. אֶרֶץ שׁ' Jr 2 6, quia in levissima arena pes facile mergitur, aegre procedit (V invia, cf. Driver, JewQR n. S. 28, 98) [שׁוּחַ] †

▲ שׁוּחָה *Sua*, vir ex posteris Iuda 1 Ch 4 11, frater (an filius? cf. mss, 2 codd. or., G^BA^) Caleb (cf. G^BAVS^). ¹

▲ שׁוּחִי n. gent. v. s. v. ▲ שׁוּחַ.

▲ שׁוּחָם *Suham*, filius Dan Nu 26 42 = חֻשִׁים *Husim* Gn 46 23; n. patr. שׁוּחָמִי *Suhamitae* Nu 26 42 s.

▲ שׁוּחָמִי n. patr. v. s. v. שׁוּחָם.

¹ שׁוּט inf. et ipr. Q., pf. שָׁטוּ, ipf. וַיָּשֻׁטוּ: *circuivit* in (בְּ) regione, ut alqd videret vel quaereret, *perlustravit* Nu 11 8. 2 S 24 2. 8. Job 1 7. 2 2. — Polel ipf. יְשׁוֹטְטוּ (וּ), ipr. pl. שׁוֹטְטוּ, ptc. מְשׁוֹטְטִים, מְשֹׁטְטוֹת = Q. Am 8 12, c. בְּ loci Jr 5 1, oculi Dei terram Zch 4 10. 2 Ch 16 9; abs.: *perlustravit, perlegit* librum Dn 12 4. Sir 9 7. — Htpo. ipr. (sine metathesi!) הִתְשׁוֹטַטְנָה *circuite!* Jr 49 3. [ar. *šâṭa* circuivit (Caabam 7^ies^), longum iter fecit] Deriv. שַׁיִט, שַׁיִט, מָשׁוֹט. †

⫲ ²שׁוּט*: ptc. pl. שָׁטִים *remiges* Ez 27 8. 26. [denom. a שׁוֹט, 'flagellantes' mare, an a ¹שׁוּט?] †

³שׁוּט *contempsit, despexit* alqm [a/s.]; ptc. שָׁאט Ez 16 57. 28 24. 26 TM; melius ponuntur formae radicis שָׁאַט q. v. (cf. J., Bib 8, 57 s). †

⫲ שׁוֹט, pl. שׁוֹטִים: *flagellum* quo vapulant iumenta Na 3 2. Pr 26 3, homines 1 R 12 (2 Ch 10) 11. 14. Job 9 23: flag. Dei Is 10 26; metaph.: flag. linguae Job 5 21 (lgd. מִשּׁוֹט, c. GSV); — *irruens calamitas* שׁוֹט שׁוֹטֵף Is 28 15 q. 18. [²שׁוּט] †

⫲ שׁוֹל*: Htpo. pl. אֶשְׁתּוֹלְלוּ (pro 'ה), ptc. מִשְׁתּוֹלֵל: *mente turbatus est* Ps 76 6 (G ἐταράχθησαν, S); *pro amente habetur* iustus Is 59 15. [ar. *ṯâla*, *ṯawila* id.] — Cf. Bib 1929, 100; alii trahunt has formas ad שָׁלַל 2 b: *spoliati sunt* Ps 76 6, *spoliatus* Is 59 15. †

שׁוּלִים pl. ttm.: *infimus margo vestis defluentis* pontificis Ex 28 33 s. 39 24-26, Dei apparentis Is 6 1 (cf. Hehn, BZ 14, 15-24), mulieris Jr 13 22. 26. Na 3 5. Thr 1 9 (imago extremae contumeliae); cf. Geiger, Urschrift², 391. [Cf. ar. *sawila* laxus dependet venter] †

‡ ¹שׁוֹלָל *amens, delirans* Job 12 17 (||יְהוֹלֵל). 19. [שׁול; cfr. formas שׁוֹבָב, עוֹלָל]; sec. alios *spoliatus*. [שָׁלַל] †

‡ ²שׁוֹלָל q (k שׁילל) *spoliatus, pedibus nudis* Mi 1 8 (c. עָרוֹם). [שָׁלַל] [1]

▲ שׁוּלַמִּית *Sulamitis*, nomen sponsae Ct 7 1; sec. aliquos n. gent. = שׁוּנַמִּית (v. s. v. שׁוּנֵם; G^H Σουναμιτις); sed rectius nomen allegoricum (fem. nom. שְׁלֹמֹה): "pacem habens" (frt. lgd. c. ca. 50 mss^Ken שְׁלֹמִית (q. v.). Cf. H. H. Rowley in AmJournSem Lang 56 (1939) 84-91. [1]

שׁוּם*, pl. שׁוּמִים Nu 11 5 *allia*, G σκόρ(ο)δα, Allium sativum Linné (Knoblauch, ail, garlic). De allii cultura cf. Hdt. 2, 125; Plin. 19, 6, 101 ss; 36, 12, 79; Theophr., Hist. pl. 7, 4, 7-12; Columella, De re rust. 11, 3; Wönig, Die Pflanzen im alten Aeg. (1886) 192-200. [ar. *ṯûmu*ⁿ, ass. *šûmu*] [1]

▲ שׁוֹמֵר *Somer*, Aserita 1 Ch 7 32 = שֶׁמֶר (i. p. שָׁמֶר) 7 34. †

▲ שׁוּנִי (n. pr. et patr.) *Suni, Sunitae*, stirps Gaditarum Gn 46 16. Nu 26 15. †

▲ שׁוּנֵם *Sunam* et Jos 19 18 *Sunem*, urbs in Issachar Jos 19 18. 1 S 28 4. 2 R 4 8; n. gent. שׁוּנַמִּי*, f. שׁוּנַמִּית *Sunamitis* 1 R 1 3. 15. 2 17. 2 R 4 12. 25 et שֻׁנַמִּית 1 R 2 21 s. 2 R 4 36; aeg. Šan(a)ma (MVaG 12 [1907] 16, n. 38); Amarna 250 43 (Knudtzon 804. 1311): Šunama; sec. Onom. 158 11 s Σουλήμ 5 mil. pass. S a monte Thabor; hodie Sôlem ca 6 km N a Zer'în. Cf. SWP, Mem. II 87; Abel II 470 s. — Cf. s. v. שׁוּלַמִּית. †

‡ שׁוע*: Pi. שִׁוַּע, ipf. יְשַׁוַּע, inf. c. sfx. שַׁוְּעִי (Ps 5 3 ו): aliquis in miseria constitutus *clamoribus auxilium imploravit* abs. Jon 2 3. Hab 1 2. Ps 5 3. 72 12. 119 147. Job 19 7 al. Thr 3 8; Deum appellans: אֶל Ps 18 7. 22 25. Job 30 20. 38 41 (corvuli), עַל Ps 18 42. [frt. vb. deriv. a clamore שׁוּעַ salva! cuius reliquiae in nn. propriis occurrunt: pf. אֱלִי[שָׁע Deus meus] salvavit, ipr. אֲבִי[שׁוּעַ Pater mi] salva!, שֻׁעַ [יְהוֹ Iahve] salva!, opt. [יְהוֹ]יְשַׁע (propter accentus privationem pro יֵשַׁע) salvet Iahve!]

‡ שׁוֹעַ *amplus = locuples, potens* Job 34 19 (opp. דַּל), sec. G etiam Ps 72 12. Job 29 12 lgd. מְשׁוֹעַ; i. q. *nobilis, grandis* Is 32 5. [ישׁע || ar. *wasi'a* vastus, amplus est; sec. Plin., Hist. nat. 18, 3, 3 locuples = loci, i. e. agri, plenus] †

▲ שׁוֹעַ gens Babyloniis foederata Ez 23 23 (V *tyrannos*); שׁוֹעַ Is 22 5 (V *magnificus*) videtur eandem gentem designare, sed v. comm.; ass. Sutû, brevius Sû gens et regio SE a Qutû (v. קוֹעַ) seu a Dijâla, affluente Tigridis orientali, versus Choaspen (Kerha). Cf. KB I 4. II 54. 62. 68. 72. Delitzsch, Paradies (1881) 233-7. †

‡ שׁוּעַ Job 30 24. 36 19 vox obscura et a plurimis addubitata; cf. comm. et König, Lehrg. II pag. 53²: Job 30 24 *clamor* (vel corr. in לֹא יְשׁוּעַ aut לֹא נוֹשָׁעַ), 36 19 *clamor* aut *auctoritas et pondus* (inter homines). [cf. שֵׁוַע et שׁוּעַ.] †

▲ שׁוּעַ *Sue*, socer Iuda, Chananaeus Gn 38 2. 12. 1 Ch 2 3. De 2 Ch 3 5 v. s. v. בַּת־שׁוּעַ †

▲ שׁוּעָא *Suaa*, filia Heber (v. חֶבֶר n. 1) Aseritae 1 Ch 7 32. [1]

שַׁוְעָה*, st. c. שַׁוְעַת etc.: *clamor* miserorum Ex 2 23. 1 S 5 12. 2 S 22 7. Jr 8 19. Ps 18 7. 34 16. 39 13. 40 2. 102 2. 145 19. Thr 3 56. Sir 51 9. [שׁוע] †

שׁוּעָל, pl. שׁוּעָלִים, 'שֻׁ: 1) *vulpes* Ez 13 4. Ps 63 11. Ct 2 15. Thr 5 8. Neh 3 35. — 2) *thos, canis aureus* (Schakal, chacal, jackal) Jdc 15 4 et frt. Ps 63 11. — *NB.* Vulpes in Syria frequens est. Canis aureus (Linné) Brisson ab India per Mesopotamiam, Persiam, Syriam, Arabiam, Asiam minorem

usque in Africam borealem et Graeciam propagatus est. [ass. *šêli(a)bu,* ar. *ṯaʿlab^un*, a/s. תַּעֲלָא] †

▲ שׁוּעָל *Sual*: 1) terra (אֶרֶץ) N a Machmas nec procul ab Ophra (v. עָפְרָה n. 1) 1 S 13 17. — 2) Aserita 1 Ch 7 36. — 3) v. חֲצַר שׁוּעָל. †

שֹׁ(וֹ)עֵר, pl. שֹׁ(וֹ)עֲרִים: πυλωρός, *portae custos, ianitor*: civitatis 2 S 18 26. 2 R 7 10 s, templi saepe in Esr Neh 1 et 2 Ch ut Esr 2 42. 7 7. 10 24. Neh 7 1. 10 29. 1 Ch 9 17. 21. 15 18. 2 Ch 8 14 al. [a שַׁעַר porta]

שׁוּף*, ipf. c. sfx. תְּשׁוּפֶנּוּ, יְשׁוּפְךָ, יְשׁוּפֵנִי: verbum de cuius vi nec veteres nec recentes satis conveniunt; שׁוּף dicitur serpens mulierem et haec (eius "semen") vicissim serpentem Gn 3 15, Ds hominem (in) procella Job 9 17, mera caligo hominem (nisi lgd. יְשׂוּכֵּנִי) Ps 139 11. Verbi syriaci *šûf* significatio *cubuit super...* pro Ps, altera *trivit, contrivit* pro Gn Job sat bene convenire videntur. [Cf. ass. *šâpu* pedibus conculcare et שָׁאַף 3. 4.] †

▲ שׁוֹפַךְ 1 Ch 19 16. 18 v. שׁוֹבַךְ.

▲ שׁוּפָמִי n. patr. a שְׁפוּפָם q. v. (cf. מֻפִּים).

▲ שׁוֹפָן v. עַטְרֹת שׁוֹפָן.

שׁוֹפָר, st. c. שׁוֹפַר, pl. שׁוֹפָרוֹת, שֹׁפְרוֹת etc. m.: *cornu quo clangitur* (cf. Jos 6 4), *bucina,* G κερατίνη, σάλπιγξ (Trompete, trompette, trumpet): Jdc 7 8-22. Is 58 1. 2 Ch 15 14; תָּקַע בַּשׁ׳ 'clangere bucinā' Jos 6 4. 8. Jdc 3 27 al. (pass. Is 27 13), תָּקַע שׁ׳ Is 18 3. Jr 4 5. Os 5 8. Joel 2 1 (pass. Am 3 6); הֶעֱבִיר שׁ׳ 'iussit tubam sonare per...' Lv 25 9; קוֹל שׁ׳ Ex 19 16. Jos 6 5, תֵּקַע שׁ׳ Ps 150 3; שׁ׳ (הַ)יּוֹבְלִים 'bucinae arietinae' sc. ex cornibus arietinis factae Jos 6 4. 6. 8. 13 (cf. יוֹבֵל); אֶל־חִכְּךָ שׁ׳ 'palato tuo applica buccinam!' clange! Os 8 1; — metonym. *bucinae clangor*: שׁוֹפָר וּתְרוּעָה So 1 16; בְּדֵי שׁ׳ 'quoties tuba clangit' Job 39 25. [prob. ab ass. *šapparu* = hircus quidam silvestris; ar. *sawâfiru* cornua arietina.]

ǂ שׁוּק Q. prob. = *ex-, ab-undavit.* — **Polel** ipf. וַתְּשֹׁקְקֶהָ *fecisti eam abundare* Ps 65 10 (G ἐμέθυσας; H irriga, velut a שׁקה Hi.). — **Hi.** pf. הֵשִׁיקוּ *abundanter praebent* torcularia vinum et oleum Joel 2 24, sine obiº 4 13. †

שׁוֹק, du. שֹׁקַיִם, שׁוֹקֵי, שׁוֹקָיו: *crus*; 1) animalis pedis posterioris pars suprema supra genu, carnosior [ar. *sâq* id. apud nomades, cf. Stumme-Socin, Diwan aus Centralarabien 1, 287], *crus, femur, clunis* (V armus, G βραχίων), pars ex carne victimae separanda et Deo sacerdotibusve reservanda Ex 29 22. 27. Lv 7 32 ss. 8 25 s. 9 21. 10 14 s. Nu 6 20. 18 18; in convivio cocta hospiti honorando reservatur 1 S 9 24. — 2) pariter in homine: *femur,* sedes roboris virilis Ps 147 10. Pr 26 7. Ct 5 15; id detegere mulier erubescit Is 47 2; alibi frt. per synecdochen *totus pes* a femore usque ad talum, Dt 28 35; Samson alqos percussit שׁוֹק עַל־יָרֵךְ 'crus supra femur' (cf. situm pueri vapulantis), dictio vulg. Jdc 15 8. †

שׁוּק, pl. שְׁוָקִים (J 96 A 1) urbis *via* (G ἀγορά, V platea, vicus) Pr 7 8. Ct 3 2. Ec 12 4 s. [ass. sûqu, a/s. שׁוּקָא, ar. *sûq^un* forum] †

ǂ ¹שׁוּר* ipf. 2 f. תָּשֻׁ(וּ)רִי: *iter fecit,* profectus est; explicari solet: Is 57 9 'profecta es ad regem [reges] cum oleo [afferens donum oleum]'; Ez 27 25 'naves maritimae itinera faciunt pro te (שָׁרוֹתַיִךְ ptc. f. pl. c. sfx., ad litt. 'sont tes voyageuses') cum mercibus tuis' (מ׳ pro בַּמ׳); Ct 4 8 c. מִן loci unde: 'proficiscere, descende, de...' (an ²שׁוּר?). [ass. *šâru,* ar. *sâra* (*î*) proficisci] †

ǂ ²שׁוּר*, ipf. יָשׁוּר, אֲשׁוּר, c. sfx. יְשׁוּר׳, אֲשׁוּר׳, ipr. שׁוּר: *vidit*; 1) *oculis conspexit* Nu 23 9. 24 17. Job 7 8. 17 15. 20 9. 24 15. 34 29. 35 14. — 2) *aspexit, intuitus est* 35 5. Ct 4 8 (an ¹שׁוּר?); *attendit, animadvertit* Os 14 9 ('ei prospiciam'). Job 33 14 (homo ad verba Dei 'non attendit'). 35 13 (Deus id [preces] 'non attendit'). — 3) *speculatur, oculis quaerit, insidiatur*: abs. Jr 5 26. Os 13 7. — *NB.* Pro

יָשֹׁר Job 33 27 recentes legendum censent יָשֵׁר 'cantat'; melius frt., collato ar. *'ašarra* divulgavit, notum fecit, יָשֵׁר (שׁרר Hi.). †

ꟸ ³שׁוּר* (?): שׁוּרָי Ps 92 12 'hostes mei' vid. esse mendum scripturae pro שֹׁרְרָי. [1]

ꟸ ⁴שׁוּר *murus* Gn 49 22. 2 S 22 30. Ps 18 30; בֵּין־שׁוּרֹתָם 'intra muros suos (aut: eorum)' Job 24 11; Jr 5 10 lgd. בְּשׁוּרֹתֶיהָ 'in muros eius'. [a/s. שׁוּרָא, ar. sûr id.] †

▲ שׁוּר, loc. שׁוּרָה, *Sur,* regio in termino NE Aegypti Gn 16 7. 20 1. 25 18. 1 S 15 7. 27 8; מִדְבַּר־שׁוּר Ex 15 22 (= מִדְבַּר אֵתָם Nu 33 8; v. s. v. אֵתָם) *desertum Sur* E ab Aegypto inferiore. Nomen habet a magno muro ab Aegyptiis contra nomades exstructo. Cf. Abel I 434. †

שׁוֹר, sfx. שׁוֹרְךָ, pl. שְׁוָרִים (Os 12 12) m.: *bos,* sine distinctione sexus aut aetatis, G βοῦς, μόσχος, ταῦρος, V *bos, taurus, vitulus*; v. gr. taurus Job 21 10 (vaccam gravidat), vacca Lv 22 28, vitulus 27; saepe memoratur ut commune iumentum domesticum cum asino, ove, capra: Gn 32 6. Ex 20 17. 21 33. 23 4 al., ad labores rurales adhibetur Dt 22 10. 25 4. Pr 14 4. Sir 25 8; ut victima offertur Lv 4 10. 9 4. 18 s. Nu 7 3. 15 11. 18 17. Dt 18 3. 2 S 6 13. Is 66 3. Ps 69 32 (שׁוֹר פָּר appositive 'bos iuvencus') al.; facies bovis Ez 1 10; Os 12 12 cum V lgd. לַשְּׁוָרִים (ל per haplogr. om.), cf. 1 R 12 28-32; metaphorā בְּכֹר שׁוֹרוֹ Dt 33 17 Ephraim, filius Ioseph, describi videtur. [ar. *ṯawr*, a/s. תּוֹרָא, *tawrā*, aeth. *sôr*]

ꟸ שׁוֹרֵר*, pl. sfx. שׁוֹרְרַי, ptc. Polel omisso מְ: ἐχθρός, H *insidiator* Ps 5 9. 27 11. 54 7. 56 3. [Cf. ²שׁוּר 3 et ar. *ṯâra* 1,3 = *sâra* 1,3 assiluit, impetum fecit, *šarra* 1 vituperavit, 3 adversatus est.] †

▲ שַׁוְשָׁא 1 Ch 18 16 v. שְׂרָיָה n. 1.

שׁוּשַׁן (שֻׁ), st. c. it. (sg. coll.), שׁוֹשַׁנָּה (nom. unit.), st. c. שׁוֹשַׁנַּת Ct 2 1, pl. שׁ(וֹ)שַׁנִּים: κρίνον, *lilium*: 1) flos "*lilium*": est sec. locos SScr flos odorifer Ct 5 13, in vallibus 2 1, in pascuis 2 16. 4 5, inter spinas quoque 2 2, iuxta fluenta aquarum Sir 50 8 et generatim in agris et campis (cf. Mt 6 28. Lc 12 27) crescens, formam habens calicis aperti quocum comparantur capitella columnarum et labium maris ahenei 1 R 7 19. 22. 26. 2 Ch 4 5; omnibus his indiciis respondet L i l i u m c a n d i d u m Linné, frequens in Libano sed etiam in Palaestina, saltem boreali (Fonck in LB II 964-6; Boissier, Fl. or. V 172 s. 756); tamen frt. in sermone vulgari nomine lilii complures species florum similium designatae sunt (anemone coronaria, gladiolus al.) et nonnullis locis satisfaciunt (cf. Vigouroux, D. B. I 574 s, IV 282-5; Hastings, Dict. of the Bible, s. v. Lily; sec. Ha-Reubéni, RBib 1947, 362-4, Mt 6 28 et Lc 12 27 est sermo de Anthemide, pâquerette). — 2) ornatus architectonicus in capitellis et mari aheneo, ll. supra cit. — 3) in titulis psalmorum 45 1. 60 1. 69 1. 80 1 שׁוּשַׁן, שׁ(וֹ)שַׁנִּים videntur indicare quaedam cantica, quae vel ab hisce vocibus incipiunt vel istos flores celebrant. †

▲ שׁוּשַׁן et Est 3 15 b. 8 15 שׁוּשָׁן, (3 15 b ed. Bomb. שׁוּשַׁן), *Susan,* urbs principalis Elam Est 1 2. 5. 2 3. 5. 8. 3 15 (bis). 8 14 s. 9 6. 11 s. Dn 8 2. Neh 1 1 (cf. בִּירָה n. 1); ad Choaspin fluvium (Hdt. 5, 49; Str. 15, 3, 4); ass. Šušan (KB II 182. 196. 198. 200 al.); hodie ruinae Šûš haud procul E a Kerḫa ca 30 km SSW a Dîzfûl. — N. gent. (aram.) שׁוּשַׁנְכָיֵא q. v. — Cf. Billerbeck, Susa (1893); Ebert, Lex. d. Vorgesch. XIII 142-144; Fr. W. König, Der Burgbau zu Susa: MVaG 35 (1930) I.

▲ שׁוּשַׁק k 1 R 14 25 v. שִׁישַׁק.

שׁות: v. שִׁית.

▲ שׁוּתֶלַח, i. p. שׁוּתָלַח, *Suthala*: 1) filius Ephraim Nu 26 35 s. 1 Ch 7 20; n. patr. [הַ]שֻּׁתַלְחִי Suthalaitae Nu 26 35. — 2) unus ex eius posteris 1 Ch 7 21 (sed v. comm.) †

שׁוּתָף *socius* Sir 41 18 in marg. [1]

✝ שָׁזַף*, c. sfx. שְׁזָפַתְנִי, שְׁזָפַתּוּ: *oculo, acri aspectu attigit,* i. e. 1) latentem, difficulter visibilem *assecutus est, conspexit* Job 20 9, *speculatus est* 28 7. — 2) sol alqm *acri aspectu* (*radio*) *icit, "decoloravit", atravit* Ct 1 6, ubi G παρέβλεψεν. Armen torvo oculo aspexit. [cf. ar. *šadafa* consecutus est, ʾ*ašdafa* obscuratur, *šazif* (sol) acer, acriter feriens, שָׁדַף] †

שׁזר: Ho. ptc. מָשְׁזָר ex compluribus filis *contortus* (pannus) (*gezwirnt, retors, twined*) Ex 39 24; vicies שֵׁשׁ מ׳ in Ex 26 1-28 15. 36 8-37. 38 9-39 29, V *byssus retorta,* G βύσσος κεκλωσμένη, bis νενησμένη. [ar. *šazara* sinistrorsum torsit, vel universim: *contorsit*]

✝ שַׁח *inclinatus, demissus*; שַׁח עֵינַיִם *qui* (*humiliter*) *demittit* oculos Job 22 19. [שׁחח] [1]

שָׁחַד*, ipf. 2 sg. f. וַתִּשְׁחֲדִי, ipr. pl. שִׁחֲדוּ: *munere spontaneo sibi conciliavit, allexit, placavit* alqm Ez 16 33. Job 6 22 ('eum, sc. oppressorem 23, mihi placate'); abs. Sir 35 14. [a/s. שְׁחַד; ar. *šaḥada* importunis precibus molestavit, *šakada* donavit] Deriv. seq.

שֹׁחַד *donum, munusculum* quo alqs (potens, iudex, princeps) praevenitur, ut datori faveat 1 R 15 19. 2 R 16 8. Ez 22 12. Pr 6 35. 17 8. 23. 21 14; בְּשֹׁחַד Is 45 13. Mi 3 11, עֵקֶב שׁ׳ Is 5 23 'pro munusculo'; אָהֳלֵי שׁ׳ tentoria acceptantium munuscula Job 15 34; acceptare munuscula passim vituperatur vel prohibetur Ex 23 8. Dt 10 17. 16 19. 27 25. 1 S 8 3. Is 1 23. 33 15. Ps 15 5. 26 10, cf. 2 Ch 19 7. †

שָׁחָה: ✝ Q. pf. שָׁ־ָה lgd. vid. Pr 2 18, ipr. f. שְׁחִי Is 51 23: *humi procubuit* alqs Is 51 23, frt. Job 38 40 lgd. יָשֹׁחוּ (Dr.); domus corruens Pr 2 18. — Hi. יַשְׁחֶנָּה *deprimit* maestitia cor Pr 12 25 (alii volunt יְשַׂחֶנָּה a שׂוּחַ vel שׂחח vel יְשִׂחֶנָּה 'eam eloquatur', a שִׂיחַ). — Frequenter usuvenit Hitpaʿlel (**hištaḥwaw*) הִשְׁתַּחֲוָה, 2 ־ִיתָ׳, 1 ־ִיתִי׳, 3 pl. הִשְׁתַּחֲווּ, 2 pl. ־ִיתֶם׳, ipf. יִשְׁתַּחֲוֶה etc., pl. יִשְׁתַּחֲווּ (ו׳), תִּשְׁתַּחֲוֶיןָ, 1 pl. נִשְׁתַּחֲוֶה; narr. (**wajjištaḥw*) וַיִּשְׁתַּחוּ (תְּ), iuss. 3 יִשְׁתַּחוּ; ipr. 2.f. הִשְׁתַּחֲוִי, pl. m. ־וּ׳; inf. הִשְׁתַּחֲוֹת, inf. aramaizans c. sfx. 1 sg. הִשְׁתַּחֲוָיָתִי (2 R 5 18, sed vide infra, NB.); ptc. מִשְׁתַּחֲוֶה, f. ־וָה׳, pl. m. ־וִים (ita lege etiam Ez 8 16): *veneraturus in terram se prostravit, "adoravit"*: abs. Gn 22 5. Ex 4 31. 12 27. Jdc 7 15 al., אֶל Is 45 14, עַל Lv 26 1, לִפְנֵי Gn 23 12. 1 S 1 19. Is 66 23. Ps 22 8 al.; passim additur אַרְצָה prostravit se 'in terram' Gn 18 2. 24 52. 2 R 4 37 al., אֶרֶץ 1 S 25 23, אַפַּיִם אַרְצָה (cf. J. 159 a) 'vultu ad terram (inclinato)' Gn 42 6. Neh 8 6. 1 Ch 21 21 (אַפַּיִם אֶרֶץ Is 49 23, אַפָּיו אַ־צָה 2 S 24 20; לְאַ׳ אַ׳ 18 28, עַל־אַ׳ אַ׳ 14 33 'prostravit se super faciem suam in terram'); prosternent se עַל־כַּפּוֹת רַגְלַיִךְ 'ad plantas pedum t.' Is 60 14; — locum ad quem versus prostratio fit indicat אֶל Ps 5 8. 138 2, לְ 99 5. 9. 132 7, לִפְנֵי 2 R 18 22 al.; — adorari perhibetur (vel iubetur) Deus Gn 24 26. Dt 26 10. 1 S 1 3 et passim, angelus Gn 19 1. Nu 22 31. Jos 5 14, rex, princeps 1 S 24 9. 2 S 1 2. 9 6 al., vir potens, honorabilis Gn 23 7. 12. 33 3. 7. 43 26. 1 S 25 23. 28 14. Ru 2 10 al., socer (sacerdos) Ex 18 7, mater 1 R 2 19; adorari vetantur vel perhibentur dii falsi eorumque simulacra Ex 23 24. 34 14. Lv 26 1. Nu 25 2. Dt 4 19. 8 19. Jdc 2 12. 2 R 17 16 al., etiam Dei simulacrum seu symbolum adorari nefas est Ex 20 5. 32 8 al.; sola corporalis prostratio sine mente idololatrica toleratur 2 R 5 18. (Praeter proph. min. [exc. Mi So Zch] Pr Ct Ec Thr Dn Esr verbum in omn. VTi libris occurrit). — *NB.* Gn 48 12 lgd. וַיִּ לוֹ אַפָּיו אַ׳; Ps 22 30 lgd. אַךְ־לוֹ יִשְׁ׳ 'solum ipsum adorent'; 2 R 5 18 lgd. בְּהִשְׁתַּחֲווֹתוֹ (GS). [el-Amarna *ištaḥiḥin* ets.;

cf. שׁוּחַ, שׁחח; ass. *šiḫu* in coeno se volvere; ug. *ḥwj* (Hištaph.) se inclinavit]

‡ **שְׁחוֹחַ** *depressio, humiliatio*; adv. *humiliter* Is 60 14. [שׁחח] [1]

▲ **שְׁחוֹר** v. שִׁיחוֹר.

‡ **שְׁחוֹר** aliquid eximie nigrum: G ἀσβόλη (fuligo) vel *carbo* (V; S vertit *šuḥrā,* quod utrumvis significat) Thr 4 8. [שׁחר] [1]

‡ **שְׁחוּת***, sfx. שְׁחוּתוֹ: prob. i. q. שַׁחַת *pernicies, fovea* Pr 28 10. [שׁחת] [1]

‡ **שׁחח**: Q. pf. 3 שַׁח, 1 שַׁחוֹתִי, pl. 3 שַׁחוּ, שָׁחֲחוּ (Job 9 13), ipf. יָשֹׁחַ, יָשֹׁחוּ, et (cf. J. 82 h de תמם) יִשַּׁח, תִּשַּׁח, יִשֹּׁחוּ (sec. alios ipf. Ni.): 1) *deorsum se demittit* seu *incurvat humi* leo ante saltum Ps 10 10 : Job 38 40; homo afflictus, tristis *se incurvat, curvato capite incedit* ets. Ps 35 14. 38 7, "adiutores Rahab" coram Iahve Job 9 13, mali coram bonis Pr 14 19, colles super quos Ds incedit Hab 3 6, superbus humiliatus Is 2 9. 5 15. — 2) ex prosperitate *in miseriam devenit* alqs Ps 107 39; *depressa est, debiliter sonat* vox loquentis Is 29 4, *debiles fiunt* cantatrices Ec 12 4. — **Hi.** הֵשַׁח *in humilem statum redegit* Ds alta moenia, ea demoliens Is 25 12, superbos 26 5. [cf. radices affines שׁוּחַ, שָׁחָה.] Deriv. שַׁח, שְׁחוֹחַ.

[1]**שָׁחַט**, ipf. יִשְׁחַט, ipr. pl. שַׁחֲטוּ; inf. abs. שָׁחוֹט, inf. c. שְׁחֹט (sfx. שַׁחֲטָם Ez 23 39), ptc. שֹׁחֵט, שָׁחוּט: 1) *iugulavit, mactavit a*) animal Gn 37 31. Lv 17 3. 22 28. 1 S 14 32. 34. Is 22 13; *b*) hominem Nu 14 16. Jdc 12 6. 1 R 18 40. 2 R 10 7. 14. 25 7. Is 57 5. Jr 9 7 k (part. act., *letifera* sagitta). 39 6. 41 7. 52 10. — 2) *mactavit, immolavit* victimam ad sacrificium destinatam Ex 12 6. 21. 29 11. 16. Lv (saepe) 1 5. 11. 3 2. 8. 13 al. Nu 19 3. 1 S 1 25. Is 66 3. Ez 40 39. 41 s. 44 11. Esr 6 20; hominem Gn 22 10. Ez 16 21. 23 39; 'non sacrificabis sanguinem victimae cum pane fermentato' Ex 34 25 (||זֶבַח 23 18); part. pass. Jr 9 7 q sagitta *letifera* (GH). — **Ni.** ipf. יִשָּׁחֵט: *iugulatur* animal Nu 11 22; victima Lv 6 18. [ar. *saḥaṭa* iugulavit] Deriv. שְׁחִיטָה.

[2]**שָׁחַט***, Q. ptc. pass. שָׁחוּט: *cudit, malleando diduxit*; aurum 'in laminas tenuissimas diductum' 1 R 10 16 s || 2 Ch 9 15 s, G ἐλατός; sagitta *acuta* Jr 9 7 q, ST [cf. שׁשׁח?] †

‡ **שַׁחֲטָה** Os 5 2: conamina de h. loco v. ap. Hoonacker, Hagen, alios; ex. gr.: inf. c. vel nomen verbale, *immolatio* victimarum illegitima; aut = שַׁחַת *fovea, corruptio*; Driver in JThSt 34, 40 lg. שַׁחַת הַשִּׁטִּים *stuprum* Sittim [ass. *šaḫâtu,* syr. *šaḥeṭ,* aeth. *saḥaṭa* violavit feminam], ets. [1]

× **שְׁחִיטָה***, c. שְׁחִיטַת: *mactatio* 2 Ch 30 17. [1]

שְׁחִין ἕλκος, *ulcus* 2 R 20 7. Is 38 21; coll. *ulcera* Ex 9 9-11. Lv 13 18-20. 23. Dt 28 27. 35. Job 2 7. [ass. *šaḫânu* calescere, ar. *saḫana,* a s. שָׁחַן calet, febri laborat] †

שָׁחִיס: *quae in agro sponte crescunt ex granis priore anno fortuito delapsis* Is 37 30 (Aq Thdt τὰ αὐτοφυῆ). [Cf. ar. *šaḥîs^un* dispersus, dissipatus] [1]

‡ **שְׁחִיתוֹת**, pl. ad שַׁחַת (cf. J. 99 f.): 1) *foveae* alci perdendo destinatae Ps 107 20. Thr 4 20. — 2) *actiones perversae* Sir 30 11 (cf. Dn 6 5). †

‡ **שַׁחַל** m. *leo* Os 5 14. 13 7. Ps 91 13 (sed GSH lg. *aspis,* frt. = זֹחֵל). Job 4 10. 10 16. 28 8. Pr 26 13. [Cf. ass. *šaḫâlu* clamare.] †

שְׁחֵלֶת ὄνυξ, *onyx* Ex 30 34 inter aromata ad suffitum sacrum adhibenda. Gesenius, Thes. 1388 b: "*onyx marinus* (Seenagel), *unguis odoratus,* nempe tegumen seu testa conchylii, tum in Indiae lacubus nardiferis, tum in Mari Rubro et ad litora totius Arabiae reperti, quae si comburitur, suavem odorem eumque castoreo similem spargit (M u r e x i n f l a t u s Lamarck, M. r a m o s u s Linné). Olim in officinis nostris vocabatur b l a t t a b y z a n t i a. Cf. Plin.

32, 9, 103; 11, 151, ac praesertim Dioscur., Mat. med. 2, 10; v. Fonck ap. Hagen, LB III 444 s. [1]

שַׁחַף (שְׁ) λάρος, *larus* (*Möve, mouette, gull*), avis immunda Lv 11 16. Dt 14 15. Ap. Tristram, FFP (1884) 135-8 enumerantur ex Laridis multae species palaestinenses ad tria potiss. genera pertinentes: Sterna, Hydrochelidon, Larus. Cf. Bochart, Hieroz. II 2, 18, ed. Rosenmüller III 1-4; Fonck ap. Hagen LB II 921. †

שַׁחֶפֶת *phtisis* morbus Lv 26 16. Dt 28 22 (G ἀπορία, V egestas). [ar. *suḥâfun* id.]

ꟷ שַׁחַץ *ferociens superbia, arrogantia* [nh.]; בְּנֵי שׁ׳ 'feroces beluae' Job 28 8. 41 26 (V filii institorum, f. superbiae). [aeth. *šeḥṣat* id.; ar. *šaḥaṣa* nimis alta fuit (vox loquentis, sagitta emissa), intumuit (vulnus)] †

▲ שַׁחֲצִים*, loc. שַׁחֲצִימָה q STV (k שַׁחֲצוּמָה) *Sehesima*, urbs in Issachar Jos 19 22; ex contextu inter montem Thabor et Iordanem. De situ cf. Abel II 439 s; Noth, D. Buch Jos. 88 s. [1]

שָׁחַק, ipf. 1 c. sfx. אֶשְׁחָקֵם: rem *in minimas particulas, in pulverem contudit* vel *contrivit*: aromata Ex 30 36, aqua lapides Job 14 19, hyperbol. inimicos 2 S 22 || Ps 18 43. [ar. *saḥaqa*, a/s. שָׁחַק id.] Deriv. seq. †

ꟷ [1]שַׁחַק *minimum granulum lapidis contusi*; שׁ׳ מֹאזְנַיִם 'granulum in libra', imago rei minimae ac nullius momenti Is 40 15, rei minimae non neglegendae Sir 42 4. [שָׁחַק] †

ꟷ [2]שַׁחַק Ps 89 7. 38, alias pl. שְׁחָקִים: *caelum* et quidem ut *altissimum, a tellure remotissimum*; summa altitudo est עַד־שׁ׳ Jr 51 9. Ps 36 6. 57 11. 108 5; עָבֵי שׁ׳ 'nubes caeli' 2 S 22 || Ps 18 12; parall. c. שָׁמַיִם Dt 33 26 (intellege רֹכֵב שׁ׳). Is 45 8. Ps 78 23. Job 35 5. 38 37 al.; porro Ps 68 35. 77 18. Job 36 28. 37 18. 21. Pr 3 20. 8 28. [Cf. ar. *saḥiqa* longe remotus est; *saḥîqun* procul remotus; v. ZKT 27, 592; RÉJuiv 1914, 113]. — *NB.* Cum haec vox saepius una cum שָׁמַיִם, caelum, recurrat, ad evitandas repetitiones varie a vrss redditur, puta G ῥοπή, παλαίωμα, οὐρανός, ἀήρ, νεφέλη, στερέωμα, pl. semel ἄστρον, V caelum, caeli, nubes, aër, aether. †

ꟷ [1]שָׁחַר*: Q. ptc. שֹׁחֵר (ptc. ad Pi., ut דֹּבֵר, כֹּזֵב ets.) rei *studiosus* Pr 11 27. — **Pi.** 3 sg. c. sfx. שִׁחֲרוֹ, 2 c. sfx. שִׁחַרְתַּנִי, 3 pl. שִׁחֲרוּ; ipf. 2 תְּשַׁחֵר, 1 c. sfx. אֲשַׁחֲרֶךָּ, 3 pl. c. sfx. יְשַׁחֲרֻנְנִי; ptc. st. c. pl. מְשַׁחֲרֵי, sfx. מְשַׁחֲרַי: primitus, ut vid., *primo mane alqm adeo, alqm* (*alqd*) *quaero*; dehinc 1) universim *sollicite, avide, studiose convenire desidero, quaero* alqm, sc. eius praesentia, favore, gratia frui volens: *a*) Deum Is 26 9 (||אִוָּה). Os 5 15. Ps 63 2. 78 34, c. אֶל Job 8 5; — Sapientiam Pr 1 28. 8 17 (resp. מצא); — *b*) hominem Job 7 21. Pr 7 15 (פָּנֶיךָ). Sir 6 36; qui filium suum amat שִׁחֲרוֹ מוּסָר 'mature eum adit cum disciplina', mature eum castigat Pr 13 24 (de 2 acc. J. 125 u). — 2) aliquid *avide appeto*; c. לְ rei Job 24 5. [שַׁחַר q. v.; ar. *'asḥara* diluculo venit; cf. similia verba Arabum *ġadâ* 1, 3 mane venit, *ṣabaḥa* 1, 2, 4 mane venit, et 'attendit', *râḥa* vespere venit, etc., quae vel cum acc. pers. vel. c. praepos. 'ad' construuntur.] †

ꟷ [2]שָׁחַר *nigret, nigrescit*: cutis Job 30 30 (add. מֵעָלָי a me sc. decidens). — **Hi.** ipf. יַשְׁחִיר *obtenebrat, contristat* vultum Sir 25 17. [sy. *šeḥar* nigrescit. *NB.* Complures radices ar. *sḥ(·)* (*sḥǵ, šḥf, sḥl, sḥj*) significant 'abrasit, deglupsit'; an sic Job 30 30 melius explicatur?] Deriv. שְׁחוֹר, שָׁחֹר, שְׁחַרְחֹר. †

שַׁחַר, sfx. שַׁחְרָהּ Is 47 11: *primum tempus matutinum, diluculum, prima lux matutina, aurora*: עָלָה הַשַּׁחַר 'mane illuxit' Gn 32 27: 19 15, עֲלוֹת הַשַּׁחַר 'ortus aurorae, diluculum':

c. praep. עַד Gn 32 25, בְּ vel כְּ Jos 6 15. Jdc 19 25. 1 S 9 26. Jon 4 7, מִן Neh 4 15; || בֹּקֶר Job 38 12; in comparatione ‘sicut (כְּ׳, כַּ׳, כְּמוֹ) aurora, aurorae instar’, sc. optatus et gaudiosus Is 58 8. Os 6 3 (sec. alios, tam certus et indubius), tam pulchra Ct 6 10, tam cito apparens lateque conspicuus Joel 2 2; בַּשַּׁחַר Os 10 15 in aurora = dum aera lucis incipere videtur (sec. alios = mox); aurora est finis caliginis et initium lucis, hinc ‘ingruet malum, cuius auroram (tempus quo a malo ad meliorem aetatem transibitur) non cognosces’ Is 47 11 [an est inf. Pi. (a-)vertere = ass. šaḫâru? ar. saḥara incantationibus fascinavit]; עֹשֵׂה שׁ׳ עֵיפָה Deus ‘facit auroram (valet eam mutare in) caliginem’ Am 4 13 [c. G et multis codd. hebr. legere praestat וְעִיפָה ‘facit auroram et caliginem’, prout sibi placet); אֲשֶׁר אֵין־לוֹ שׁ׳ ‘cui non est aurora’, i. e. spes lucis, felicitatis Is 8 20; — velut in personam sistitur Aurora: Aurorae alae Ps 139 9, palpebrae Job 3 9. 41 10; psaltes matutino carmine eam excitat Ps 57 9. 108 3; stella matutina voc. בֶּן־שׁ׳ Is 14 12; in titulo Ps 22 1 verba אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר ‘cerva matutina’ vid. indicare initium alcs cantici. [ar. saḥar mane, aurora] Deriv. ¹שָׁחַר, שַׁחֲרוּת, מִשְׁחָר. †

שָׁחֹר [*šaḥur, cf. אָדֹם, בָּרֹד ets.], pl. שְׁחֹרִים, f. שְׁחֹרָה, pl. שְׁחֹרוֹת: niger color capillorum Lv 13 31. 37. Zch 6 2. 6. Ct 5 11 (‘ut corvus’), faciei sole exustae 1 5. Deriv. ²שָׁחַר, שְׁחוֹר, שְׁחַרְחֹר, שַׁחֲרוּת (?). †

▲ שָׁחֹר v. שִׁיחוֹר.

× שַׁחֲרוּת Ec 11 10: adulescentis vel *vigor* velut *matutinus* [שַׁחַר] vel (T) *capillorum nigredo* [שָׁחֹר]. [1]

‡ שְׁחַרְחֹר*, f. שְׁחַרְחֹרֶת: *subniger, fuscus* facie Ct 1 6. [1]

▲ שְׁחַרְיָה *Sohoria*, Beniaminita 1 Ch 8 26. [1]

▲ שַׁחֲרַיִם *Saharaim*, Beniaminita 1 Ch 8 8 (v. comm.) [1]

שׁחת: Ni. נִשְׁחַת, ipf. 3 f. תִּשָּׁחֵת, ptc. נִשְׁחָת: pass. ad Pi. et Hi.: *corruptus, perditus est* 1) physice: *afflicta est* regio calamitate Ex 8 20 (lgd. וַתִּ׳); res *vitiata est* Jr 18 4, putredine *corrupta* 13 7. — 2) ethice: *corrupta est* perditis moribus hominum, terra Gn 6 11 s, actio Ez 20 44. — **Pi.** pf. שִׁחֵת (sfx. שִׁחֲתָהּ, שִׁחֶתְךָ), שִׁחַתָּ, שִׁחֲתוּ, שִׁחֲתוּ, ipr. pl. שַׁחֲתוּ, inf. שַׁחֵת (sfx. שַׁחֲתָהּ, שַׁחֶתְכֶם): *perdidit* 1) alqm, i. e. *interemit, interfecit*: Ds homines Gn 6 17. 9 15. Ez 5 16. 20 17, alqs alqm 2 S 1 14. 14 11 (abs. *stragem facere*). Jr 5 10, hostes, populum 2 R 19 12. Is 14 20. Os 11 9. 13 9 (text. corrupt.). — 2) aliquid *destruxit*: verbere oculum Ex 21 26, onanismo semen (שׁ׳ אַרְצָה sine obio) Gn 38 9, terram Gn 9 11. Jos 22 33. Jdc 6 5, urbem, moenia, arces Gn 13 10. 19 29. 2 S 24 16 (peste). Ez 22 30. 26 4. Thr 2 5 s, vineam Jr 12 10: Na 2 3. — 3) *perniciem attulit, inflixit* לְ alicui Nu 32 15. 1 S 23 10. — 4) ethice: a) *corrupit, violavit, neglexit* foedus Mal 2 8, misericordiam Am 1 11, sapientiam Ez 28 17; verba *perdidit, in cassum* locutus est Pr 23 8; passio hominem *corrumpit* Sir 6 4; — b) abs.: *perdite, perperam* egit Ex 32 7. Dt 9 12. Os 9 9. Sir 7 36, לוֹ erga eum Dt 32 5. — **Hi.** הִשְׁחִית, הִשְׁחִתִּי etc.; ipf. יַשְׁחִית, narr. וַיַּשְׁחֵת, iuss. 2 תַּשְׁחֵת; inf. הַשְׁחִית; ptc. מַשְׁחִית: *perdidit*, i. e. 1) alqm *perdidit, interfecit, in perniciem egit, miserum reddidit*: a) Deus hominem interimit Gn 6 13, impios, populum peccantem Dt 4 31. 10 10. 2 R 8 19. 13 23. Jr 13 14 al.; rex vel populus hostes Jdc 20 21. 25. Is 37 12. 51 13 al., alqs unum virum interfecit 1 S 26 9. 15; alqs seipsum perdit Pr 6 32; bestiae homini nocent Ps 78 45; — b) alqd *perdidit, destruxit, devastavit* alqd: imperium Jr 51 11. 20. Dn 11 17, regionem (bello), urbem Gn 19 13 s. 2 R 18 25. Is 36 10 al., arcem, murum Jr 6 5. Thr 2 8, arbores, fruges

Dt 20 19 s (tropice Jr 11 19). Jdc 6 4. Is 65 8, (mures) campos 1 S 6 5, vasa 2 Ch 36 19; alqs suam barbam *deformat* Lv 19 27; — *c*) abs.: *perniciem intulit* (cui, patet ex textu), destruxit Gn 18 28 b. 31 s. 2 S 20 15; אַל־תַּשְׁחֵת (ex Dt 9 26) 'ne perdas!' Ps 57 1. 58 1. 59 1. 75 1 inscribitur, quia his psalmis, ut regi et populo parcatur, orari videtur; — ptc. מַשְׁחִית *destructor*: ventus Jr 51 1, leo *rapax, vorax* Jr 2 30; alia v. s. 2 et s. v. מַשְׁחִית. — 2) ethice: *corrupit, sceleste peregit* vitam, actiones Gn 6 12. So 3 7. Ps 14 1. 53 2; abs. *perdite, sceleste egit* Dt 4 16. 31 29. Jdc 2 19 ('מִ peius quam). Ez 16 47. 2 Ch 26 16. Sir 5 15; ptc. *perditus, sceleratus* Is 1 4. Jr 6 28; mons, in quo Salomon idololatriam inauguraverat, 2 R 23 13 voc. הַר־הַמַּשְׁחִית: v. Hagen, Realia 282 s 'offensionis mons'. — Ho. ptc. מָשְׁחָת 1) *corruptus, vitiatus* fons Pr 25 26; *vitiosus*, et prob. (cf. Lv 22 24 s) *castratus* Mal 1 14 (an f. מָשְׁחַת **mošḥat-t* 'vitiatam'?). — Is 52 14 loco מִשְׁחַת lgd. vid. מָשְׁחָת *deturpatus, deformatus*. — 2) ethice: *corrupti sunt* Sir 9 8. [cf. ar. *saḥata* eradicavit, perdidit; ass. (Amarna) *šaḫâtu* cadit (urbs); aeth. dial. Hararī *šaḥata* putruit; sy. *šaḥet* dissipavit, delevit] Deriv. מַשְׁחִית, מִשְׁחָת, מָשְׁחָת, מִשְׁחַת, [1]שַׁחַת.

✝[1]שַׁחַת f. (sed Job 17 14?): *perditio* (passive), *pernicies, interitus*, et in specie *corruptio, putrefactio*; putredo cadaveris sepulti Job 17 14 (||vermes); alqm intingere in putrida 9 31 (G ἐν ῥύπῳ); לִרְאוֹת שׁ' 'experiri corruptionem' Ps 16 10 (GSH). 49 10 (GSH), cf. רָאָה 3. [שָׁחַת]

✝[2]שַׁחַת f. (sed Ps 94 13?): *demersio* et metonym. *locus demersionis, fovea* facta ut praeda incidat et mergatur Ez 19 4. 8. Ps 7 16. 9 16. 35 7. 94 13. Job 9 31. Pr 26 27 al.; de sepulcro בְּאֵר שׁ' Ps 55 24, בְּלִי שׁ' Is 38 17: Jon 2 7. [a שׁוּחַ ut נַחַת a נוּחַ]

שִׁטָּה (*spina*, πύξος) Is 41 19, pl. עֲצֵי שִׁטִּים (ξύλα ἄσηπτα, *ligna setim*) Ex 25 5. 10. 13. 23. 28. 26 15. 26. 27 1. 6. 30 1. 5. 35 7. 24. 36 20. 31. 37 1. 4. 10. 15. 25. 28. 38 1. 6. Dt 10 3; עַמּוּדֵי שִׁטִּים (*columnae de lignis setim*) Ex 26 32. 37. 36 36. Cf. Hier. ad Is 41 19. Joel 4 18. Mi 6 5 (PL 24, 422; 25, 986. 1208). His descriptionibus respondet spina aegyptiaca veterum (Hdt. 2, 96), acacia vera (fam. Leguminosae, subfam. Mimosoideae): A c a c i a a r a b i c a Willdenow, A c a c i a n i l o t i c a Delile, A c. t o r t i l i s Hayne, A c. S e y a l Delile, A c. F a r n e s i a n a Willdenow, A c. A l b i d a Delile. — Cf. Celsius, Hierobot. I 498-504; Boissier, Flora orient. II 655 s; Post, Flora of Syria[2] (1932) 442 s; Löw, Aram. Pfl. (1881) 197, n. 148; Hagen, LB III 989-91. (Praeterea v. ▲שִׁטִּים). †

▲שִׁטָּה v. בֵּית הַשִּׁטָּה.

שָׁטַח*, 3 pl. c. sfx. שְׁטָחוּם, narr. וַתִּשְׁטַח, inf. abs. שָׁטוֹחַ: 1) *pandit, extendit* rem in solo, ex. gr. siccandam: coturnicum carnes Nu 11 32, ptisanas 2 S 17 19, ossa occisorum (eos sivit insepultos) Jr 8 2. — 2) שֹׁטֵחַ לַגּוֹיִם Job 12 23 aut *sternit, planat* (sc. solum, viam) gentibus, aut *extendit* gentes (de לְ cf. J. 125 k), aut *prosternit* gentes (GV). — Pi. pf. 1 שִׁטַּחְתִּי: *extendit* manus, אֶל versus alqm Ps 88 10. [ar. *saṭaḥa* complanavit, pandit, *šaṭaḥa* 1 cecidit supinus, 2 prostravit alqm resupinum; a/s. שְׁטַח pandit, planavit; aeth. *saṭḥa* pandit] Deriv. מִשְׁטוֹחַ, מִשְׁטָח. †

שֹׁטֵט Jos 23 13 (G ἧλοι, S aculei, V offendiculum) a recentibus, collato שׁוֹט, *flagellum* vertitur; at, collato Nu 33 55, frt. lgd. שִׂכִּים *aculei, spinae* (J., Bib 9, 162).

▲שִׁטִּים: 1) אָבֵל הַשִּׁטִּים v. s. v. אָבֵל n. 2; de Os 5 2 v. שַׁחֲטָה et שֵׂטִים — 2) נַחַל הַשִּׁטִּים *torrens spinarum* Joel 4 18; frt. vallis Cedron (cf. Ez 47 1-12); vix Wâdi es-Sanṭ W a Bethlehem prope Bêt Nettîf; v. comm. †

שָׁטַף, c. sfx. שְׁטָפַתְנִי, שְׁטָפוּנִי, ipf. יִשְׁטֹ(וֹ)ף etc., יִשְׁטְפוּ, sfx. תִּשְׁטְפֵנִי, ptc. שֹׁ(וֹ)טֵף: 1) *abluit, eluit* manus Lv 15 11, currum 1 R 22 38; *abluit* sanguinem מֵעַל Ez 16 9. — 2) ‡' *a*) intrans.: *copiose, impetuose fluxit, inundavit, irruit* fluvius, imber, ets. Is 8 8. 28 2. 30 28. 66 12. Jr 47 2 a. Ez 13 11. 13. 38 22. Ps 78 20. 2 Ch 32 4, exercitus Dn 11 10. 26 (SV l. Ni. *abripietur*). 40, equus in pugnam (בַּמִּלְחָמָה) Jr 8 6, calamitas (שׁוֹט שֹׁטֵף) Is 28 15. 18; — *b*) transitive: *impetuose affluens* (α) *obruit* terram Jr 47 2 b, alqm Is 43 2. Ps 69 3. 16. 124 4; (β) *aufert, abripit* rem Is 28 17. Job 14 19. Ct 8 7; (γ) *adducit, affert* rem Is 10 22. — Q. pass. שֻׁטַּף: *eluitur* vas Lv 6 21. — Ni. ipf. יִשָּׁטֵף: 1) *abluitur* vas Lv 15 12. — 2) *impetu aufertur* exercitus Dn 11 22 (26 SV lg. Ni.). [aram. שְׁטַף inundavit, lavit; ass. *šaṭâfu* abundare; aeth. *saṭama* aquis obruit, ar. dial. *šaṭafa* lavit] Deriv. seq. †

שֶׁטֶף, bis 'שֵׁ: *impetus aquae copiose fluentis*; לְשֵׁ' מַיִם רַבִּים 'cum impetuose irruunt...' Ps 32 6; meton. *imber vehemens* Job 38 25; — metaph. *res impetuosa, violenta* (ira) Pr 27 4; *inundatio* calamitatum, hostium Dn 9 26, זְרֹעוֹת הַשֶּׁטֶף 'agmina inundationis' (quae irruerant) 11 22. †

שֹׁטֵר, שׁוֹטֵר, pl. שֹׁטְרִים, G γραμματεῖς (V variat), nomen variorum praefectorum, sc. virorum a suprema auctoritate ad hoc statutorum ut ceteris subditis praesint, invigilent, exsecutionem mandatorum dirigant et urgeant ets. et prob. omnium scriptim rationem reddant: in Aegypto operariorum hebraeorum *praefecti* seu *inspectores* hebraei Ex 5 6. 10. 14 s. 19; etiam in deserto erant populo tales *praefecti* Nu 11 16. Dt 1 15. 20 5. 8 s. 29 9. 31 28, sub Iosue Jos 1 10. 3 2. 8 33. 23 2. 24 1, in templo 1 Ch 23 4. 26 29. 27 1. 2 Ch 19 11. 26 11. 34 13, constituendi erant in urbibus Dt 16 18; — formicae 'שֹׁ non habent Pr 6 7. [ass. *šaṭâru*, ar. *saṭara* scripsit] †

▲ שִׁטְרַי k (q שִׁרְטַי) *Setrai,* custos armentorum sub David 1 Ch 27 29. [1]

‡ שַׁי, שָׁי *munus, donum honorificum* Deo Iahve a gentilibus eum agnoscentibus oblatum: יוֹבִילוּ שַׁי Ps 68 30. 76 12; יוּבַל־שַׁי Is 18 7. [incertae originis; ar. *šâ'a* (*î*) voluit, šaj'un res (alqd volitum, cupitum?)? *sawâ(j)* aequus fuit, cf. שָׁוָה, unde 'שַׁ 'res aequi valoris, munus summae dignitati aequum, congruum'? (ut כִּי a כָּוָה)] †

▲ שְׁיָא k 2 S 20 25 v. s. v. שְׂרָיָה n. 1.

▲ שִׁיאֹן *Seon,* urbs in Issachar Jos 19 19; sec. Onom. 158 13 s prope montem Thabor, frt. ʿAjûn eš-Šeʿaîn (Šaʿîn) 3 km NW a Dabûrije. Cf. Abel II 464. [1]

שִׁיבָה: 2 S 19 33 pro בְּשִׁיבָתוֹ lgd. בְּשִׁבְתּוֹ (GSV); Ps 126 1 pro (צִיּוֹן) שִׁיבַת lgd. שְׁבִית vel שְׁבוּת q. v. et versiones. †

‡ שִׁיה, ipf. apoc. 2 sg. m. תֶּשִׁי (cf. יְהִי, יֶהִי): *oblitus est, neglexit* Dt 32 18. [ar. *sahâ* id.] — *NB.* TM habet י minutum; prob. lgd. תִּשֶּׁה (a נָשָׁה) || שכח. [1]

▲ שִׁיזָא *Siza,* Rubenita tempore David 1 Ch 11 42. [1]

שִׁיחַ: cf. שׂוּחַ.

‡ שִׁיחָה, pl. שִׁיחוֹת: *fovea* Jr 18 22 k. Ps 57 7. 119 85, ubique c. verbo כָּרָה. [שׁוּחַ] †

▲ שִׁיחוֹר, שִׁחוֹר, שִׁחֹר: 1) שִׁיחוֹר *Sihor* et Jos 13 3 *fluvius turbidus,* rivus Aegypti Jos 13 3. 1 Ch 13 5; Nili inferioris pars vel canalis orientalis, vel frt. W. el-ʿArîš (= נַחַל מִצְרַיִם; v. מִצְרַיִם n. 7). — 2) שִׁחֹר *Nilus* Is 23 3, שִׁחוֹר (*aqua*) *turbida* Jr 2 18, fluvius Aegypti, i. e. Nilus; etym. *ši-ḥôr* 'lacus Hori' (cf. Köhler ZAW 54 [1936] 287-93). †

▲ שִׁיחוֹר לִבְנָת *Sihor et Labanath* (sec. SV Onom. [158 16 et 122 7] duo loca), fluvius Libnath in termino australi Aser Jos 19 26; prob. N. ez-Zerqâ seu Crocodilon flumen

ca 8 km S a Dor. Cf. Robinson, Phys. Geogr. (1865) 189 s; Abel I 470 s. [1]

† שַׁיִט 1) *flagellum; calamitas* Is 28 15 k. — 2) *remus;* אֳנִי־שׁ׳ classis triremium Is 33 21. [שׁוט] †

שִׁילֹה, q שִׁילוֹ, ca 40 mss Sam^mss^ שלה, Gn 49 10; c. ant. vrss prob. lgd. שֶׁלֹּה = שֶׁלּוֹ (donec veniat *is cuius est,* sc. sceptrum; cfr. G^mss^ ᾧ ἀπόκειται, et Ez 21 32 (אֲשֶׁר־לוֹ)). V *qui mittendus est* supponit verbum שָׁלַח. Aliae interpretationes: (α) שִׁילֹה = urbs שִׁילוֹ Silo (q. v.); (β) שִׁילֹה nom. derivatum a rad. שָׁלָה (quietum esse) = placatio, sedatio; (γ) שְׁאִילֹה = desideratus eius; (δ) lg. מֹשְׁלֹה dominator eius; (ε) conferunt ass. šêlu = princeps; v. comm. et ZAW 47 (1929) 323-325. [1]

▲ שִׁילוֹ Jdc 21 21 (bis). Jr 7 12 et שִׁלוֹ Jdc 21 19. 1 S 1 24. 3 21. 14 3. Jr 7 14. 26 9. 41 5 (cf. s. v. שָׁלֵם n. 2). Ps 78 60 (var. שִׁילֹה, שִׁלֹה), שִׁלֹה Jos 18 1. 8. 10. 19 51. 21 2. 22 9. 12. Jdc 18 31. 21 12. 19. 1 S 1 3. 9 (? v. comm.) 24. 2 14. 3 21. 4 3 s. 12. 14 3. 1 R 2 27 (ed. Bomb. שִׁילֹה). 14 2. 4. Jr 7 14. 26 6. Ps 78 60. (G Σηλώ, Σηλώμ, Σηλών = שִׁילוֹן), *Silo,* urbs in Ephraim, ca 20 km SSE a Nâbulus; n. gent. שִׁילוֹנִי 2 Ch 9 29, שִׁילֹנִי 1 R 11 29. 12 15 (ed. Bomb. שִׁלֹנִי). 15 29, שִׁלוֹנִי 2 Ch 10 15, *Silonites.* Sec. Onom. 156 29 s in Acrabattine 12 (Hier. 10) mil. pass. a Neapoli; hodie Sêlûn. Cf. Guérin, Sam. II 21-7; SWP, Mem. II 367-70; Döller, Stud. z. III-IV Kön. (1904) 23-5; H. Kjaer in JPOS 10 (1930) 87-174. †

▲ שִׁילוֹנִי, שִׁילֹנִי n. gent. v. s. v. שִׁילוֹ.

שִׁילָל: v. ²שׁוֹלָל.

▲ שִׁילֹנִי *Siloni* 1 Ch 9 5 frt. lg. שֵׁלָנִי (cf. Nu 26 20); item שִׁלֹנִי *Silonites* Neh 11 5.

▲ שִׁימוֹן *Simon,* vir ex posteris Iuda 1 Ch 4 20; nexus genealogicus non patet.

שִׁין*, pro Htp. ptc. מִשְׁתַּיֵּן* scribitur a masoretis מַשְׁתִּין 1 S 25 22. 34. 1 R 14 10. 16 11. 21 21. 2 R 9 8: 'mingens ad parietem' coll. = omnes mares. [ass. *šânu, ištînu,* sy. *tûn,* aeth. *šêna,* ug. *tjn* minxit] Deriv. seq.

שַׁיִן*, pl. sfx. שֵׁינֵיהֶם*: *urina* 2 R 18 27 k || Is 36 12 k (q מֵימֵי רַגְלֵיהֶם). [ass. *šînâti* pl., sy. *tînā*] †

שִׁיר (שׁוּר 1 S 18 6 k) inf.; pf. שָׁר, ipf. יָשִׁיר, narr. וַתָּשַׁר, ipr. pl. שִׁירוּ, ptc. pl. שָׁרִים, שָׁרוֹת: *cantavit;* 1) universim de cantu profano: Nu 21 17. 1 S 18 6. 2 S 19 36. 1 R 10 12 || 2 Ch 9 11. Ps 65 14. Job 33 27 (lgd. יָשֹׁר). Pr 25 20. Ec 2 8. — 2) de cantu sacro quo numen colitur: abs. Jdc 5 1 (לאמר). Ps 87 7 ('et cantant'); cum לְ Dei, qui carmine honoratur Ex 15 1 b. 21. Jdc 5 3. Jr 20 13. Ps 13 6 al.; cum acc. rei quae carmine celebratur Ps 21 14 (c. זִמֵּר). 89 2. 101 1, בְּ 'de' re 138 5; c. acc. carminis (שִׁיר, שִׁירָה) et לְ Dei Ex 15 1. Is 5 1. 42 10. Ps 33 3 al.; שָׁרִים *cantores* Ez 40 44. Ps 68 26 al. — Q. pass. (J. 58) ipf. יוּשַׁר *cantabitur* Is 26 1. — **Polel:** pf. pl. שֹׁרְרוּ, ipf. יְשׁוֹרֵר, ptc. מְשׁוֹרֵר, pl. מְשֹׁרְרִים et ־וֹת: *identidem, saepe cantavit* So 2 14; alqd (de re) Job 36 24; ptc. *cantor* 1 Ch 6 18; *cantores* potissimum in cultu sacro Esr 2 41. 65. 70. 7 7 et saepe in Neh, 1 et 2 Ch, ut Neh 7 44. 72. 10 40. 11 22. 1 Ch 9 33. 15 19. 2 Ch 5 12 al.; *cantatrices* Esr 2 65 || Neh 7 67; — intrans. הַשִּׁיר מְשׁוֹרֵר 'cantus *resonabat*' 2 Ch 29 28 (an passive מְשֹׁרָר ?) [prob. vb. denom. a שִׁיר]

שִׁיר (sfx. שִׁירֹה Ps 42 9 = ו), pl. שִׁירִים: 1) *actio canendi, cantus:* מְלֻמְּדֵי שִׁיר 'in canendo exercitati' 1 Ch 25 7; בַּשִּׁיר, בְּשִׁיר 'cantu, canendo' Ps 69 31. 1 Ch 6 17, 'cum cantu, dum cantant' Is 24 9; הַרְבִּי שִׁיר 'multum canta!' 23 16; כְּלֵי שׁ׳ 'instrumenta musica' Am 6 5. Neh 12 36 al.; בְּנוֹת הַשִּׁיר Ec 12 4 (cf. בַּת 4 b);

cum gen. canentis Ps 28 7. Ec 7 5; c. gen. Dei cui canitur Ps 42 9. 1 Ch 16 42. 2 Ch 7 6. 29 27. — 2) meton. *id quod canitur*: *a*) sg.: universim et collective *cantus, carmina*: ‘carmina eius’ fuerunt 1005, 1 R 5 12; מִשִּׁיר צִיּוֹן ‘(unum vel aliqua) ex carminibus Sion’ Ps 137 3, שִׁיר יי 4: Is 30 29. 2 Ch 29 18; שִׁיר הַמַּעֲלוֹת Ps 120 1-134 1 (121 1 לַמַּ׳) ‘carmina ascensionum’, prob. titulus collectionis 15 psalmorum, singulis psalmis praefixus; — *b*) sg.: unum alqd *carmen* Jdc 5 12; הַשִּׁיר הַזֶּה Is 26 1; שִׁיר הַשִּׁירִים ‘canticum canticorum’, omnium carminum princeps Ct 1 1 (J. 141 l); שִׁיר ‘canticum’, titulus psalmorum 30. 45. 46. 48. 65-68. 75. 76. 83. 87. 88. 92. 108; שִׁיר יְדִידֹת ‘c. amoris’ 45 1; שִׁ׳ עֲגָבִים ‘c. deliciosum’ Ez 33 32; שִׁיר חָדָשׁ ‘canticum novum’ Is 42 10. Ps 33 3. 40 4. 96 1. 98 1. 144 9. 149 1; pl. שִׁ(י)רִים carmina Gn 31 27. Ez 26 13. Am 5 23. 8 10. Pr 25 20. 1 Ch 13 8. [ass. *šîru, šêru* poema, strophe, ar. *šiʿr*]

שִׁירָה, cst. שִׁירַת, pl. שִׁירוֹת: (nomen unitatis) unum aliquod *canticum, carmen*: ‘hoc carmen’ Ex 15 1. Nu 21 17. Dt 31 19. 21 s. 30. 32 44. 2 S 22 1 ‖ Ps 18 1; שִׁירַת דּוֹדִי לְכַרְמוֹ ‘carmen Dilecti mei de sua vinea’ Is 5 1; — *cantilena* profana c. gen. obi. כְּשׁ׳ הַזּוֹנָה ‘ut [canit] carmen de meretrice’ Is 23 15; ‘ululabunt [= triste sonabunt] carmina templi (vel palatii)’ Am 8 3. [שִׁיר] †

שַׁיִשׁ 1 Ch 29 2, שֵׁשׁ Ct 5 15. Est 1 6 bis: *marmor*, g. qual. = *marmoreus*. Montes Palaestinae lapidibus calcareis magna ex parte constant, inter quos sunt crystallini (granulares) seu marmora. Cf. ZDPV 19 (1896) 10 s; 28 (1905) 81-90; Abel I 181-6. †

▲ שִׁישָׁא 1 R 4 3 v. שְׂרָיָה n. 1.

▲ שִׁישַׁק, i. p. שִׁישָׁק, *Sesac*, rex Aegypti tempore Salomonis et Roboam 1 R 11 40. 14 25 (q שִׁישַׁק, k שׁוּשַׁק). 2 Ch 12 2. 5. 7. 9 (G Σουσακείμ) = Σεσῶγχις (Manetho), rex primus dynastiae 22 (bubasticae), aeg. Šošenq. Cf. Breasted, Records IV 709 ss. †

שִׁית: pf. שָׁת, שָׁתָה, 2 שַׁתָּ(ה), 1 שַׁתִּי, pl. 3 שָׁתוּ et (Ps 49 15. 73 9) שַׁתּוּ; ipf. יָשִׁית etc., pl. יָשִׁיתוּ; iuss. 3 יָשֵׁת, יָשֵׁת, 2 תָּשֵׁת, תָּשֵׁת; narr. וַיָּשֶׁת, וַתָּשֶׁת; ipr. שִׁית, שִׁיתָה (sfx. שִׁיתֵמוֹ), f. שִׁ(י)תִי, pl. שִׁיתוּ; inf. abs. שֹׁת, שִׁית Jr 13 16 q (nisi lgd. [וְ]שָׁת), cstr. שִׁית (sfx. שִׁתִי): 1) *posuit, collocavit, statuit* alqm (alqd) alicubi Gn 30 40. 46 4. 48 14. 1 S 2 8. Ps 84 4. 140 6. 141 3; saepe figurate dicitur: *imponere* (infligere) alci poenas Nu 12 11. Is 15 9, *posuit alqd sub..., subdidit*, subiecit Ps 8 7, Ds manum suam *posuit* super alqm 139 5, manum suam ponere c. alqo = consilii alcs participem esse Ex 23 1: Ps 12 6. 13 3. 73 28. 88 7. 90 8. 101 3; *imposuit* (sibi), *induit* Ex 33 4; (*ap*-)*posuit* epulas Jr 51 39; Ds *constituit* alqm in throno Ps 132 11; alqs alqm *constituit, collocat, ei locum assignat*: seq. בְּ in numero (convivarum, filiorum), inter 2 S 19 29. Jr 3 19, עִם Job 30 1, עַל (*praefecit*) Gn 41 33; — *apposuit, applicavit, advertit* cor (mentem, animum) rei: שִׁית [אֶת]לִבּוֹ seq. לְ rei 2 S 13 20. Jr 31 21. Ps 48 14. Pr 22 17. 27 23, אֶל Job 7 17; abs. (לִבּוֹ) שִׁית לֵב *attendit, animadvertit* 1 S 4 20. Ps 62 11. Pr 24 32; item *advertit, intendit* alqo oculos Ps 17 11 (seq. לְ et inf. eventus spectati), faciem Nu 24 1 (אֶל), os Ps 73 9 (בְּ in, contra); — Ds sua voluntate *constituit* terminos populi Ex 23 31, terminum vitae (חֹק) Job 14 13. — 2) *constituit, fecit*: Ds tenebras Ps 104 20, impius fraudem Pr 26 24: Gn 3 15. Ex 10 1; *fecit* alqm alqd (2 acc^i^) נָשִׂיא אֲשִׁתֶנּוּ 1 R 11 34: Is 5 6. 26 1 (‘salutem facit moenia’, facit ut salus nobis sit idem quod urbi moenia). Jr 22 6. Ps 18 12 (‖ 2 S 22 12). 21 7 (benedictionum plenum). 13. 84 7. 88 9. 110 1; pro acc^o^ praed^i^ ponitur לְ Jr 2 15. 13 16. 50 3.

Ps 45 17; *fecit* alqm similem seu parem (כְּ) alicui: שִׁיתֵמוֹ כְּעֹרֵב 'fac eos (τῷ) Oreb similes' Ps 83 12: 14. 21 10. Is 16 3. Os 2 5. — 3) omisso obiecto ('se' vel sim.) intrans.: *se collocavit, stitit*: סָבִיב עָלָי Ps 3 7, הַשַּׁעְרָה Is 22 7, לִשְׁאוֹל Ps 49 15, c. בְּ Job 38 11 (frt. 'on s'opposera à'); שִׁית מִמֶּנִּי '*de-siste* a me' 10 20 q. — Q. *pass.* (J. 58): ipf. יוּשַׁת *imponitur* alci (עַל) obligatio Ex 21 30; frt. pf. (cum ignota priore vocali) scribendum est Ps 49 15 שתו 'positi sunt' (HSV). Deriv. שִׁית

ǂ שַׁיִת, sfx. שִׁיתוֹ (Is 10 17): *vepres, spinae*; c. שָׁמִיר Is 5 6. 7 23-25. 9 17. 10 17. 27 4. †

ǂ שִׁית *indumentum* Ps 73 6. Pr 7 10 (cf. Ex 33 4 שָׁתוּ). †

ꟸ שְׁמֻרוֹת Ps 77 5: aut subst. pl. ttm., *palpebrae* [sy. *temrë*], aut ex adi.: שָׁמוּר, f. pl. *vigil, insomnis*: ‘tenes vigiles oculos meos’? [cf. ar. *samara* insomnis fuit, Lane; cf. Barth, Nb. 175 c.] [שָׁמַר] [1]

▲ שִׁמְרִי *Semri* et 1 Ch 11 45. 2 Ch 29 13 *Samri*: 1) Simeonita 1 Ch 4 37. — 2) pater bellatoris tempore David 1 Ch 11 45. — 3) ianitor de stirpe Merari 1 Ch 26 10. — 4) levita ex stirpe Caath 2 Ch 29 13. †

▲ שְׁמַרְיָה: 1) *Somoria,* filius Roboam 2 Ch 11 19. — 2) 3) duo Iudaei, qui uxores alienigenas duxerant Esr 10 32 (*Samarias*). 41 (*Semeria*). †

▲ שְׁמַרְיָהוּ *Samaria,* bellator sub David 1 Ch 12 6. [1]

שְׁמָרִים pl. ttm., sfx. שְׁמָרָיו, שִׁמְרֵיהֶם: *faeces* vini in poculo Ps 75 9 (הָ' ad כּוֹס refer); vinum in vasis diu super faeces quiescens, utpote forte, saporosum, magni aestimabatur, hinc שׁ' meton. *vinum excellens* Is 25 6 bis; imago ‘(vini instar) super faeces suas quiete iacere’ depingit homines diuturna pace imperturbata fruentes ac beatos Jr 48 11, et propterea timorem Dei oblitos So 1 12. [שָׁמַר] †

שִׁמֻּרִים pl. ttm. (J. 88 I e) *vigilia* Ex 12 42 bis. [שָׁמַר]

▲ שמרימות k 2 Ch 17 8 v. שְׁמִירָמוֹת n. 2.

▲ שִׁמְרִית 2 Ch 24 26 v. שֹׁמֵר.

▲ שִׁמְרֹנִי v. s. v. שִׁמְרוֹן n. 1.

▲ שֹׁמְרֹנִים *Samaritae* 2 R 17 29 = incolae Samariae (cf. שֹׁמְרוֹן n. 2).

▲ שִׁמְרָת *Samarath,* Beniaminita 1 Ch 8 21. [1]

שֶׁמֶשׁ (שָׁ), sfx. שִׁמְשֵׁךְ, pl. c. sfx. שִׁמְשֹׁתַיִךְ, m. et f. (ZAW 15, 324): 1) *sol*; cum luna et stellis nominatur Gn 37 9. Jr 31 35. Ps 136 8 s. 148 3 al.; sol oritur זָרַח Ex 22 2. Ec 1 5, יָצָא Gn 19 23, occidit בּוֹא Gn 15 12, hinc מִזְרַח (הַ)שֶּׁמֶשׁ Oriens Dt 4 47. Jos 1 15, מְבוֹא·· Occidens Dt 11 30. Jos 1 4 (plagae caeli); medio die sol calet חַם Ex 16 21, homines ferit הִכָּה Is 49 10. Jon 4 8, שָׁזַף Ct 1 6; ‘obscuratur sol’ קָדַר Joel 2 10 (locustis). 4 15

(ingruente iudicio), חָשַׁךְ (item) Is 13 10; horae diei sunt 'כְּזֹרֹחַ הַשּׁ Jdc 9 33, ...כְּחֹם 1 S 11 9: Neh 7 3, ...כְּבוֹא Dt 16 6. Jos 8 29; 'נֶגֶד הַשּׁ in publico Nu 25 4, ...לִפְנֵי item 2 S 12 11 s; 'tamdiu quam sol (lucet)' כִּשֶּׁמֶשׁ Ps 89 37 (||לְעוֹלָם), 'לִפְנֵי שׁ 72 17 item, עִם 5 (cum דּוֹר דּוֹרִים); תַּחַת הַשֶּׁמֶשׁ 'sub sole' = in terra, in hac vita Ec (29ies) 1 3. 9. 14. 2 11 etc.; 'videre solem' Ec 11 7, dicitur pro 'vivere' 6 5. 7 11; sol fuit nnq. obiectum cultus illegitimi Dt 4 19. 17 3. 2 R 23 5. 11. Jr 8 2. Ez 8 16, cf. ▲שֶׁמֶשׁ; — metaph.: 'sol' Ierosolymae futurae Is 60 20, 'sol iustitiae' Mal 3 20 = felicitas statum perfectae iustitiae consequens; Ds est iusto 'sol' illuminans Ps 84 12 (S nutritor; sol fruges maturat, cf. 'תְּבוּאֹת שׁ Dt 33 14). — 2) pl. שִׁמְשׁוֹת vocantur *pinnacula moenium* urbis (prob. a radiis solis quibus refulgere solent) G ἐπάλξεις, V *propugnacula* Is 54 12; haud improb. Ds Ps 84 12 שֶׁמֶשׁ וּמָגֵן 'propugnaculum et scutum' dicitur. [a/s. שִׁמְשָׁא, *šemšā,* ar. *šams,* ass. *šamšu* sol].

▲ [הַ]שֶּׁמֶשׁ, i. p. שָׁמֶשׁ: 1) *Sol,* deus solaris Dt 17 3. 2 R 23 5. 11. Jr 8 2. Ez 8 16; bab. Šamaš. Cf. Lagrange, Rel. sém.[2] (1905) 88. — 2) v. בֵּית־שֶׁמֶשׁ, עֵין שֶׁמֶשׁ, עִיר שֶׁמֶשׁ. †

▲ שִׁמְשׁוֹן *Samson,* Danita, iudex Jdc 13 24; eius historia Jdc 13-16.

▲ שַׁמְשְׁרַי *Samsari,* Beniaminita 1 Ch 8 26.[1]

▲ שֻׁמָתִי *Semathei,* n. patr. 1 Ch 2 53; nomen cognationis in Cariathiarim.[1]

▲ שֵׁן, שַׁן v. בֵּית־שְׁאָן.

שֵׁן, st. c. שֶׁן־ et שֵׁן־, c. sfx. שִׁנּוֹ, du. שִׁנַּיִם, st. c. שִׁנֵּי, suff. שִׁנַּי, שִׁנָּיו, שִׁנֵּיהֶם, poet. שִׁנֵּימוֹ, f. (m. 1 S 14 4 s de apice rupis): 1) *dens a*) hominis Ex 21 24. 27. Pr 25 19. Ct 4 2. 6 6; locutiones proverbiales: הַנֹּשְׁכִים בְּשִׁנֵּיהֶם 'qui [si] habent quod dentibus mordeant,...' Mi 3 5; 'נִקְיוֹן שׁ fames Am 4 6; dentes alcs hebetantur, cum alius ederit = punitur pro crimine alterius Jr 31 29. Ez 18 2; dentes silicem mandunt, alqs durissima patitur Thr 3 16; carnem s. dentibus asportare, se periculo exponere Job 13 14, evadere cum cute dentium (nempe dentibus excussis), vix, ac plerisque dentibus amissis 19 20; — dentes sunt (imagine a bestiis sumpta) instrumentum et symbolum inimicitiarum, odii etc.: frendere dentibus Ps 35 16 al. (v. חָרַק); inimici (ut bestiae) dentibus lacerantes et vorantes finguntur Ps 3 8. 57 5. 58 7. 124 6. Job 4 10. 29 17. Pr 30 14; — *b*) animalis חַיַּת שֵׁן bestiae rapaces Sir 12 13. 39 30: Dt 32 24. Joel 1 6. Job 41 6. — 2) hinc *a*) *ebur* Ez 27 6. Ct 5 14; g. mat. *eburneus,* sive ex ebore factus sive multo ebore ornatus 1 R 10 18. 22 39. Ez 27 15. Am 3 15. 6 4. Ps 45 9. Ct 7 5. 2 Ch 9 17; — *b*) *dens* fuscinulae 1 S 2 13 ('שְׁלֹשׁ שׁ dual.!); — *c*) *apex, cacumen* rupis שֵׁן סֶלַע Job 39 28: 1 S 7 12 (sed c. G lgd. יְשָׁנָה). 14 4 s. Sir 40 15. [שנן]

שָׁנָא Q. Pi. Pu. v. [1]שָׁנָה.

שֵׁנָא Ps 127 2 accipiunt pro שֵׁנָה, hîc μ = *vita sine labore, contenta, secura* (alii aliter) vel corrigunt in שַׁלְוָה ets.[1]

▲ שִׁנְאָב (var. שִׁנְאָב) *Sennaab,* rex Adamae (v. אַדְמָה) Gn 14 2.[1]

ǂ שִׁנְאָן (pro ־ָן) prob. *iteratio*; 'אַלְפֵי שׁ Ps 68 18 recentes maximum alqm numerum indicare censent, ut 'milia milium'. [[2]שָׁנָה] [1]

▲ שֶׁנְאַצַּר *Senneser,* filius Iechoniae 1 Ch 3 18.

[1]שָׁנָה, ipf. יִשְׁנֶא (Thr 4 1), inf. שְׁנוֹת, ptc. שֹׁנֶה, שׁוֹנִים: *mutatur, se mutat* praesertim in deterius Mal 3 6. Ps 77 11. Thr 4 1; — ptc. *varius* Est 1 7, sq. מִן *diversus ab* 3 8 (ab aliarum gentium legibus). Sir 42 24. — *NB.* שׁוֹנִים Pr 24 21 sunt frt. 'aliter sentientes' quam in priore sticho praecipitur, cum quibus proinde communionem habere vetaris (cf. [1]עָרַב). G l. καὶ μηθετέρῳ αὐτῶν

ἀπειθήσῃς = עַל־שְׁנֵיהֶם אַל תִּתְעַבַּר (cf. ²עָבַר Htp.). — **Pi.** שִׁנָּה (א' 2 R), ipf. יְשַׁנֶּה (א' Sir), inf. שַׁנּוֹת, ptc. מְשַׁנֶּה: *mutavit* praesertim in peius: faciem Job 14 20. Sir 12 18. 13 25, promissum Ps 89 35, alcs causam forensem Pr 31 5, viam Jr 2 36; mentem s. = se dementem simulavit 1 S 21 14 (lgd. יְשַׁנֶּה). Ps 34 1; vestes *exuit* alias induturus 2 R 25 29 || Jr 52 33; alqm *alio transposuit* Est 2 9. — **Pu.** ipf. יְשֻׁנֶּא in melius *mutatur* Ec 8 1. — **Htp.** pf. 2 f. הִשְׁתַּנִּית: *se* (aliis vestibus indutis) *mutavit* 1 R 14 2, luna Sir 43 8. [ass. *šunnû*, a/s. שְׁנִי, *šenā* mutatus est] Deriv. שָׁנָה. †

²שָׁנָה, ipf. יִשְׁנֶה (iuss. 2 תִּישַׁן Sir 7 14), ipr. שְׁנֵה, inf. שְׁנוֹת, ptc. שׁוֹנֶה: *iteravit, iterum fecit*; abs., de actu ex contextu noto 1 R 18 34. Job 29 22 (sc. loqui). Neh 13 21, seq. בְּ rei quae iteratur Pr 17 9. 26 11, ‘secundum ictum ei non infligam’ 1 S 26 8 : 2 S 20 10; — × c. acc. rei: *iteravit, repetiit* Sir 7 14. 36 6. 40 5 (Peters ‘immutat’), c. לְ et inf. Sir 50 21. — ×**Pi.** *audita iteravit, narravit* Sir 42 1. 44 15. — ×**Htp.** *se iterat, iteratur* vicissitudo lunae 43 8. [ar. *tannâ* replicavit, repetiit, laudavit; a/s. תְּנִי, *tenā* et תַּנִּי id.] Deriv. מִשְׁנֶה, שִׁנְאָן, שְׁנַיִם. †

ⵣ³שָׁנָה* [= ar. *sanija* altum, excelsum, illustrem esse; *sanâ'* elevatio, dignitas], ptc. שׁוֹנִים *dignitate excelsi, nobiles* Pr 24 21; item 22 lgd. pro שְׁנֵיהֶם (ZAW [1934] 236 ss.) †

שָׁנָה, st. c. שְׁנַת, pl. שָׁנִים, st. c. שְׁנֵי et ⵣשְׁנוֹת (20es), du. שְׁנָתַיִם (12es): *annus* Gn 1 14. 5 6 etc.; c. g. rei eo anno gestae ets. Gn 41 50. Lv 25 29. Is 63 4. Ps 65 12 al.; ש'' מִסְפָּר ‘pauci anni’ Job 16 22; ש'' שָׂכִיר i. e. anni integri, accurate computati Is 16 14. 21 16; — ‘quotannis’ שָׁנָה שָׁנָה Dt 14 22, בְּכָל־שׁ' וְשׁ' Est 9 21. 27, שָׁנָה בְשָׁנָה Dt 15 20. 1 S 1 7 al. (praemisso מִדֵּי 7 16. Zch 14 16. 2 Ch 24 5, בְּ' 2 R 17 4); דְּבַר שָׁנָה בְשׁ' quantum quotannis dandum erat 2 Ch 9 24; — שָׁנִים ‘(per) complures annos’ Ez 38 17; זֶה כַּמֶּה שָׁנִים ‘iam per aliquot annos’ Zch 7 3; ‘quot annos natus’: בֶּן־שָׁנָה (בְּנֵי, בַּת) Lv 9 3. 23 18. Nu 7 17 al., בֶּן־שְׁנָתוֹ, בֶּן־שָׁנָה *x* בַּת שְׁנָתָהּ Lv 12 6. 14 10. Nu 6 12. 14 al., Ex 7 7. 30 14. Lv 27 3 al.; — *quoto anno?* *a*) anno 2-10: בַּשָּׁנָה הַשֵּׁנִית Is 37 30. 2 Ch 27 5 : Lv 19 24 s. 25 4 al.; — *b*) anno 1, 2, 3 etc.: בִּשְׁנַת + אַחַת Dn 11 1, שְׁתַּיִם 1 R 15 25, שָׁלֹשׁ 28, אַרְבַּע 22 41 etc., עֶשְׂרִים 2 R 15 30, חֲמִשִּׁים וּשְׁתַּיִם 27 etc.; anno 11, 12 etc.: בִּשְׁנַת *x* שָׁנָה (‘in anno [completorum] *x* annorum’) Gn 7 11. 1 R 16 8. 15. 2 R 8 25 et saepe; — יְמֵי שְׁנֵי־חַיֵּי פ' *duratio, spatium temporis* alcs Gn 25 7. 47 8 s. Ps 90 10. — (De modo computandi annos regum cf. Kugler, Von Moses bis Paulus, 150-2.)

שֵׁנָה (שֵׁנָא Ps 127 2?, שְׁנָת 132 4 : J. 75 m, 89 k. n), st. c. שְׁנַת: *somnus* Gn 28 16. 31 40. Jdc 16 14. Pr 3 24 al.; de somno ecstatico vatis Jr 31 26; de morte Ps 76 6. Job 14 12, ש' עוֹלָם Jr 51 39. 57, mortales שֵׁנָה יִהְיוּ obdormiscent Ps 90 5. [יָשֵׁן]

שֶׁנְהַבִּים pl. ttm. *dentes elephantorum, ebur* 1 R 10 22 || 2 Ch 9 21. [an = שֵׁן + הַב = aeg. *jb* = ind. ibha? Cf. Fonck in Hagen, LB II 144 ss.] †

שָׁנִי *coccum,* color ruber splendescens (Scharlach, écarlate, scarlet), quem praebet vermiculus L e c a n i u m (C o c c u s) i l i c i s Linné (arab. qirmiz, Kermes-Schildlaus, cochenille, crimson-worm), vivens in Q u e r c u c o c c i f e r a Linné, de cuius foliis cutis animalis mortui cocco referta colligitur; תּוֹלַעַת (הַ)שָּׁנִי Ex 25 4. 26 1. 31 al. (25ies), שְׁנִי (הַ)תּוֹלַעַת Lv 14 4. 6 al. (7ies); bis TM l. שָׁנִים (cum v. l. codd. שני) Is 1 18. Pr 31 21 (hic V ‘duplicibus’, שְׁנַיִם?). Cf. Fonck ap. Hagen, LB I 950-2; cf. תּוֹלָע, תּוֹלָעָה, כַּרְמִיל.

שֵׁנִי, f. שֵׁנִית, pl. שֵׁנִים: *secundus, alter* Gn 1 8. 2 13. 7 11 et saepe (Neh 3 30 lgd. שֵׁנִית, ut 11. 19 etc.); pl. *secundo in loco* euntes Nu 2 16, subst. *camerae* 2^{ae} *contignationis* Gn 6 16; — שֵׁנִית adv. *secundo, iterum* Gn 22 15. 41 5. Lv 13 5 al. (24er); *secundo* (*zweitens,* en 2nd lieu) 2 S 16 19. Mal 2 13.

שָׁנִים: v. שָׁנָה et שֵׁנִי.

שְׁנַיִם, st.c. שְׁנֵי, sfx. שְׁנֵינוּ, שְׁנֵיכֶם, שְׁנֵיהֶם, fem. שְׁתַּיִם, st. c. שְׁתֵּי (pro **šintaj > šittaj > šetaj*: Bauer-Leander, p. 622 c), sfx. שְׁתֵּיהֶם, c. praefixis בִּשְׁתֵּי, וּשְׁתֵּי, לִשְׁתֵּי, מִשְּׁתֵּי: δυάς, *par* (ein Paar) = *duo* Gn 6 19 s. 44 27. Dt 32 30. Job 13 20. Pr 30 7, הַשְּׁנַיִם οἱ δύο, *les deux* Ec 4 9. 12; — cum plurali nominis vel pronominis: *a*) appositive: שְׁנַיִם עֵדִים Dt 17 6, יָמִים שְׁנַיִם 2 S 1 1, שְׁנַיִם עֵצִים *aliquot* (!) ligna 1 R 17 12, שְׁתַּיִם נָשִׁים Zch 5 9, נָשִׁים שְׁתַּיִם 2 Ch 24 3; שְׁנַיִם־אֲנַחְנוּ 1 R 3 18, שְׁתַּיִם הֵנָּה (haec duo) Is 51 19; — *b*) c. gen.: שְׁנֵי בָנִים Gn 10 25 : 25 23. 27 9, שְׁתֵּי נָשִׁים 4 19 : 19 8. 29 16, praesertim c. nomine determinato: שְׁנֵי הַמְּאֹרֹת 1 16 : 19 1, שְׁנֵי בָנֶיהָ Ex 18 3, שְׁתֵּי נָשָׁיו Gn 32 23; שְׁנֵינוּ nos duo 31 37, שְׁתֵּיהֶן 1 S 25 43 etc., שְׁתֵּי־אֵלֶּה haec duo Is 47 9; cum duali Am 3 12; cum sing. coll. vel numerativo לֶחֶם 1 S 10 4 : Gn 46 27. Is 7 21. 2 R 7 14; שְׁנַיִם שְׁנַיִם *bini* Gn 7 9. 15. 1 Ch 26 17; שְׁנַיִם שְׁלֹשָׁה וגו *duo tresve* 2 R 9 32 : Am 4 8; פִּי־שְׁנַיִם *duae partes* (ex tribus) Zch 13 8, *duplum* (eius quod fratres accipiunt) Dt 21 17, simile quid petit sibi Eliseus 2 R 2 9; שַׁלֵּם שְׁנַיִם restituere *duplum* Ex 22 3. 6. 8; discindere alqd לִשְׁנַיִם 1 R 3 25. Jr 34 18; בִּשְׁתַּיִם *secunda vice* aut *alio modo* Job 33 14; לֹא שְׁתַּיִם 'non [tantum] bis' 2 R 6 10; שְׁנֵי הָעֹמֶר duplum τοῦ ʿomer Ex 16 22. [ass. *šinân, šittân,* ar. *iṯnâni, iṯnatâni,* a/s. *terên, tartên*]

שְׁנִינָה quasi *acute dictum,* i. e. *ludibrium*; *obiectum ludibrii* Dt 28 37. 1 R 9 7. Jr 24 9. 2 Ch 7 20. [שׁנן] †

▲ שְׂנִיר v. שְׂנִיר.

שָׁנַן: ✝ Q. pl. שָׁנְנוּ, 1 sg. שַׁנּוֹתִי: *acuit* ensem Dt 32 41, linguam ad sermones mordaces Ps 64 4. 140 4; ptc. pass. שָׁנוּן acutus: sagitta Is 5 28. Ps 45 6. 120 4. Pr 25 18. — Pi. pf. inv. c. sfx. וְשִׁנַּנְתָּם: praecepta alci velut *insculpsit, inculcavit, serio ac graviter mandavit* Dt 6 7. — Htpo. ipf. 1 אֶשְׁתּוֹנָן: *me ipse pungebam* vel *fodicabam* cogitationibus acerbis Ps 73 21 (c. 2º subiº, J. 151 c). [ar. *sanna* acuit; ut legem (*sunnah*) tradidit; aeth. *tasannana* litigavit] Deriv. שֵׁן, שְׁנִינָה. †

שׁנס Pi. ipf. יְשַׁנֵּס: *strinxit* (indumento) lumbos 1 R 18 46; cf. Bib 16, 79. [aram. שְׁנַץ ligando firmavit (vestem); nh. שָׁנַץ compressit] [1]

▲ שִׁנְעָר *Sennaar* = Babylonia Gn 10 10. 11 2. 14 1. 9. Jos 7 21 (אַדֶּרֶת שׁ' V *pallium coccinum* = שָׁנִי?). Is 11 11. Zch 5 11. Dn 1 2; apud Aeg. Sangar; ep. Amarn. 35 49 (Am Kn 286. 1080 ss) Šangar; de identitate cum Šumer discutitur; cf. Bib 2 (1921) 71-74; 8 (1927) 353-5.

שָׁנַק* *cruciavit, suffocavit* [nh. sy.] Hi. יַשִּׁיק (*šn > šš*) Sir 31 19, cf. GV. [1]

שְׁנַת v. שֵׁנָה.

שָׁסָה*, ipf. יִשְׁסֶה Os 13 15, ptc. שֹׁסֶה (sfx. הוּ—, שֹׁאסַיִךְ Jr 30 16 k), pass. שָׁסוּי Is 42 22: *praedatus est, diripuit* alqm: hinc ptc. c. sfx. obi. Jdc 2 16. 1 S 14 48. Is 17 14. Jr 30 16 q, ptc. p. Is 42 22; c. acc. rei 1 S 23 1. Jr 50 11. Os 13 15; abs. 'sibi' Ps 44 11; ptc. *praedones* Jdc 2 14. 2 R 17 20. — Po. pf. 1 שׁוֹשֵׂתִי (pro שׁוֹסִיתִי) id. Is 10 13. †

שָׁסַס*: pf. sfx. שַׁסֻּהוּ, ipf. יָשֹׁסּוּ: *praedatus est, diripuit* alqm Jdc 2 14. Ps 89 42, alqd 1 S 17 53. — Ni. pf. נָשַׁסּוּ, ipf. יִשַּׁסּוּ: *diripiuntur* domus Is 13 16. Zch 14 2. [cf. שָׁסָה] Deriv. מְשִׁסָּה.

שָׁסַע*, ptc. st. c. שֹׁסַע, f. שֹׁסַעַת, pass. f. שְׁסוּעָה: *diremit, divisit;* שֶׁסַע 'שׁ *facere divi-*

sionem ungularum, eas *habere divisas* Lv 11 3. 7. 26. Dt 14 6, ungula *divisa* 7. — **Pi.** שִׁסַּע, ipf. יְשַׁסַּע, inf. שַׁסַּע: *scidit, rupit* rem Lv 1 17; bestiam *dirupit* Jdc 14 6; — David viros verbis (*haud sine difficultate*) *abduxit, abstraxit* a proposito 1 S 24 8 (G ἔπεισεν). Sed iuxta Driver (JThSt 28, 285 s) ex ass. *šasû*: ‘ David vocavit viros suos ’. [ar. *šasaʿa* longe distabat, *šasiʿa* lacerata est res] Deriv. seq. †

שֶׁסַע *fissura* ungulae Lv 11 3. 7. 26. Dt 14 6 (v. שָׁסַע Q.). †

שׁסף* Pi. ipf. יְשַׁסֵּף, G ἔσφαξε, S *paššaḥ* (laceravit, dissecuit), V *in frusta concīdit*, ZKahn *fit exécuter* 1 S 15 33. [Šafel ad סוף?] [1]

[1]שָׁעָה, ipf. יִשְׁעֶה, וַיִּשַׁע, coh. אֶשְׁעָה Ps 119 117, ipr. שְׁעֵה: *aspexit, oculos* (animumque) *convertit, intendit* (intrans.), אֶל, עַל ad alqm vel alqd Gn 4 4 s. Is 17 7 s (‖רָאָה). 31 1 (‖דָּרַשׁ), seq. בְּ rei Ex 5 9. Ps 119 117; sequente מִן, מֵעַל *oculos* (*attentionemque*) *avertit* ab alqo, eum sibi solum relinquens Is 22 4. Job 7 19. 14 6. — *NB*. Is 32 3 lgd. תְּשְׁעֶינָה (שׁעע Q.), 2 S 22 42 יְשַׁוְּעוּ (GSV); de formis תִּשְׁתָּע, נִשְׁתָּעָה Is 41 10. 23 v. שָׁתַע. [ass. *šeʾû* aspicere, prospicere] †

×[2]שָׁעָה Htp. inf. הִשְׁתָּעוֹת: *narravit* Sir 44 8. [a/s. אֶשְׁתְּעֵי] [1]

שַׁעֲטָה, st. c. שַׁעֲטַת: ungularum equorum *supplosio sonora* Jr 47 3. [cf. ar. *ṯaʿʿata* contudit.] [1]

שַׁעַטְנֵז Lv 19 19. Dt 22 11 pannus ex filis diversis (ut lana et lino) contextus. [vox aeg.?] †

×שְׁעִיָּה*, pl. sfx. שְׁעִיּוֹתָיו: *speculatio* mentis Sir 37 14; *intentio oculorum, occupatio* (alii: *collocutio*) עִם cum bobus 38 25 [שָׁעָה[1.2]] †

שֹׁעַל, sfx. שָׁעֳלוֹ, pl. שְׁעָלִים, שָׁעֳלֵי (*aă* recte?): manus cavitas: *vola* Is 40 12; quantum volā expansā compressis digitis prehendi potest 1 R 20 10. Ez 13 19. [a/s. שׁוּעְלָא id.] †

▲שַׁעַלְבִים *Salebim* et Jos 19 42 שַׁעֲלַבִּין *Selebin*, urbs in Dan Jos 19 42. Jdc 1 35. 1 R 4 9; n. gent. שַׁעַלְבֹנִי 2 S 23 32 *de Salaboni*, 1 Ch 11 33 *Salabonites*. Situi (melius quam nomini) congruit Ḫ. Selbîṭ ca 5 km NW a Jâlô et ca 3 km N ab ʿAmwâs (cf. S. Hier. ad Ez 48 22: Ailon et Selebi et Emaus). SWP, Mem. III 52; PJB 31 (1932) 52 s; sed v. Noth, Josua (1938) 93. †

▲שַׁעֲלַבִּין v. שַׁעַלְבִים.

▲שַׁעַלְבֹנִי v. s. v. שַׁעַלְבִים.

▲שַׁעֲלִים *Salim*, terra (אֶרֶץ) 1 S 9 4 inter terras שָׁלִשָׁה et יְמִינִי (v. s. vv.); frt. = שַׁעַלְבִים q. v. [1]

שׁען: Ni. נִשְׁעַן, נִשְׁעָנוּ, נִשְׁעֲנוּ, ipf. יִשָּׁעֵן, יִשָּׁעֲנוּ, inf. c. הִשָּׁעֵן (sfx. הִשָּׁעֶנְךָ, הִשָּׁעֲנָם), part. נִשְׁעָן: *se acclinavit, innixus est* rei: עַל 2 S 1 6. 2 R 5 18. 7 2. 17. Ez 29 17, requiescendi causa Jdc 16 26; hinc abs. = *requievit* Gn 18 4; — metaph. *a*) ethice: *innixus, confisus est* rei vel personae: עַל Is 10 20. 30 12. 31 1. Mi 3 11. Job 8 15. 2 Ch 13 18. 14 10. 16 7 s. Sir 51. 15 4, אֶל Pr 3 5, בְּ Is 50 10; abs. *suffultus est, securus est* Job 24 23; — *b*) geogr. *adiacet, confinis est* לְ Nu 21 15. Deriv. מַשְׁעֵן, מַשְׁעֵנָה, מִשְׁעֶנֶת, מִשְׁעָן. †

ⵘשׁעע Q. ipr. pl. שֹׁעוּ: *caecutiit* μ de caecitate mentis, quae (turbata, depravata, impedita) non iam videre potest videnda; ipr. Is 29 9; ib. 32 3 prob. lgd. לֹא תְשְׁעֶינָה ‘ non caecutient ’ oculi. — **Hitpalpel** ipr. pl. הִשְׁתַּעַשְׁעוּ *excaecate vos, stupescite* Is 29 9. — **Hi.** ipr. הָשַׁע *caecum reddidit*; tolerative ‘ sine seu tolera caecos esse ’ oculos (mentem) populi Is 6 10; הָשַׁע מִמֶּנִּי Ps 39 14 ‘ oculos claude seu deflecte a me ’ (an lgd. ipr. Hi. שׁעה, הָשַׁע averte vel שְׁעֵה?). [cf. sy. *šāʿ* livit, illevit, clausa fuit (auris), aram. שׁוּע et שׁעע illevit, unde plerique censent pri-

mitus designari oculos alqa re illitos adeoque videndi incapaces.] †

†† שׁעשׁע שׁעשׁע Pilpel: שִׁעֲשַׁע, 1 שִׁעֲשַׁעְתִּי, ipf. יְשַׁעֲשְׁעוּ: 1) *delectavit* alqm res Ps 94 19. 119 70 (an lgd. שִׁעַשְׁעֻנִי delectat me, sc. lex?). — 2) intrans. *se oblectavit* infans Is 11 8. — Pulpal ipf. 2 pl. תְּשָׁעֳשָׁעוּ ut infantes super genua *oblectabimini* Is 66 12. — Hitpalpel ipf. 1 אֶשְׁתַּעֲשַׁע, אֶשְׁתַּעְשָׁע: *me oblecto* re בְּ Ps 119 16. 47. Deriv. שַׁעֲשֻׁעִים. †

▲ שַׁעַף, i. p. שָׁעַף, *Saaph*: 1) Iudaeus de stirpe Caleb 1 Ch 2 47. — 2) filius Caleb 1 Ch 2 49 (sec. TM וַתֵּלֶד); sec. al. idem שַׁעַף n. 1 (lgdo c. V וַיֹּלֶד). †

†† שָׁעַר *calculavit, taxavit*; Pr 23 7 avarus se gerit erga hospitem *velut qui computat* (lgd. ptc.!) in animo suo. [ita aram. שְׁעַר; ar. *saʿʿara* pretium victualium determinavit] Deriv. seq. [1]

[1]שַׁעַר*, pl. שְׁעָרִים: *taxatio*, mensura annua ordinaria: מֵאָה ש׳ *centuplum* Gn 26 12. [1]

[2]שַׁעַר, pl. שְׁעָרִים, שַׁעֲרֵי, loc. (הַ)שַּׁעְרָה, m. (f. Is 14 31 personif. || עִיר): πύλη, *porta* magna urbis, palatii etc.; 1) *porta urbis, oppidi*: Gn 19 1. Jos 2 5. 7 5. Jdc 16 2 al.; דַּלְתוֹת ש׳ 'valvae portae' Jdc 16 3, cf. Neh 6 1; 'duae portae', sc. exterior et interior, sunt in uno urbis aditu 2 S 18 24; פֶּתַח שַׁעַר הָעִיר 'in ostio portae urbis' = extra muros prope portam urbis Jos (8 29 אֶל־פֶּ׳) 20 4. Jdc 9 35 al., sim. 2 S 10 8. 1 R 22 10. 2 R 7 3; — a) porta urbis principalis *est sedes totius vitae publicae*, quo cives conveniunt Gn 23 10. 18. 34 20; ibi sedent proceres Pr 24 7. 31 23. Ru 4 1. Thr 5 14, fiunt iudicia forensia (ש׳ = *tribunal*) Dt 17 5. 21 19. 22 15. 24. 25 7. 2 S 15 2. Am 5 10. 12. Zch 8 16. Ps 127 5. Job 5 4. 31 21. Pr 22 22; ibi fit mercatus 2 R 7 1. 18; ibi res publice annuntiantur Pr 1 21. 8 3, et ab otiosis narrantur Ps 69 13; — b) porta *fortissime munita est, in bello defenditur et expugnatur* Gn 22 17. 24 60. Jdc 5 8. Is 22 7. 28 6. 45 1; — c) hinc ש׳ metonymice = *urbs, oppidum* Is 14 31 (|| עִיר), ש׳ עַמִּי Ierusalem Abd 13. Mi 1 9; cives Jr 14 2; — d) hinc poetice etiam portae Inferni Is 38 10, mortis Ps 107 18. Job 38 17, *caeli* Gn 28 17, *Ierusalem idealis* Is 26 2. 54 12. 60 11. 18; — e) plur. = *urbes, oppida*: בִּשְׁעָרֶיךָ ets. Ex 20 10. Dt 5 14. 12 15. 16 18 al., בְּאַחַד שְׁעָרֶיךָ Dt 15 7. 16 5 al. (prob. ita lgd. 1 R 8 37. 2 Ch 6 28): Jr 15 7 al. — 2) *porta alia*: *castrorum* Ex 32 26 s. 2 Ch 31 2; *palatii, domus locupletis* 1 S 21 14. 2 R 9 31. Pr 14 19. Est 4 2. 6 al.; arcis Neh 2 8; templi, atrii Ex 27 16. 38 15 al. Jr 7 2. Ps 24 7. 9. 100 4. 1 Ch 9 18. 16 42 al., 'porta iustitiae' Ps 118 19 s; 'portae fluminum' Na 2 7 ('ostia canalium' Knab., 'portae urbis ad fluvios, canales, pontes ducentes' Rashi, Hoon.); universim *in muro fissura ad exeundum* Mi 2 13. [a/s. תַּרְעָא; a speculando (ar. *aṯʿara*), an 'fissura' moenium (*ṯaġara* fidit)?]

▲ שַׁעַר אֶפְרַיִם *porta Ephraim* 2 R 14 13. Neh 8 16. 12 39. 2 Ch 25 23 in muro N urbis Ierusalem. †

▲ שַׁעַר אָשֵׁר *porta Aser* Ez 48 34 in latere W urbis ab Ezechiele descriptae. [1]

▲ שַׁעַר בֵּין הַחֹמֹתַיִם *porta inter duplicem murum* 2 R 25 4 seu *inter duos muros* Jr 39 4. 52 7 in parte S Ierusalem versus vallem er-Rabâbe (Hinnom). †

▲ שַׁעַר בֵּית־יְהוָה אֲשֶׁר אֶל־הַצָּפוֹנָה *porta domus Domini* (respiciens) *ad aquilonem* Ez 8 14 = porta (N) atrii exterioris in area templi ap. Ez. [1]

▲ שַׁעַר בֵּית־יְהוָה הֶחָדָשׁ *porta nova domus Domini* Jr 36 10; (26 10 add. c. mlt. mss STV בֵּית־); situs ignotus. †

▲ שַׁעַר בֵּית־יְהוָה הָעֶלְיוֹן *porta domus Domini sublimissima* 2 R 15 15 seu *excelsa* 2 Ch 27 3, prob. porta aliqua in muro N atrii

anterioris. Cf. Šanda II 192; Goettsberger, Chron. 331. [1]

▲ שַׁעַר בֵּית־יְהוָה הַקַּדְמוֹנִי *porta domus Domini orientalis* Ez 10 19. 11 1 = porta E atrii exterioris areae templi (cf. 44 1). †

▲ שַׁעַר בְּנֵי־[q]הָ[ה]עָם *porta filiorum populi* Jr 17 19; prob. porta templi, conducens ad palatium regis (vix corr. ש׳ בִּנְיָמִן vel ש׳ הָעָיִן).[1]

▲ שַׁעַר בִּנְיָמִן *porta Beniamin*: 1) porta in muro N Ierusalem Jr 37 13. 38 7. Zch 14 10 frt. = ש׳ הַצֹּאן q. v. — 2) porta in latere E urbis ab Ezech. descriptae Ez 48 32. †

▲ שַׁעַר בִּנְיָמִן הָעֶלְיוֹן *porta Beniamin superior* Jr 20 2 = porta N templi. [1]

▲ שַׁעַר גָּד *porta Gad* Ez 48 34 in latere W urbis ab Ezech. descriptae. [1]

▲ שַׁעַר דָּן *porta Dan* Ez 48 32 in latere E urbis ab Ezech. descriptae. [1]

▲ שַׁעַר דֶּרֶךְ הַדָּרוֹם *porta quae respiciebat ad austrum* Ez 40 24 = porta S atrii exterioris areae templi ap. Ez; cf. שַׁעַר נֶגֶב.

▲ שַׁעַר.....דֶּרֶךְ הַצָּפוֹן *porta* (respiciens) *viam aquilonis* Ez 40 20 = porta N atrii exterioris areae templi ap. Ez; cf. שַׁעַר צָפוֹן.

▲ שַׁעַר הָאַשְׁפּוֹת Neh 3 14, ש׳ הָאַשְׁפֹּת 2 13. 12 31, ש׳ הַשְּׁפוֹת (ed. Bomb. ש׳ הַשְּׁפוֹת; lgd. c. q הָאַשְׁפּוֹת) 3 13, *porta sterquilinii* et 2 13 *porta stercoris* in muro S Ierusalem; prob. = ש׳ הַחַרְסִית Jr 19 2 q. v.

▲ שַׁעַר הַגַּיְא *porta vallis* Neh 2 13. 15. 3 13. 2 Ch 26 9 in muro W sive urbis Iebusaeorum (ita Alt, Galling) sive partis occidentalis (sec. antiquiores; fere, ubi hodie Porta Jaffa). Cf. Galling BRL 340 s. †

▲ שַׁעַר הַדָּגִים *porta piscium* So 1 10. Neh 3 3. 12 39. 2 Ch 33 14 in muro N urbis Ierusalem, prob. = porta Ephraim (ש׳ אֶפְרַיִם q. v.). †

▲ שַׁעַר הַדָּרוֹם *porta australis* Ez 40 28 = porta S atrii interioris areae templi ap. Ez.[1]

▲ שַׁעַר הַחוּץ (...קָדִים) *porta exterior* (*...ad orientem*) Ez 47 2 = porta E atrii exterioris areae templi ap. Ez. [1]

▲ שַׁעַר הֶחָצֵר הַפְּנִימִית הַפֹּנֶה קָדִים *porta atrii interioris quae respicit ad orientem* Ez 46 1 = porta E atrii interioris areae templi ap. Ez. [1]

▲ שַׁעַר הַחַרְסִית (q 1 ms or. GS; k הַחֲרָסוּת) *porta officinae figlinae* Jr 19 2, ad vallem Hinnom exitum praebens; prob. = שַׁעַר הָאַשְׁפּוֹת q. v. [1]

▲ שַׁעַר הַיְסוֹד *porta fundamenti* 2 Ch 23 5 || 2 R 11 6 שַׁעַר סוּר q. v. [1]

▲ שַׁעַר הַיְשָׁנָה *porta vetus* Neh 3 6 seu *antiqua* 12 39 in muro N Ierusalem inter portam piscium et portam Ephraim; sec. al. lgd. ש׳ הַמִּשְׁנֶה (v. ▲מִשְׁנֶה), = ש׳ הַפִּנָּה (q. v.). †

▲ שַׁעַר הַמִּזְבֵּחַ *porta altaris* Ez 8 5; frt. = שַׁעַר הַצָּפוֹן q. v., sed lgd. prob. לְשַׁעַר מִזְבַּח סֶמֶל („a septentrione portae [erat] altare simulacri"); al. prp. מִזְרָחָה (cf. G [τὴν πύλην] πρὸς ἀνατολάς). [1]

▲ שַׁעַר הַמִּזְרָח *porta orientalis* Neh 3 29, prob. paulo a S hodiernae "portae aureae". Cf. G. Dalman, Jerus. u. s. Gelände 254 s. [1]

▲ שַׁעַר הַמַּטָּרָה *porta custodiae* Neh 12 39, in parte NE areae templi. [1]

▲ שַׁעַר הַמַּיִם *porta aquarum* Neh 3 26. 8 1. 3. 16. 12 37 in muro E Ierusalem, prob. ad fontem Giḥon (v. גִּיחוֹן n. 2) aditum praebens. †

▲ שַׁעַר הַמֶּלֶךְ *porta regis* 1 Ch 9 18 (cf. 2 R 16 18), aditum praebens ad templum vel conclave templi (v. comm.). [1]

▲ שַׁעַר הַמִּפְקָד *porta iudicialis* Neh 3 31, prob. in parte NE areae templi. [1]

▲ שַׁעַר הַסּוּסִים *porta equorum* in angulo SE areae templi Jr 31 40. Neh 3 23; cf. 2 R 11 16. 2 Ch 23 15. (מְבוֹא הַסּ׳ *introitus equorum*). Cf. שַׁעַר סוּר. †

▲ שַׁעַר הָעַיִן *porta fontis* in muro SE Ierusalem Neh 2 14. 3 15. 12 37 aditum praebens ad fontem רֹגֵל (v. עֵין רֹגֵל). †

▲ שַׁעַר הָעֶלְיוֹן *porta superior* 2 Ch 23 20, aditum praebens ex atrio templi ad aedes regias, = שַׁעַר הָרָצִים 2 R 11 19 (q. v.). [1]

▲ שַׁעַר הָעֶלְיוֹן ... צָפוֹנָה *porta superior... ad aquilonem* Ez 9 2 (cf. 8 3. 5) = שַׁעַר הַצָּפוֹן q. v. [1]

▲ שַׁעַר הַפּוֹנֶה 2 Ch 25 23. lgd. c. nonn. mss GVST 2 R 14 13 שַׁעַר הַפִּנָּה (q. v.).

▲ שַׁעַר הַפִּנָּה *porta anguli* 2 R 14 13 ‖ 2 Ch 25 23 (cf. שַׁעַר הַפּוֹנֶה). Jr 31 38. 2 Ch 26 9 in angulo NW muri N Ierusalem 400 cubitis a porta Ephraim. Cf. שַׁעַר הַפִּנִּים. †

▲ שַׁעַר הַפִּנִּים *porta angulorum* Zch 14 10 = שַׁעַר הַפִּנָּה q. v.

▲ שַׁעַר הַצֹּאן *porta gregis* Neh 3 1. 32. 12 39 in muro N urbis Ierusalem prope angulum NE areae templi; frt. = ש׳ בִּנְיָמִן q. v. †

▲ שַׁעַר הַצָּפוֹן *porta respiciens ad aquilonem* Ez 40 35. 44 seu *porta aquilonis* 44 4 = porta N atrii interioris areae templi ap. Ez (cf. 8 3. 9 2) = שַׁעַר הַמִּזְבֵּחַ q. v.

▲ שַׁעַר הַקָּדִים *porta orientalis* Ez 40 44; lgd. c. G שַׁעַר הַדָּרוֹם = porta S atrii interioris areae templi ap. Ez. [1]

▲ שַׁעַר הָרִאשׁוֹן *porta prior* Zch 14 10; frt. = ש׳ הַיְשָׁנָה Neh 3 6 q. v. [1]

▲ שַׁעַר הָרָצִים *porta scutariorum* vel potius "cursorum", "satellitum" 2 R 11 19 (cf. 11 6), aditum praebens ab atrio templi ad aedes regias; = שַׁעַר הָעֶלְיוֹן 2 Ch 23 20. †

▲ שַׁעַר הַשְׁפוֹת (הָשְׁפוֹת) Neh 3 13 v. שַׁעַר הָאַשְׁפּוֹת.

▲ שַׁעַר הַתָּוֶךְ *porta media* Jr 39 3, prb. = ש׳ אֶפְרַיִם q. v. [1]

▲ שַׁעַר זְבוּלֻן *porta Zabulon* Ez 48 33 in latere S urbis ab Ezech. descriptae. [1]

▲ שַׁעַר יְהוּדָה *porta Iuda* Ez 48 31 in latere N urbis ab Ez descriptae. [1]

▲ שַׁעַר־יְהוָה הֶחָדָשׁ Jr 26 10 lgd. c. mlt. mss STV שַׁעַר בֵּית־יְהוָה הֶ׳ (sicut 36 10) q. v. [1]

▲ שַׁעַר יְהוֹשֻׁעַ *porta Iosue* principis civitatis 2 R 23 8 (v. comm.). [1]

▲ שַׁעַר יוֹסֵף *porta Ioseph* Ez 48 32 in latere E urbis ab Ez descriptae. [1]

▲ שַׁעַר יִשָּׂשכָר *porta Issachar* Ez 48 33 in latere S urbis ab Ez descriptae. [1]

▲ שַׁעַר לֵוִי *porta Levi* Ez 48 31 in latere N urbis ab Ezech. descriptae. [1]

▲ שַׁעַר נֶגֶב *porta meridiana* Ez 46 9 = porta S atrii exterioris areae templi ap. Ez; cf. שַׁעַר דֶּרֶךְ הַדָּרוֹם. [1]

▲ שַׁעַר נַפְתָּלִי *porta Nephthali* Ez 48 34 in latere W urbis ab Ez descriptae. [1]

▲ שַׁעַר סוּר *porta Sur* 2 R 11 6 ‖ 2 Ch 23 5 שַׁעַר הַיְסוֹד *porta fundamenti*; al. prop. שַׁעַר סוּס = שַׁעַר הַסּוּסִים q. v.; v. comm. [1]

▲ שַׁעַר צָפוֹן *porta aquilonis* Ez 46 9 = porta N atrii exterioris areae templi ap. Ez. Cf. שַׁעַר... דֶּרֶךְ הַצָּפוֹן.

▲ שַׁעַר רְאוּבֵן *porta Ruben* Ez 48 31 in latere N urbis ab Ezech. descriptae. [1]

▲ שַׁעַר שַׁלֶּכֶת *porta quae ducit* (i. e. שֶׁ + לֶכֶת) ex regione W urbis ad aream templi 1 Ch 26 16; G^{BA} παστοφορίου = לִשְׁכָּה vel לִשְׁכַּת (cf. v. gr. 9 26. 23 28) [1]

▲ שַׁעַר שִׁמְעוֹן *porta Simeon* Ez 48 33 in latere S urbis ab Ezech. descriptae. [1]

שֹׁעָר *corruptus, pessimus*; de ficubus Jr 29 17. [prob. ptc. Q. pass. (J. 58 b); cf. ar. *suʿira* vento fervido male affectus est.] [1]

שַׁעֲרוּר*, f. ־רָה Jr 5 30. 23 44, ־רִיָּה Os 6 10, ־רִת Jr 18 13 φρικτός, *horribilis* [cf. ³שָׂעַר, hinc prob. lgd. שׂ׳; J. Mél. 4, 17] †

▲ שְׁעַרְיָה *Saria*, Beniaminita 1 Ch 8 38. 9 44. †

▲ שַׁעֲרַיִם: 1) *Saraim,* urbs in Šephela Iuda Jos 15 36. 1 S 17 52 (h. l. G τῶν πυλῶν) situs incertus; cf. Noth, Josua (1938) 65; Abel II 439. — 2) *Saarim,* urbs in Simeon 1 Ch 4 31 (Kahle 79: שַׁעֲרִים) = שָׁרוּחֶן q. v. †

▲ שַׁעַשְׁגַז (var. שַׁעַשְׁגַּז et שַׁעַשְׁנַז) *Susagazi,* eunuchus Est 2 14. [1]

ⵣ שַׁעֲשֻׁ(ו)עִים ⵣ *delectatio, deliciae* Pr 8 31; g. qual. = *quo quis delectatur, carissimus* Is 5 7. Jr 31 20; meton. וָאֶהְיֶה שַׁ׳ 'fui deliciarum plena' Pr 8 30; alicuius deliciae = alci *unice carus* Ps 119 24. 77. 92. 143. 174. [cf. שעשע.] †

ⵣ שפה ⵣ Ni. ptc. נִשְׁפֶּה: plantis carens, *calvus* mons (ideoque bene conspicuus) Is 13 2 (GS planus). — Pu. pf. שֻׁפּוּ carne tegente carentia ossa *visibilia fiunt* Job 33 21 k. [cf. ar. *safâ*(*w*) raros habuit crines in fronte.] Deriv. שְׁפִי? †

▲ שְׁפוֹ *Sepho,* stirps Horraeorum Gn 36 23, שְׁפִי *Sephi* 1 Ch 1 40. †

× שְׁפוֹט, pl. שְׁפוּטִים (J. 29 b): *iudicium* = *castigatio, poena* 2 Ch 20 9; עָשָׂה שׁ׳ בְּ Ez 23 10. †

▲ שְׁפוּפָם *Supham,* filius Beniamin Nu 26 39; n. patr. שׁוּפָמִי *Suphamitae* (lgd. c. 3 mss Sam GSV: שׁוּפָם h. l. et Gn 46 21 pro מֻפִּים q. v.). †

▲ שְׁפוּפָן *Sephuphan,* filius Bela filii Beniamin 1 Ch 8 5. [1]

▲ שְׁפוֹת v. שַׁעַר הָאַשְׁפּוֹת.

שְׁפוֹת בָּקָר 2 S 17 29?: G γαλαθηνὰ μοσχάρια (lactentes vitulos), ST 'caseos bovinos', H 'pingues vitulos'; Wetzstein (ZAW 3 [1883] 276 s) *flos lactis* (crême, cream, Sahne). [1]

שִׁפְחָה, st. c. שִׁפְחַת, pl. שְׁפָח(וֹ)ת, שִׁפְחוֹת: *ancilla, serva*: cum !! עֶבֶד Gn 12 16. 20 14. 32 6 (sg. coll.!). 1 S 8 16. Jr 34 9 al.; porro Gn 32 23. 33 1 s. Ex 11 5. Lv 19 20. Ru 2 13 b al., ancilla herae famulans Gn 16 1 ss. 25 12. 29 24. 30 4-18. Ps 123 2. Pr 30 23; — שִׁפְחָתְךָ = ego 1 S 1 18. 25 27 (ego tibi). 28 21 s. 2 S 14 6. 7. 12. 15. 17. 19 (in os meum). 2 R 4 2. 16. Ru 2 13 a. [prob. ab effundendo (ar. *safaḥa*) aquam super manus heri heraeve, cf. 1 S 25 41; Mél. 10, 45]

שָׁפַט, ipf. יִשְׁפֹּט, ipr. שְׁפֹט (sfx. שָׁפְטֵנִי), שִׁפְטָה, inf. abs. שָׁפוֹט, ptc. שׁ(וֹ)פֵט: 1) *diiudicavit,* in re disputata, in lite *cum auctoritate sententiam pronuntiavit.* Quorum causa iudicetur, indicat בֵּין ... וּבֵין Gn 16 5. Ex 18 16. Nu 35 24 al., בֵּין ... לְ Ex 34 22, בֵּין c. pl. Gn 31 53. Is 2 4 ‖ Mi 4 3, אֶת ... וְאֶת Ec 3 17, acc. pers. Dt 25 1 al., acc. rei Ex 18 22 b. 26 b. Ez 44 24; — abs. *ius dixit, iudicavit, iustitiam administravit*: abs. 1 R 7 7. Is 11 3. Mi 3 11. Ps 58 2. 75 8. 82 1 al., c. acc. pers. Ex 18 13. 22 a. 26 a. Lv 19 15. Dt 16 18. 1 S 7 6 al.; qualitas seu norma iudicii indicatur per acc. internum: מִשְׁפַּט צֶדֶק Dt 16 18, צֶדֶק 1 16. Pr 31 9: Zch 7 9. 8 16. Ps 58 2. 75 3. 82 2. — 2) sensu magis determinato: *a*) pauperes, oppressos *iure dicundo protexit, eorum iura defendit* c. acc. pers. Is 1 17. 23. Ps 7 9. 10 18. 26 1. 35 24. 43 1. 72 4. 82 3. Pr 29 14. 2 Ch 6 23; c. acc. rei Jr 5 28. Thr 3 59; seq. מִן alqm iudicio facto *defendit ac liberavit* ab alqo 1 S 24 16 b. 2 S 18 19. 31; — *b*) criminis reum *in ius vocavit, condemnavit, punivit* 1 S 3 13. Ez 11 10 s. 21 35. 23 45. Abd 21. Job 21 22 al.; בָּם 'de eis' iudicium exercere 2 Ch 20 12; (alqm innocentem) iudicio persecutus est Ps 109 31. — 3) populum, terram ets., potissimum iure dicundo et imperio *rexit, gubernavit,* ei *imperavit* Gn 19 9 ('et nunc vult imperare'). Ru 1 1; c. acc. Jdc 3 10. 10 2. 3. 12 7. 9 al. 1 R 3 9. Is 51 5. Ps 96 13 al.; — ptc. substantive vide art. seq.

Ni. נִשְׁפַּט; ipf. יִשָּׁפֵט, 1 sg. 'אִ, coh. אִשָּׁפְטָה, 'נִ, inf. הִשָּׁפֵט, ptc. נִשְׁפָּט: 1) pass. *in ius vocatus, iudicatus est* Ps 9 20. 37 33. 109 7. — 2) *sibi ius dicendum curavit, se suamque causam*

iudicialiter inquiri et decidi voluit, coram iudice litigavit Pr 29 9 (אֶת cum). Is 59 4; coram Deo 1 S 12 7. — 3) etiam iudex cum litigantibus, Ds cum hominibus dicitur (לְ)הִשָּׁפֵט *disceptare* Is 43 26. 66 16. Jr 2 35 (אוֹתָךְ tecum). 25 31 (לְ). — 4) Iehu cum familia Achab נשפט i. e. *sibi*, illā punitā, *satisfecit* 2 Ch 22 8. — 5) tempora a Deo *determinata sunt* Sir 33 8. — Po. ptc. sfx. מְשֹׁפְטִי Job 9 15 *in lite adversarius* (G supponit לְמִשְׁפָּטִי = 'pro iure meo'). [ug. *tpṭ*, sud-ar. *ṯfṭ*, ass. *šapâṭu* iudicare, decernere.] Deriv. שֶׁפֶט, שְׁפוֹט, מִשְׁפָּט.

שֹׁפֵט, **שׁוֹפֵט** 1) *arbiter, iudex* Ex 2 14. Nu 25 5. Dt 16 18. 17 9. 12. 19 17 s. 21 2. 25 2. Jos 8 33. 23 2. 24 1. 2 S 15 4. Is 1 26. 3 2. 16 5. Mi 7 3. So 3 3; Ds vocatur iudex Gn 18 25. Jdc 11 27. Jr 11 20. Ps 7 12. 9 5. 94 2. — 2) "*iudex*", populi *praeses, dux* (sine titulo regis et sine iure successionis) Jdc 2 16-19. 1 S 8 1. 2 S 7 11. 2 R 23 22. Ps 141 6. Ru 1 1. Dn 9 12; שֹׁפְטֵי־אֶרֶץ *rectores terrae* Is 40 23. Ps 2 10. 148 11. [ph. שפט, pun. *sufes*, aram. bibl. pl. שָׁפְטִין]

שֶׁפֶט*, pl. שְׁפָטִים: *iudicia* i. e. *punitiones* Pr 19 29; עָשָׂה שׁ׳ בְּ irrogare poenas alci Ex 12 12. Nu 33 4. Ez (9ies) 5 10 al., אֶת 2 Ch 24 24. [שפט]

▲ **שָׁפָט** *Saphat*: 1) princeps Simeonita, explorator terrae promissae Nu 13 5. — 2) pater Elisei 1 R 19 16. 19. 2 R 3 11. 6 31. — 3) Davidida ex posteris Zorobabel 1 Ch 3 22. — 4) Gadita 1 Ch 5 12 (sed G ὁ γραμματεύς = שֹׁפֵט). — 5) praefectus gregis armentorum sub David 1 Ch 27 29. †

▲ **שְׁפַטְיָה** *Saphatia, Saphatías* et 2 S 3 4 *Saphathia*, Esr 2 4 *Sephatia*: 1) filius David 2 S 3 4. 1 Ch 3 3. — 2) magistratus in aula Sedeciae Jer 38 1. — 3) Beniaminita 1 Ch 9 8. — 4) princeps familiae Esr 2 4. 8 8. Neh 7 9. — 5) unus ex progenie servorum Salomonis Esr 2 57. Neh 7 59. — 6) Iudaeus de filiis Phares Neh 11 4. — Cf. שְׁפַטְיָהוּ. †

▲ **שְׁפַטְיָהוּ** *Saphatia, Saphatias*: 1) bellator sub David 1 Ch 12 6. — 2) princeps Simeonitarum sub David 1 Ch 27 16. — 3) filius Iosaphat regis 2 Ch 21 2. — Cf. שְׁפַטְיָה. †

▲ **שִׁפְטָן** *Sephthan*, Ephraimita Nu 34 24. [1]

ǂ **שְׁפִי***, **שֶׁפִי**, pl. שְׁפָיִ(י)ם: vox disputatae significationis et aegre determinabilis; verterunt G ὄρη, νάπη, τρίβοι, εὐθεῖα, V directum, supini colles, plana, viae, rupes, S viae, recentes plerique colles nudi, Joüon chemin battu, piste, SR Driver sand-dunes; ergo fere *regio solitaria, patens, arida, nuda*; pl. Is 41 18. 49 9. Jr 3 2. 21. 4 11. 7 29. 12 12. 14 6; sg. acc. loci quo Nu 23 3. [cf. שָׁפָה; cf. sy. *šafjā* planities]. †

▲ **שְׁפִי** 1 Ch 1 40 v. שְׁפוֹ.

▲ **שֻׁפִּים** et Ch 7 12 שֻׁפִּם: 1) *Sepham*, Beniaminita 1 Ch 7 12 (vel frt. Danita; cf. ▲ עִיר n. 3 et v. comm.) = *Saphan* 7 15 (v. comm.). — 2) *Sephim*, ianitor 1 Ch 26 16; dl. c. Gmss (dittogr.). †

ǂ **שְׁפִיפֹן** "cerastes", serpentis species Gn 49 17. [cf. ar. *siff* serpens volans.] [1]

▲ **שָׁפִיר** urbs in Iudaea Mi 1 11 (V *Pulchra*, G καλῶς); Onom. 156 23 s: villa in montanis sita inter Eleutheropolim et Ascalonem, prob. = Sawâfîr ca 6-8 km SE ab Esdûd (cf. Guérin, Jud. II 82-4; SWP, Mem. II 413), sed non est in Iudaea; Abel II 448: Ḫ. el-Kôm ca 14 km W a Hebron super W. eṣ-Ṣaffar; cf. Guérin, Jud. II 343 s; ZDPV (1934) 85 s. 91. 131. [1]

שָׁפַךְ, ipf. יִשְׁפֹּךְ: *fudit, af-, ef-, dif-, profudit*: 1) proprie: liquida Ex 4 9. Jdc 6 20. 1 S 7 6 (coram Iahve aquam: signum ieiunii? lacrimarum paenitentiae? propriae miseriae?). Is 57 6; sanguinem animalis caesi vel immolati Ex 29 12. Lv 4 7. 18. Dt 12 16. 24. 15 23; sanguinem suum, sese vulnerando 1 R 18 28, item alcs fel Job 16 13; — alia: pulverem Lv 14 41, viscera 2 S 20 10; agge-

rem urbi capiendae *affudit,* i. e. *exstruxit* 2 S 20 15. 2 R 19 32 al.; — שׁ׳ דָּם *sanguinem fudit* = homicidium commisit (nnq. frt. hyperbolice vel metaphorice) Gn 9 6. 37 22. Lv 17 4. Nu 35 33. Dt 21 7. 1 R 2 31. Ez 22 4. 24 7 al., דָּם נָקִי 2 R 21 16. 24 4. Is 59 7. Jr 7 6. Joel 4 19 al. — 2) metaphorice: alqs *effundit*: animam suam (precans pandit) coram Iahve 1 S 1 15. Ps 42 5, cor suum Thr 2 19, querelam Ps 102 1. 142 3; — Ds *effundit* super homines spiritum suum Ez 39 29. Joel 3 1 s, spiritum gratiae et precum Zch 12 10, iram suam (i. e. infligit poenas) Is 42 25. Jr 6 11. Ez 7 8. 22 22. Os 5 10 al., contemptum super principes Ps 107 40. Job 12 21. — Q. pass. שֻׁפַּךְ *effusus est* sanguis (hominis occisi) Nu 35 33. So 1 17; gressus, pedes dicuntur fundi = *labi* (cf. lat. poet.: per herbam corpora fusa) Ps 73 2 (J. 150 h). — Ni. נִשְׁפַּךְ, ipf. יִשָּׁפֵךְ: 1) *effusus est* sanguis Dt 12 27, cinis 1 R 13 3. 5; alcs sanguis effunditur = is occiditur Gn 9 6 (בָּאָדָם a homine). Dt 19 10 (דָּם נָקִי). — 2) metaph. 'iecur meum ad terram effusum est' = per summam maestitiam velut exanimatus sum Thr 2 11, item alcs fel Job 16 13; 'ut aqua effusus sum', omnis vigor meus diffluxit Ps 22 15; aes, pecunia *profunditur, dilapidatur* Ez 16 36; *se effudit in* cibos Sir 37 29. — ‡ Htp. inf. הִשְׁתַּפֵּךְ, ipf. יִשְׁ׳: *disiciuntur* lapides Thr 4 1; *se effundit, exspirat* anima morientis 2 12; hominis maesti animus *diffluit* in eo Job 30 16. [ass. *šafâku,* ar. *safaka, safaḥa* (sanguinem, lacrimas), aram. שְׁפַךְ id.] Deriv. 2 seq.

שֶׁפֶךְ *fusorium,* locus quo res effunditur Lv 4 12. [1]

שָׁפְכָה *veretrum,* fistula urinalis Dt 23 2. [1]

‡ שָׁפֵל, ipf. יִשְׁפַּל, inf. שְׁפַל Ec 12 4: *humilis fit* mons Is 40 4; *ad humilem locum* seu *gradum descendere iubetur, humiliatur* superbia, superbus, celsus Is 2 9. 11 s. 17. 5 15. 10 33. 29 4, urbs celebris 32 19; vox, sonus *fit tenuis, consilescit* Ec 12 4. — **Hi.** הִשְׁפִּיל, ipf. יַשְׁפִּיל, inf. הַשְׁפִּיל, ptc. מַשְׁפִּיל, הַמַּשְׁפִּילִי (J. 93 n) Ps 113 6: *humilem reddidit* arborem Ez 17 24, moenia Is 25 12, urbem 26 5; superbiam, superbos *humiliavit* 13 11. 25 11. Ez 21 31 (lgd. ipr.); Ds *humiliat* superbos ets. 1 S 2 7. Ps 18 (2 S 22) 28. 75 8. 147 6. Job 40 11. Pr 29 23; *in humiliore loco sedere iussit* Pr 25 7; *deprime* superbiam (tuam) Sir 7 17; — cum alio verbo adnexo = *ad humilia, ad humilem locum...*: c. ger. מַשְׁפִּילִי לִרְאוֹת 'qui ad humilia respicit' Ps 113 6; c. vb. fin. הַשְׁפִּילוּ שֵׁבוּ 'in humili loco sedete!' Jr 13 18; (omisso לְשַׁלְּחָם) 'eos misisti profunde' (tief hinab) Is 57 9; Job 22 29 varie explicatur vel corrigitur. — **Ho.** הֻשְׁפְּלוּ *humiliati sunt* Sir 11 6. [ass. *šapâlu,* ar. *safala,* sy. שְׁפֶל, a/s. אַשְׁפֵּל caus.] Deriv. 5 seq. †

שָׁפָל, f. שְׁפָלָה (Ez 21 31 loco הַשָּׁפָלָה [!] lgd. m.), st. c. שְׁפַל, שִׁפְלַת: *humilis* (non altus, non eminens) Lv 13 20 s. 26. 14 37. Ez 17 24; שׁ׳ קוֹמָה staturā h. 17 6. — gloriā, potentiā ets. *exiguus*: regnum Ez 17 14. 29 14 s, homo 2 S 6 22. Mal 2 9. Job 5 11; — *humilis, modestus* Is 57 15 b. Ez 21 31; שְׁפַל־רוּחַ Is 57 15 a. Pr 16 19 (GS). 29 23. [nh. etiam *remissus, neglegens*] †

× שֵׁפֶל, sfx. שִׁפְלֵנוּ: *status* seu *condicio humilis* Ps 136 23. Ec 10 6. †

שִׁפְלָה id. Is 32 19. [1]

▲ [ה]שְׁפֵלָה cum suff. שְׁפֵלָתָהּ Jos 11 16, *campestria,* Dt 1 7 *loca humiliora,* Jos 11 16 *planities,* 12 8 *plana*: 1) declivia montis Iuda versus mare Mediterraneum Dt 1 7. Jos 9 1. 10 40. 11 16. 12 8. 15 33. Jdc 1 9. Jr 17 26. Abd 19. Zch 7 7. 2 Ch 26 10; עָרֵי הַשְּׁפֵלָה Jr 32 44. 33 13. 2 Ch 28 18; sycomori in Sephela 1 R 10 27. 1 Ch 27 28. 2 Ch 1 15. 9 27. Est regio collium inter montana Iuda et oram maritimam sita, S a Ioppe; cf. On. 162 7. —

2) declivia montis Israel (Ephraim S a planitie Esdrelon) versus mare Mediterraneum Jos 11 16. — 3) planities maritima prob. N a Carmelo Jos 11 2. †

× שִׁפְלוּת *remissio, neglegentia, pigritia*: שׁ׳ יָדַיִם Ec 10 18. [nh. שָׁפֵל neglegens; sy. *šᵉfal* id.; cf. ar. *ṯâfil* lente incedens (camelus).] [1]

▲ שְׁפָם, loc. שְׁפָמָה, *Sephama,* locus in termino orientali terrae promissae Nu 34 10 s inter חֲצַר עֵינָן et רִבְלָה n. 1 (v. s. vv.); cf. RB 4 (1895) 32 s; Abel I 304 s; PJB (1936) 66 s. Cf. שִׁפְמִי. †

▲ שָׁפָם *Saphan,* Gadita 1 Ch 5 12. [1]

▲ שְׁפָם v. שֻׁפִּים n. 1.

▲ שִׁפְמוֹת 1 S 30 28 v. שְׂפָמוֹת.

▲ שִׁפְמִי *Aphonites,* n. gent. 1 Ch 27 27 (a שְׁפָם (q. v.) vel a שִׂפְמוֹת [q. v.]). [1]

שָׁפָן, pl. שְׁפַנִּים: "*choerogryllus*" animal immundum (specie saltem sicut lepus ruminans) Lv 11 5. Dt 14 7, in rupibus habitans Ps 104 18 (V *herinaceis*), aliquatenus sociabile et in petra cubile apte collocans Pr 30 26 (V *lepusculus*), Hyrax syriacus Schreber (Klippdachs, daman, coney). Cf. Tristram, FFP (1884) 1 s; Jullien, Sinaï et Syrie (1893) 149; Fonck ap. Hagen, LB I 878-80. †

▲ שָׁפָן *Saphan*: 1) scriba Josiae 2 R 22 3. 8-10. 12. 14. Jr 36 10-12. 2 Ch 34 8. 15. 20. — 2) pater אֲחִיקָם principis 2 R 22 12. 25 22. Jr 26 24. 39 14. 40 5. 9. 11. 41 2. 43 6. 2 Ch 34 20. — 3) pater Elasa (v. אֶלְעָשָׂה n. 4) Jr 29 3. — 4) pater Iezoniae (v. יַאֲזַנְיָהוּ n. 2) Ez 8 11. †

ꟷ שֶׁפַע *abundantia, copia*; שׁ׳ יַמִּים Dt 33 19, quae quis sibi in mari (navigatione, commercio, piscatione...) acquirit. [1]

שִׁפְעָה (ita lgd. 2 R 9 17 b), st. c. שִׁפְעַת: *copia, affluentia* aquae Job 22 11. 38 34; *ingens numerus* animalium Is 60 6. Ez 26 10; *agmen* militum 2 R 9 17 bis. [a/s. שָׁפַע redundavit] †

▲ שִׁפְעִי *Sephei,* Simeonita 1 Ch 4 37. [1]

ꟷ שָׁפַר*, שָׁפְרָה *iucunda est, placet* res עַל alci Ps 16 6. [ar. *safara* lucet (aurora), a/s. שְׁפַר placet] Deriv. 2 seq. [1]

ꟷ שֶׁפֶר*, i. p. שָׁפֶר: g. qual. *iucundus* Gn 49 21. [1]

▲ שֶׁפֶר* [הַר־], i. p. שָׁפֶר, *Sepher* mons, statio Israelitarum Nu 33 23 s (G^{BL} Σάφαρ [om. הַר־], G^{A} Αρσαφαρ); sec. Lagrange (RB 1900, 278) Ğ. ʿArâif ca 25 km SSW a Cades (ʿAin Qedês); praecedunt רִסָּה (q. v.) et קְהֵלָתָה (v. מַקְהֵלֹת). Cf. Abel II 204 s. †

ꟷ שִׁפְרָה *serenitas* caeli Job 26 13: caelum est *serenum* (Driver, Tenses § 189, 2). [1]

▲ שִׁפְרָה *Sephora,* obstetrix Hebraea in Aegypto Ex 1 15. [1]

שַׁפְרִיר q, ־רוּר k Jr 43 10 *splendidum aulaeum* vel *tentorium* regis (GS ὅπλα, V solium). [שָׁפַר, an (Del.) ab ass. *šuparruru* expandere, expansus?] [1]

שָׁפַת*, ipf. 2 sg. m. תִּשְׁפֹּת, ipr. שְׁפֹת, inf. שְׁפֹת: 1) *posuit fixitque* (germ. *stecken*) ollam super ignem 2 R 4 38. Ez 24 3. — 2) (ut שׂוּם, שִׁית) *fecit* c. acc. obj. et לְ praed. Ps 22 16, et לְ dat. commodi Is 26 12. †

שְׁפַת*, du. שְׁפַתַּיִם: 1) Ps 68 14 i. q. מִשְׁפְּתַיִם q. v. — 2) *margo ligneus duplicatus* (*rebord, Randleisten*)? Ez 40 43. †

ꟷ שֶׁצֶף *duritia, vehementia* irae Is 54 8. [cf. ar. *šaẓifa* aspra fuit (manus), dura (vita), *šaẓif* durus indole, vehemens] [1]

שׁק, cf. שׁוּק.

[1] שָׁקַד, ipf. יִשְׁקֹד: 1) *plenus curarum vigilavit* Ps 102 8; *advigilavit, vigil perstitit* in loco Job 21 32. Pr 8 34; *sollicite intentus fuit* ad rem vel personam, *invigilavit,* seq. עַל personae vel rei: Jr 1 12. 5 6. 31 28. 44 27. Dn 9 14, שֹׁקְדֵי־אָוֶן 'scelerum avidi' Is 29 20 (cf. J. 121 n); abs. Ps 127 1; שִׁקְדוּ וְשִׁמְרוּ 'cum

magna cura haec custodite' Esr 8 29. — *NB.* Thr 1 14 lgd. Ni. נִשְׁקַד עַל *vigilavit super* iniquitatem meam (cf. GV)? an נֶעְקַד? (cf. עָקַד). [phoen., nh. שקד rei avidus, studiosus est; item aram. שְׁקַד; cf. ar. *šaqiḏa* vix unquam dormit; oculis acriter intuentibus nocuit alci] †

²שָׁקֵד*: Pu. ptc. מְשֻׁקָּד *in forma floris amygdali factus* Ex 25 33 s. 37 19 s. [שָׁקֵד] †

שָׁקֵד *amygdălus* Jr 1 11 (V 'virga vigilans', etymologiae gratia); 'floret am.' = μ canescunt capilli Ec 12 5; pl. שְׁקֵדִים fructus plantae, *amygdalae* (Mandeln, amandes, almonds) Gn 43 11. Nu 17 23. — Amygdalus communis Linné (gemeiner Mandelbaum) et amygdali aliae species in Asia occidentali ac media abundant; cf. לוּז. — Cf. Hehn-Schrader, Kulturpflanzen⁸ (1911) 393. 397. 400. 402; ZDPV 34 (1911) 36 s; 39 (1916) 35; Fonck ap. Hagen, LB I 235-37. †

× שקד (שֶׁקֶד?) Sir 34 1 (v. l.). 42 9 (ed. Smend; cf. GV) *cura, sollicitudo.* †

שקה: Hi. הִשְׁקָה, ipf. יַשְׁקֶה, narr. וַיַּשְׁק, ipr. הַשְׁקֵה, inf. הַשְׁקוֹת, ptc. מַשְׁקֶה: *bibere fecit;* 1) terram, hortum etc. *irrigavit* Gn 2 6. 10. Dt 11 10. Is 27 3. Ez 17 7. Joel 4 18 (vallem S.). Ps 104 13. Ec 2 6; add. מִן liquoris Ez 32 6. — 2) pecora aqua *refecit* Gn 24 14. 46. 29 2-10. Ex 2 16 s. 19. Ps 104 11. — 3) hominem *potu refecit, potum ei praebuit* Gn 21 19. 24 18 s. 45. Jdc 4 19. Is 43 20. Hab 2 15. 2 Ch 28 15; cum 2 accus^is הַשְׁקֵהוּ מָיִם Pr 25 21: Gn 19 32. 24 43. Nu 5 24-27. 1 S 30 11 al.; pro acc° liquoris מִן Ct 8 2; absolute וְהַשְׁקוֹת (pro inf. abs., J. 123 q) 'et potum praebebant' Est 1 7. — ptc. מַשְׁקֶה *pincerna, pocillator* regis Gn 40 1 ss. 41 9. 1 R 10 5 || 2 Ch 9 4. Neh 1 11; — metaphorice: alicui *bibendum dare* calicem furoris Jr 25 17, torrentem deliciarum Ps 36 9: Jr 8 14. 9 14. 23 15. Ps 60 5. 69 22. 80 6 (hic בְּ instrum. pro acc° liquoris). — Pu. ipf. יְשֻׁקֶּה *irrigatur,* i. e. succo convenienti instruitur, medulla ossium (imago animi beati) Job 21 24 (cf. Bib 6, 173). [ass. *šaqû* rigavit, ar. *saqâ*, aeth. *saqaja*, a/s. אַשְׁקִי id.] Deriv. שֶׁקֶת, שִׁקּוּי, מַשְׁקֶה.

ǂ שִׁקּוּי, sfx. (שִׁקּוּי Ps 102 10 k) pl. שִׁקּוּיַי Os 2 7, שִׁקּוּיַ Ps 102 10 q: *irrigatio* (medullae) ossium, μ fons sanitatis mentalis Pr 3 8; meton. *potus* Ps 102 10, potus generosior, vinum ets. Os 2 7. [שקה] †

שִׁקּ(וּ)ץ, pl. שִׁקּ(וּ)צִים: *res abominanda:* sordes Na 3 6, carnes idolothytorum Zch 9 7; plerumque ita appellantur *idola* et *idololatriae symbola* Dt 29 16. 1 R 11 5. 7. 2 R 23 13. 24. Is 66 3. Jr 4 1. 7 30. 13 27. 16 18. 32 34. Ez 5 11. 7 20. 11 18. 21. 20 30. 37 23. 2 Ch 15 8; שִׁקּוּצֵי עֵינָיו idola quorum aspectu quis delectatur Ez 20 7 s; cultores idolorum ipsi fiunt שׁ׳ *abominandi* Os 9 10; — שׁ׳ שֹׁמֵם Dn 12 11, הַשׁ׳ מְשֹׁמֵם (prob. הַשׁ׳ הַשֹּׁמֵם) 11 31 *abominatio desolans* in templo vastato statuetur (i. e. idolum vel idololatriae symbolum horrorem incutiens, horribile); frt. 9 27 item legendum est שׁ׳ מְשֹׁמֵם. †

ǂ ¹שָׁקַט (שָׁקָטָה), ipf. יִשְׁקֹט, ptc. שֹׁקֵט, שֹׁקֶטֶת (קָ Zch 1 11): 1) *quiete, tranquillitate, pace fruitur,* sine bello, sine tumultu etc.: urbs 2 R 11 20. 2 Ch 23 21, regio, terra Jdc 3 11. 30. 5 31. 8 28. Is 14 7. Zch 1 11. 1 Ch 4 40. 2 Ch 13 23. 14 4 s. 20 30, (add. מִמִּלְחָמָה Jos 11 23. 14 15), populus Jr 30 10. 46 27; שֹׁקֵט וּבֹטֵחַ 'quietus et securus' Jdc 18 7. 27, sim. Ez 38 11; Job in orco quietem haberet Job 3 13, nunc non habet 26: Sir 41 1; populus pace fruens est ut vinum quod in dolio diu 'immotum iacet super faeces suas' Jr 48 11. — 2) alqs (alqd) *quietus manet, ab agendo abstinet:* Deus Is 18 4. Ez 16 42. Ps 83 2, Dei gladius Jr 47 7; negative: alqs *sibi requiem non concedit* (donec etc.) Is 62 1. Ru 3 18, gladius Dei *non quiescit* Jr 47 6; *quiete, pacifice vixit* alicubi Sir 44 6. — Hi. inf. abs. הַשְׁקֵט, cstr.

הִשְׁקִ(י)ט, ipr. הַשְׁקֵט, ipf. יַשְׁקִ(י)ט: 1) causative: *quiescere fecit, sedavit* litem Pr 15 18; Ds *requiem concedit* alci (לְ) a (מִן) malis Ps 94 13. — 2) intransitive, incohative: *conquiescit* mare Is 57 20. Jr 49 23, aer *fit, est tranquillus* sine aura refrigerante Job 37 17; alqs *quietus manet,* non agit 34 29, non trepidat Is 7 4 (prob. Ps 94 13, Hier. ‘ut quiescat’, לוֹ sibi); inf. abs. הַשְׁקֵט substantive: *tranquillitas, securitas* Is 30 15. 32 17, g. qual. *tranquillus* Ez 16 49. [nh., aram.-iud. id.; cf. ar. *sakata* siluit, tacuit.] Deriv. seq. †

שֶׁקֶט *requies* 1 Ch 22 9. [1]

×שְׁקִידָה *cura, attentio* Sir 38 26. [שׁקד] [1]

שָׁקַל, ipf. יִשְׁקֹל (narr. וָאֶשְׁקֲלָה, Esr 8 25 קְ k): *ponderavit*; Ds montes Is 40 12; c. acc° rei ponderatae et ponderis (J. 125 v) 2 S 14 26; metaph. Ds alqm iusta statera *ponderat* Job 31 6; — quia in danda et accipienda pecunia eius pondus observabatur, שָׁקַל cum acc° pecuniae valet *dare, tradere, solvere* (*zahlen, payer, pay*) pecuniam Gn 23 16. Ex 22 16. 1 R 20 39. Is 46 6 (בְּ staterae). 55 2 (בְּ rei emptae). Jr 32 9. 10. Zch 11 12. Est 3 9. 4 7. Esr 8 25 s. 29. Sir 8 2, sed etiam *accipere* pecuniam 2 S 18 12. Is 33 18 (ptc. tributorum exactor). — Ni. נִשְׁקַל, ipf. יִשָּׁקֵל: *ponderatur* res Esr 8 33, metaph. Job 6 2; pecunia *datur, solvitur* 28 15. [ass. *šaqâlu*, ar. *ṯaqala*, a/s. תְּקַל id.; aeth. *saqala* suspendit] Deriv. שֶׁקֶל, מִשְׁקוֹל, מִשְׁקָל, מִשְׁקֶלֶת. †

שֶׁקֶל (שֶׁ), pl. שְׁקָלִים, שִׁקְלֵי: etymol. “*pondus*”, i. e. 1) *unitas ponderis* in commercio, *siclus* Am 8 5; sic ponderatur capillus 2 S 14 26, cibus Ez 4 10, lorica 1 S 17 5, aes Ex 38 29, aurum 24. Nu 31 52. Jos 7 21. Siclus 1 aequivalet gr. 16,37 ponderis nostri (Hagen LB III 171 s). — 2) *unitas ponderis argenti* seu *moneta argentea* certi ponderis (14,55 gr. argenti), usu communi (Gn 23 15 s) vel lege sanctuarii (בְּשֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ Ex 30 13. 38 24 ss. Lv 5 15. 27 3. 25. Nu 3 47. 50. 7 13. 19. 25. 31-86. 18 16) determinata = 20 גֵּרָה Ex 30 13. Lv 27 25. Nu 3 47. Ez 45 12; commemoratur *sicli quarta pars* 1 S 9 8, *tertia* Neh 10 33, *dimidia* Ex 30 13. 15. 38 26, *siclus* 2 R 7 1. 16. 18, *duo sicli* Lv 5 15 (V prob. שְׁקָלִים); formulae indicandae pecuniae: 'שֶׁ *x* כֶּסֶף Nu 7 13. 19. 25 etc., 'שׁ *x* כֶּסֶף Ex 21 32. Nu 18 16, *x* 'שׁ כֶּסֶף 2 S 24 24. Neh 5 15, כֶּסֶף 'שֶׁ *x* Gn 23 15 s. Lv 27 3. 16, כֶּסֶף 'שׁ *x* Lv 27 6. Jos 7 21. 2 R 15 20, (om. 'כּ) שֶׁקֶל *x* Lv 27 4. 7, שְׁקָלִים *x* Lv 27 5. 7. Nu 3 47; vox unitatis 'שֶׁ per ellipsin omittitur (כֶּסֶף *x*) Gn 20 16. 37 28. 45 22. Dt 22 19. Jdc 16 5. 17 2 s. 2 S 18 11 s. 2 R 6 25. Is 7 23. Zch 11 12 s. Ps 119 72. Ct 8 11. — 3) *siclus aureus* (= 16,37 gr. auri) 1 Ch 21 25; om 'שׁ Gn 24 22.

שִׁקְמָה*, pl. sfx. שִׁקְמוֹתָם Ps 78 47, alias pl. שִׁקְמִים: *sycomŏrus,* arbor in Šephela communissima 1 R 10 27. Am 7 14. 1 Ch 27 28 (V ficeta). 2 Ch 1 15. 9 27, praebens trabes ad domos construendas Is 9 9, in Aegypto frequens Ps 78 47. Ficus sycomorus Linné (fam. Moraceae), foliis Morum album Linné referens, fructibus ficos imitans. De sycomoris in Aegypto v. Theophr., Hist. pl. 4,2; Plin. XIII 7,56; Str. XVII 2,4; DSic. 1,34; Loret, Flore pharaon.[2] (1892) 46 s. Cf. Forskål, Flora aeg.-arab. (1775) 180-2; Dalman AS I 61-3.

שָׁקַע, ipf. יִשְׁקַע: res superbe in altum tendens *in se concidendo, corruendo, humilis fit, comprimitur, sedatur* etc. ignis exaestuans Nu 11 2, fluvius, terra Am 9 5 (opp. עָלָה), Babel, ut lapis demersus, Jr 51 64. — Ni. pf. f. נִשְׁקְעָה: idem, magis passive, Am 8 8 q. — Hi. ipf. יַשְׁקִיעַ: *depressit, domuit, sedavit* undas aestuantes Ez 32 14, linguam crocodili Job 40 25. [aram. שְׁקַע; nh. Q. (navis) submergitur, (calor vespere) mitigatur, Nitp. oblivioni datur] Deriv. מִשְׁקָע. †

שְׁקַעֲרוּרֹת in pariete κοιλάδες G, *"valliculae", loca profundiora* (Vertiefungen, dépressions) Lv 14 37. [cf. שָׁקַע et arab. *qaʿura* profundus est] [1]

